SUPPLEMENTUM
ANALECTORUM
TERRÆ SCEPUSIENSIS,

NOTATIONIBUS, EX VETERI AC RECENTIORE HUNGARORUM HISTORIA DEPROMTIS,

AUCTORE

JOANNE BÁRDOSY,

REGII MAJORIS GYMNASII LEUTSHOVIENSIS DIRECTORE, AC INCLITI COMITATUS SCEPUSIENSIS TABULÆ JUDICIARIÆ ASSESSORE,

ILLUSTRATUM;

PROMOTORE & ADJUTORE ADM. REV. AC EXIMIO DOMINO

MICHAELE SCHMAUK,

REGIO-CAMERALIS OPPIDI MATTHÆIVILLÆ, UNIUS E XVI. SCEPUSIENSIBUS, PAROCHO,

EXCUSUM.

Patriam prodere, nefas;
Scelus contra,
Nolle, dum poſſis,
Illuſtrare.

LEUTSCHOVIÆ,

TYPIS MICHAELIS PODHORÁNSZKI, DE EAD. M. DCCC. II.

ILLUSTRIBUS, EXCELSÆ

DOMINORUM

ANTONII,

EMERICI ET STEPHANI,

SACRATISSIMÆ CÆSAREÆ, AC REGIO-APOSTOLICÆ MAJESTATIS ACTUALIUM INTIMORUM STATUS CONSILIARIORUM;

NICOLAI, Metropolitanæ Strigonienſis,

LADISLAI, Cathedralis Varadienſis

ECCLESIARUM, CANONICORUM;

JOANNIS item, & alterius JOANNIS LUDOVICI, EMANUELIS, FRANCISCI, EMERICI junioris, porro ALEXANDRI,

Fungentis Honorarii Comitatus Scepuſienſis Notarii, denique CAROLI, ANTONII junioris, nec non STEPHANI, & LUDOVICI, æque juniorum, ac THEODORI, omnium

E COMITIBUS CSÁKY

DE KERESZTSZEGH,

SUPREMI,

AC PERPETUORUM, COMITATUS UNA ET SCEPUSIENSIS TERRÆ COMITUM, PROSAPIÆ HONORIBUS

D. D. D.

Mœcenas, atavis edite Regibus,

— — — — —

Quod ſi me lyricis Vatibus inſeres,
Sublimi feriam ſidera vertice.

Horat. Ode I.

AD LECTOREM.

Iteratis benignis JOSEPHI olim II, Hungarorum Regis, circularibus Decretis, A. 1785 & 1787 publicatis, quibus Hiſtoriophili Patriæ ad Hiſtoriam & Geographiam ſuam, uberius excolendam, paterne una & clementiſſime provocabantur, animatus, me totum hiſtorico & huic innexo geographico rerum patriarum ſtudio, quod plurimi ſemper faciebam, unice conſecravi.

Qvum interim exiſtimarem, Syſtema Hungaricæ Hiſtoriæ in veteri Aſiatico-Europæa fundari oportere, neque hanc aliter, niſi una Limitum, Juriſque ac Poſſeſſorii viciſſitudines inde ab initio eruantur, nativo ſplendori ſuo accommodari poſſe, univerſam Gentis noſtræ Hiſtoriam, hiatibus, quantum humanitus poſſibile fuit, expletis, in ſex Periodos digeſſi. Anonymus Belæ I, A. 1063 mortui, Notarius, qualem hodie Regium Cancellarium dicimus, *ſe rerum veritatem de certa ſcripturarum explanatione, & aperta Hiſtoriarum interpretatione percepiſſe* teſtatus, Conſtantinus item Porphyrogenitus, Græcorum Imperator, cognomento Philoſophus, Zoltano, Arpadis, ac Toxo, Zoltani filio, ſupremis Hungarorum Principibus, plane coævus, Majorumque noſtrorum negotiis apprime intentus, poſtliminii Hunnorum Arpadanorum Jus in primævo Atilanorum Jure fundant; Atilam porro a Teumano, hunc autem a Kŭn-Goego, Magyarorum Imperatoribus, continua Seculorum ſerie propagari, prout etiam Hunnos Atilanos a Magyaris, extra murum Sinenſem colentibus, deſcendere, tam Sinici annales, quam vetuſtiſſimi Scriptores alii ſatis produnt.

Hoc Ariadnes filum ſecutus, Obſervationes meas in veterem Hunnorum Hiſtoriam, uſque ad initia quartæ Periodi Arpadanæ per-

ductas, Reverendiſſimo & Clariſſ. Domino Georgio Pray, Hungariæ Hiſtoriographo, cum initio anni 1792 Peſtinum (*ubi etiam 23. Septembr.* 1801, *ætatis ſuæ annorum* 78, *meritis gravior quam annis, obiit*) tranſpoſui, a quo elegans omnino mihique glorioſum, acceptis non modo ejuſdem Literis, quas iſthuc inſerere cenſui *), judicium de

*) Spectabili Domino Joanni Bárdoſy, Georgius Pray S. P.

Legi opus, a Te, Vir erudite, mihi tranſmiſſum, magna cum voluptate, quoque magis in legendo progreſſus ſum, eo magis etiam hac me perfundi ſenſeram. Omnia rite in eo coordinata ſunt, & autorum teſtimoniis fulta, caſtigatum eſt judicium, eruditio multiplex, & conjecturæ rationibus, ex re ipſa natis, nixæ. Fateor, me nonnulla ex eo etiam didiciſſe.

Nec, quod a me nonnunquam diſſentias, propterea me offenſum putes. Sua cuivis Scriptori libertas debet eſſe, &, finis ſcribendi veritas, ad quam quo quis propius accedit, eo minus etiam contra ſentientes morari debet.

Ceterum mirabar, cur Jus limitaneum Gentis noſtræ tam longinque accerſas. Etſi ipſe quidem Hunnos cum Avaribus, & utroſque cum Hungaris olim connectere ſtuduerim, tamen aliqua apud Sinas prodeunt, quæ opinionem hanc dubiam reddunt. Utilem proinde operam is præſtaret, qui Jus limitaneum ab eo tempore illuſtraret, quo Majores noſtri in his, quas nunc tenent, plagis, certam ſedem fixerunt. Quæ propiora nobis ſunt, etiam utiliora eſſe ſolent. Pro erudito opuſculo (a), quod mihi filius tuus Antonius (b), optimæ exſpectationis, tuo nomine obtulit, gratias ago, &, quoad poſſum, munus paucis plagulis, quæ occaſione Coronationis prodiere (c), rependo. Vale, Vir erudite, &, ut idem ſtudium patriæ Hiſtoriæ filiis tuis (d) ingeras, cupio. Dabam Peſtini 24. Junii 1792.

a) Animadverſiones meas in Opus Kereſzturian. de Inſurrect. Nobil. eodem anno Budæ editas, intelligit.

b) Tunc Excelſi Officii Judicatus Curiæ Regiæ Protonotarialis Expeditor, jam vero, poſtquam ſuperiores has partes, ac diſerte Reverendiſſimum quoque D. Patruum ſuum, Joſephum Bárdoſy, Archidiaconum Bereghienſ. Canonicum Agrienſ. & Parochum Munkátſienſem, una cum Conſorte ſua Julianna Mayer, Spect. Dni Joannis Váły de Eadem, I. Cottus Simigh. T. J. Aſſeſſoris & Eſzterházyano-Batthyániani Principatuum Fiſcalis Procuratoris, Sororina, inviſiſſet, ad Simighienſem Fiſcalatuum ſuorum ſtationem redux, paulo poſt lenta febri correptus ac tandem conſumtus, priore anno 1801 Die 20. Februarii Kapoſvárini, juſto ſui apud omnes, quos attingebat, deſiderio, ac filiolo Joſepho Franciſco relictis, præmature obiit.

c) De jure coronandarum Reginarum, & vetere Reginas coronandi more.

d) Quorum adhuc tres, Joſephum, Alexium & Joannem, filias vero Thereſiam, Spect. Domino Joſepho Guary de Eadem, II. Comitatuum Simighienſ. & Sopronienſ. T. J. Aſſeſſori, nec non Annam, Perill. Dno Volfgango Kiſs, hujati Grammaticarum Claſſium Profeſſori Regio, collocatas, ex Maria, Joſephi olim Horváth Kiſſevich de Lomnitza & Mariæ condam Teoke de Cſepánſalva filia, 30. Auguſti 1792 mortua, ſuſceptos, decem nepotum Avus, habeo.

de conatu hoc meo retuleram, verum etiam quoties ipſum deinceps inviſendi occaſionem habui, me ad ſtudium Hiſtoriæ Hungaricæ, multis adhuc, ut ajebat, tenebris & hiatibus involutæ, animavit. Nec tamen a proſecutione inſtituti mei ea RR. Domini verba, ſuis Literis inſerta: " *Ceterum mirabar, cur Jus limitaneum Gentis noſtræ tam longinque accerſas, &c.*„ me deterruerunt; quia conſcius mihi eram, illis recte Regionibus, quas Hungari, poſtliminio reduces, occuparunt, ac, teſtante Anonymo Notario, ad ſua uſque tempora *potenter et pacifice poſſederunt*, quidcunque alii hoc in merito ſcripſerint, vetus eorum Jus ac Poſſeſſorium, in Atilam, non turbine armorum, ſed aviticæ Succeſſionis jure devolutum, omni procul dubio definiri.

Tantum vero abeſt, ut hæc veteris, quæ alioquin pars præcipua eſſe deberet, Hiſtoriæ, ac Jurium, immenſo Majorum noſtrorum ſanguine aſperſorum, Deductio, REGI NOSTRO APOSTOLICO probari nequeat, ut potius in his rerum ævi noſtri adjunctis, pro innata REGIA ÆQUANIMITATE SUA, benigniſſime ſuſcipiendam ſperem.

Sed neque illa, qua in REGEM ſubditi, & PATRIAM cives obligamur, ſinceritate ac pietate, Clementiſſimus HUNGARORUM REX APOSTOLICUS moveri poteſt, quod veterem Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Carnioliam & Moraviam limitibus Hungariæ includam, Bohemiam vero & Sileſiam Partibus, Hungariæ adnexis, accenſeam; per hæc enim APOSTOLICO REGI NOSTRO, alioquin HEREDITARIO plane nihil derogatur; qvum doceam, reſiduas quoque omnes, Hungariæ circumfuſas Regiones, e Syſtemate Gentis noſtræ, arbitrio Ducum & Marchionum, Metropoli tamen Hungaricæ obnoxiorum, gubernari olim conſveviſſe, ac Ferdinandum I, jure nexus cum ſanguine Arpadano, ex Auſtria & Bohemia perinde ita, ſicut olim Leventam, Vazulis filium, e Cumaniæ; Andream I. e Ruſſiæ; Belam I. e Poloniæ; Geyzam I. e Bulgariæ; Colomanum I. & Belam II. iterum e Ruſſiæ;

Wenceslaum denique, ſeu Ladislaum V, Uladislaum item I. & II. e Bohemiæ ac Poloniæ Ducatibus, velut PARTIBUS, ad capeſſendum ſupremum Imperii Hungarici Principatum evocatos fuiſſe.

Optaſſem utique, ut Obſervationes meas, inde a prima Hunnorum per Aſiam, poſtea ipſam quoque orientalem Europam diffuſione, uſque ad hæc tempora in ordinem redigere, ac peculiari huic operi, continuata ſerie ad perfectionem deducendo, me ab officioſis agendis liberiorem, unice devovere, atque ita comparatum Publico exhibere potuiſſem. — — — Satis eſt, me, ſenio properante (e), aliam viam, qua illas, ne mecum pereant, ſparſim deduco, ingredi coactum fuiſſe.

Diverſa quippe Diplomata, quæ inſigni plane hujatium Dominorum Magnatum, & Nobilium favore, pro ſua in illuſtrandam Patriæ Hiſtoriam propenſa voluntate, mihi ex ipſis plerumque autographis deſumere licuit, ſedulo a pluribus annis collegi. Ad hæc divulganda me Admodum Reverendus ac Eximius Dominus Michael Schmauk, Regio-Cameralis Oppidi Matthæivillæ, unius e XVI. Scepuſienſibus, Parochus, privatis etiam nonnullis Diplomatibus, liberalique ſumtuum prænumeratione oblatis, excitavit; ut adeo Eidem, qui ad SUPPLEMENTUM ANALECTORUM Scepuſii ſacri & profani, a Cl. condam Carolo Wagner editorum, ſub adamato TERRÆ SCEPUSIENSIS titulo, quin adhuc ſciverim, quid axiomate hoc indicetur, Leutſchovienſibus typis, ob majorem errorum corrigendi opportunitatem edendum & illuſtrandum non modo animos mihi adjecerit, ſed operam quoque ſuam contulerit, publicas hoc loco grates referam.

Opus hoc Diplomata, TERRAM SCEPUSIENSEM attinentia, diſerte autem illa duntaxat, quæ laudati Analectorum Scepuſii

---

e) *Cf. Obſervationes meas, Opuſculo Spect. & Cl. D. Gregorii Berzeviczy &c. DE COMMERCIO & INDUSTRIA HUNGARIÆ adjectas. pag.* 224.

ſii Auctoris diligentiam vel effugerunt, vel ex autographorum defectu mendoſe producta ſunt, continere debuiſſet, verum primo faſce typographico, a prænumerantibus Inclitorum Comitatuum Statibus & Ordinibus, ad ſollemnem, die 29. Septembr. 1800 peractam SUÆ EXCELLENTIÆ, Domini Supremi Comitis noſtri, ANTONII e Comitibus CSÁKY de Kereſztſzegh &c, inaugurationem Leutſchoviam confluentibus, recepto, quod Analectis Wagnerianis plerique carerent, vota eorum aliorumque impleturus, Wagneriana quoque Diplomata, quorum pauca ſeriem annorum excuſam evaſerunt, inſtar Notarum induxi. Quot Secula, tot eſſe deberent, DEO vitam & vires largituro, Partes. Pars I, Seculum quippe XIII. Diplomata fere CXX. complectitur, quorum aliqua, tardius acquiſita, malui extra ſeriem annorum inducere, quam ſilentio præterire. Longe interim plura, ejuſdem Seculi Diplomata inſeri adhuc potuiſſent, niſi me hactenus latuiſſet, per SCEPUSIENSEM TERRAM, Scepuſienſem, Sároſienſem ac Tornenſem Comitatus, Regalem utpote olim Ducatum, intelligi debere; prout hoc ipſum diplomatice (f) recentius eruderavi.

Diplomatibus his, ubicunque occaſio ſe obtulerat, Notas, veterem tam Aſiatico-Europæam Hunnorum vel Hungarorum quam Periodi Arpadanæ Hiſtoriam complexas, origines item variarum, Hungaris innexarum, Nationum & Rituum, veterem denique Limitum Hungariæ Partiumque adnexarum conſtitutionem, ſecutaſque involutiones exhibeo. Ut autem Hiſtoriæ veteris Notarum, in hac Parte I. occurrentium, intellectus non modo facilior evadat, verum etiam Hungarorum occiduo-Aſiaticorum & Europæo-orientalium Imperium in Hunga-

f) Sub Titulo: *Moldavenſis Decimæ indagatio, eſt proxima TERRÆ SCEPUSIENSIS, & huic innexarum, ſacro-profanarum Jurisdictionum, evolutio, concernentibus utriuſque Reipublicæ Ariſtarchis pro xenio anni MDCCCII. oblata.*

Hungaris hodiedum ſuſtineri pateat, APPENDIX Obſervationum, e Byzantinis aliiſque Scriptoribus erutarum, ſeriem Aſiatico - Europæorum Gentis noſtræ Imperatorum complexa, per Tabellas genealogicas, fronti paginarum inducendas, uſque ad Hungaros, poſtliminio reduces, in ſummo rerum compendio, eidem Parti I. una cum Mappis, quibus pleraque omnia vetera Regionum, fluviorum & locorum nomina inſerentur, accedet, atque ita Diplomatum Partes reliquæ, per Secula diſtribuendæ, ſubſequentur. Ut adeo Novitas Operis hujus ad Hungaricam veterem Hiſtoriam, adhuc multis hiatibus informem, dignitati ſuæ reſtituendam, vel maxime pertineat.

Nihil proinde ſupereſt aliud, quam ut, erroribus typotheticis, humanitus irrepere ſolitis, in hac Parte occurrentibus, benevole correctis, quemadmodum alias feceram, denuo exclamem:

Huc, Cives, vos fama vocat, diſpellite noctem
Hiſtoriæ veteris, fax erit illa novæ.
Huc, inquam, vos fama vocat, quos gloria Gentis
Juſta tenet; nec enim ſufficit una manus.
Omnia non omnis, verum omnia poſſumus omnes,
Ut merita cœptum laude perennet opus.
Præmeditata probis cedant, inventa polite;
Non tam, qui dubitat, quam docet, Argus ovat.

Dabam Leutſchoviæ 22. Januarii 1802.



SUPPLEMENTUM ANALECTORUM

TERRÆ SCEPUSIENSIS.

PARS PRIMA, SECULUM XIII.

I.

Mauricius & Chák Magiſtri, paternam Demetrii, quondam Bani (1), ſuper Terra Chatabérfalva *(quæ Hungaris* conſertæ pugnæ mercedem *ſignificat, hodie autem* Körmendinum *eſſe dicitur)* Donationem pro Comite Petro & Johanne, filiis alterius Johannis, Cognatis utpote ſuis, emanatam, in filios filiorum perpetuo valituram, confirmant. Anno Domini 1091.

EX AUTOGRAPHO, quod in Mindſzentienſi Excelſæ Familiæ Csákyanæ Tabulario habetur. Sigillum, hodierni biflorenarii magnitudinem æquans, ceræ albæ impreſſum, e ſericea cæruleo-viridi zona pendet, quod Leonem, bifida ſinuoſe in altum erecta cauda, tribus pedibus, anteriore ſiniſtro horizontaliter proſtante, dextrorſum inſiſtentem, exhibet, cum inſcriptione marginali: S. (Sigillum) CHAK FILII DEMETRII.

MAURICIUS & Chák Magiſtri, filii Demetrii, Bani beate memorie, omnibus Chriſti fidelibus, preſentes Literas inſpecturis, Salutem in Domino ſempiternam. Ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: quod nos conſideratis meritoriis ſerviciis & diverſis fidelitatibus Comitis Petri, filii Johannis, & Johannis

A fra-

1) Licet Privilegium hoc ad *Supplementum Analectorum Terræ Scepuſienſis* immediate non ſpectet, quia tamen *Perpetuorum Terræ Scepuſienſis Comitum* generis antiquitatem ac ſplendorem, diſerte autem Demetrium Csák, ſub S. Ladislao, Hungarorum Rege, Banum Croatiæ ac Dalma-

fratris ejuſdem, cognatorum noſtrorum, primo Patri noſtro eidem Bano, pie recordacionis, poſtmodum nobis exhibitis, quandam Terram noſtram Chatabérfalva vocatam, juxta Rabam adjacentem, cum omnibus ſuis utilitatibus, ſuiſque pertinenciis, contradiccione quo-

---

Dalmatiæ fuiſſe, indicaret, illud in fronte reliquorum Diplomatum exhibere non dubitavimus. Croatiam ſcilicet ac Dalmatiam Demetrii ævo *Terram Sclavoniæ ſeu Banatum* vocatam fuiſſe, teſtatur Andreas II. in Diplomate, quod A. 1217 (*ap. RR. D. Kat. H. R. T. V. p.* 246.), Zagrabienſi Epiſcopatui, per S. Ladislaum A. 1085. (*Bombard. Topogr. Hung. p.* 236), vivente adhuc Suinimiro (*Turôtzii C.* 56. *Zolomero*) Rege, Aſmue ſuo, Hungaris, prout alii priores, obnoxio, in Sclavonicis partibus fundato, contulerat: ut adeo Mauricius & Csák, Regionem, cui Demetrius Pater, Bani munere functus, præfuerat, nec deſignare debuerint. Suinimiro interim, A. 1088 ſatis cedente, quum Stephanus, Creſimiri III. ſeu Petri, ex Anonymo fratre nepos (*ap. Kat. T. II. p.* 533. 537. —), qui Ducis titulo & omni ſuæ Succeſſioni coram Suinimiro Rege antea renunciaverat, ſe Regem a ſeditioſis popularibus proclamari paſſus, tyrannidem arripuiſſet, Ladislaus, Magnus Hungarorum Rex, arrogata dignitate Regia Stephano abrogata, Demetrium Csák Croatiæ, ac Dalmatiæ Banum conſtituit, ſed inteſtinis rebellium armis hauſtum fuiſſe, brevis ejusdem vita, & ſubſecuta Sclavoniæ totius, cui Almum, ex Lamperto fratre ſuo, Ruſſiæ Hungaricæ Duce, nepotem A. 1091 (*Cf. Luc. L. II. C.* 1. *p.* 170. præfecerat, invaſio arguit.

Atque hujus Demetrii Antenatus erat Anonymorum noſtrorum *Eleud* (Conſtantini Porphyrogeniti Levedias) *Pater Zoholſu, a quo genus Saak deſcendit*, quem Belæ I. Notarius inter ſeptem Duces, ex Aſia egreſſos, primo poſt Almum loco, nominat. Nec eſt, cur quiſquam in Eleudiæ nomine adhæreat, quod Græcus tam facile in Levediam, ſicut Almum in Salmutzem &c. permutavit. Almus quippe (ut reliquam Eleudiæ hiſtoriam ex Conſtantino Porph. in patriorum annalium nexu hoc loco perſtringam), ex ulteriore ad Irtiſchi confluentem Magyaria egreſſus, A. C. 884. migrationis initium faciendo, in Suſdalia, quam Porphyrogenitus Etel Kuzu (*vel Etel - Küze, hoc eſt, peninſulam, Volgæ amnique Oka interjacentem*) Hungarice appellat, Avunculi ſui Olegi (*quem Anon. Not. Hulekum vocat*) Regione cum ſua multitudine ita ſubſtitit, ut pars ejuſdem uſque ad Tanais fontes extenderetur, qvum Eleud (populariter ideo ita dictus, quod citerioris Magyariæ (*elődi Magyarságnak*) multitudo eidem, velut primori Ducum (*elődi Vezérnek*) poſt Almum paruerit) adhuc in priore ſua ſtatione ad Tobolis confluentem perſtitiſſet. (*Pſeudo*) Chazari, aut potius jam Rutheni (Sineuſium antea Geougeni) & his intermixti Uzo - Magyari, Patzinacis ab Ortu, aliis vero Uzo - Magyaris, (*Porphyr. ap. Stritter. T. III. p.* 571.), contribulibus ſuis, intra Mæoticam & Caſpiam paludes diffuſis, ab Auſtro vicini, per Zabad - ôs - fali - os (*quod nullius unquam imperio ſubfuerint, Conſtantino itidem Hungarice ita dictos*) advenas conſtricti, mox A. 885 conſpirarunt, & Patzinacas, vel Avaros, intra Volgam & Jaicum colentes (fortiſſimam inter Hunnicas gentem, atque ideo *Kan - kar* - ok ſive *maſcula brachia* nuncupatam) conjunctis armis aggreſſi, eos prælio victos ad Elődianos, vel primores Turcos aut Magyaros propulerunt. Bello autem (*Idem ibid. p.* 797. 798. *not. p.*) inter hos & Patzinacas, quorum complures, in veteri Regione ſua manentes, Uzis victoribus cohabitarunt, confeſtim exorto, Elő-

quorumlibet non obſtante, dedimus, donavimus & contulimus predictis Comiti Petro, & Johanni fratri ſuo, ac eorundem heredibus, heredumque ſuorum Succeſſoribus, perpetuo & irrevocabiliter poſſidendam, in eodem & ſtatu prout eciam in Literis patenti-

---

Elôdianus exercitus, prælio inferior, in duas partes diviſus fuit, quarum una, Almi in Suſdalia cunctationem pertæſa, in Perſidem, Ottomanorum ſubinde Imperium fundatura, feceſſit, altera vero pars cum Elôdio Duce ſuo Almum præcedens, qvum ad fluvios Baruch (*Pripecum*), Cubum (*Bugum*), Trullum (*Tyram vel Danaſtrum*), Prutum & Seretum (*ibid. p. 611*) conſediſſet, ipſe Dux Eleud in hodierno ad oſtia Danaſtri Akerman (*Hungaris Neſzterfejér vár*) ſtativa defixit. Almus interea perfidæ partis Elôdiani exercitus hiatum reſarturus, A. 886 civile inter Pſeudo-Chazaros, & horum Contribules Cavaros, præſidiarios, utpote urbis & arcis Zárchel (*Bielgorod Cf. Conſtant. ibid. p. 566 & 696*), quod ex diverſis tribus, Ruthenico ſcilicet, Uzico & Patzinacico populis conflati fuerint, Conſtantino, ex Hungarico *Kavar, vel Kavarék*, ita dictos, necnon Uzos, Cherſonenſi Græco Prætori obnoxios, eo eventu excitavit, ut Cavari non minus, quam reliqui Uzi, e ſeptem adhuc tribubus conſtantes, feceſſione a Pſeudo-Chazaris facta, Elôdianos Magyaros ſequerentur, quorum priores Cavari, novis Galitzæ, quam Rutheni Halitzam vocarunt, ad Danaſtri; & Ladomeriæ, infra Pripeci fontes conſtructis urbibus, ita conſederunt, ut poſteriores Uzi, Pſeudo-Chazaris (*ibid. p. 939*) contermini ab Ortu fuerint, ipſoſque Magyaros vel Turcos Elôdianos, quibus ad memoratos, necnon Bugum, Prutum & Seretum fluvios intermixti erant, lingvam Ruthenorum docuerint. Cherſonenſis Prætor, novitate rerum admonitus (*quem Græci perperam Chazariæ (ibid. p. 609) Chaganum vocitant*) per Legatos petiit a Turcis (*Elôdianis*) ut ad ſe Chelandiam (*Hungarice:* hogy Kalantyába, *quo nomine, a Græcis detorto, quemadmodum nos munimen transverſim iſthmo impoſitum, ubi Prætor degebat, exprimimus, plane ita Rutheni* Pere op-am *lingva ſua hodiedum vocant*) primum eorum Voy-vod-um (*ſic Rutheni* Ducem, *Hungari* Baján-*um*, *unde nimirum* Bani *quoque nomen oritur*, *vocarunt*, küldgyék) mittant. Itaque ad Prætorem Chazariæ profectus Levedias (*Elödi Baján, hoc eſt: Anteſignanorum* (Avant-garde) *Dux*), poſtquam nobilem Chazaram, ſibi datam uxorem, acceptaſſet, eundem Gentis Principem facere voluit eo pacto, ut ſibi (*ſeu Græcis*) ſubeſſet. At ille ſpecioſum honorem haud acceptans, & artificium artificio eludens, qvum rediviſſet, ſtativa ſua ulterius, & quidem A. 887 ad longe lateque patentia inſularia fluminis Alutæ oſtia (*Hungarice:* Alt küzé, *unde iterum aliud Porphyrogeniti* Atel Cuſu *enatum eſt*), ſive ad vetus Hunnorum Caſtrum (*Cf. Procop. de ædiff. L. IV. C. 6.*) transtulit. Rebus, ab Elôdio in vicinia Græcorum, unde cumprimis metuendum erat, feliciter geſtis, Almus nihil porro cunctandum ratus, Huleko ſive Olego, poſtquam idem filiam ſuam Olgam Ingero, Rurici, Varægorum Ducis, filio collocaſſet, valedicere inſtituit. Olegus, ætate gravatus, qvum ſciret ſe ab Oneguro, Atilani Palatii Comite, ac Albæ Sarmatiæ Csákano, Almum autem ab ipſo Atila, olim Europæo-orientalium & occiduo-Aſiaticorum Hunnorum Imperatore deſcendere, videret quoque filios ſuos Zuardum & Caduſam, Almo (*Cf. Anon. Not. C. V.*) adhærere malle, quam in Patria regnare, in Arpade, Almi, velut æque ſenio gravati, filio, a prudentia & militari fortitudine probato, Hunnorum vetus Imperium Europæo-Aſiaticum inſtaurari voluit. Mutuis itaque Zabadôsfaliorum & Olegianorum Chazarorum conſiliis, Arpadem, antiqua conſvetudine obſervata, in ſcuto erectum

(*ap-*

bus chariſſimi Patris noſtri Demetrii Bani plenius vidimus contineri. Ut igitur ſeries hujuſmodi Donacionis firma ſemper ſit, atque rata, Nos eiſdem Comiti Petro & ſuo fratri noſtras Literas privilegiales conceſſimus Sigillo noſtro roboratas. Datum in villa Papuch in Vigilia Aſſumcionis Beate Virginis Anno Domini Milleſimo nonageſimo primo.

(ap. Stritt. p. 610.), inter fauſtas acclamationes, Magnum Hung-vár-iæ, veterumque adnexarum Partium Principem, ſive Imperatorem, fecit.

Almus, hac Avunculi ſui beniguitate recreatus, aſſumtum Szabadôsfalios in Hungvariam deducendi munus continuavit. Poſtquam igitur cum ſuis A. 888. ad partes Ruthenorum, Cherſonenſi, Græcorum Præfecturæ parentium, perveniſſet, Metropolim eorum Kyev expugnare, gentemque ipſam ſibi ſubjugare *(Anon. Not. C. VIII.)* conſtituit. At Cherſonenſis Prætor jam antea ordines dederat; ut ſeptem Duces Cumanorum, ſibi perinde obnoxii, Kiovienſibus Ruthenis in omnem caſum auxilio adeſſe teneantur. Verum Cumanis Ducibus, una cum potiore tribuum ſuarum parte *(Turótz. P. I. C. 24.)*, Almo, homologæ Magyarorum Gentis Principi adhærentibus, victi Ruthenorum Duces, inter quos etiam Suſdalenſis, fuga elapſus, continebatur, ſemet ad annua Hungaris pendenda tributa, filiis in obſides datis *(Anon. Not. C. XI. X. quantumvis fabellæ Neſtoris* (Cf. Thunman. p. 157. Kat. H.D. p. 72. Aſſeman. T. V. p. 393), *horumque propagatores hodierni obganniant)*, obſtrinxerunt, rogantes Almum, ut ſuperatis Galicia & Carpatis, in optimam Pannoniæ tellurem pro ſtabili ſede locanda concederent. Quum interea Eleud, in Leone Auguſto contra Symeonem, Iſtranæ Bulgariæ Principem, bello ſecum decertantem, propterea quod Chazaros *(rectius Pſeudo-Chazaros, veteres utpote Bulgaros, jam vero Ruthenos, Græcæ Cherſonenſi Præfecturæ obnoxios, Leonis auxiliares, velut communi ſuæ Genti perduelles)* comprehenſos, naribus præciſis, in contemtum Græcorum CPolim remiſerit, acerbius irritato, in belli conſortium expetitus, totum cum Liuntina *(rectius Leventa ſeu Pugile)*, Arpadis filio (quem Eleud, rebus gerendis mature aſvefacturus, Principem exercitus eſſe voluit) Bulgariam, in utraque Iſtri ora diffuſam, Arpadi ſubjeciſſet, ac Regioni Eteus, Oundi filius *(Cf. Anon. Not. C. VI. Porphyr. ap. Stritt. T. III. p. 615. 624, & Leon. Gram. ibid. T. II. p. 578)*, in qualitate Kar-Khani præfectus fuiſſet. Galicianis porro & Neo-Lodomerianis Cavaro-Uzis, in obſequio Hungarorum per Almum in tranſitu ſtabilitis *(Anon. Not. C. XI.)* poſtquam idem A. 889 hodiernam Bereghienſem & Unghenſem Provinciam ingreſſus, curam Regiminis Europæo-orientalis, accepto ſuorum juramento, in Arpadem *(ibid. C. XIII.)* tranſtuliſſet, Patzinacæ, occupata Szabadôsfaliorum longe borealiori, quam prius ad inferiorem Volgam & Jajcum coluerint, Regione, minus contenti, circumiverunt, ubinam ſedes meliores collocarent *(Porphyr. ibid. T. III. p. 116. 797 & 808)*. Aliquibus vero eorum in Etelkûze vel Suſdalia, quam Almus recenter dimiſerat, remanentibus, alii A. 892. venientes ad Boryſthenem, partim vacuas Cumanorum ſedes, Cherſonis parti conterminas occuparunt, partim deſertas Urbes, in Boryſthenis ora ſitas, inſederunt; qvum interea Symeone, Iſtranæ Bulgariæ Principe, accceptam ab Elôdio cladem & impoſitam ſibi Præfecturam ulturo, fœdus cum poſterioribus ineunte, Regionem Turcorum illorum, quos Arpad A. 894. cum Elôdio Duce ſuo contra Marahanos in auxilium Arnulphi *(Cf. Katon. Hiſt. D. p. 145.)* miſerat, ingreſſo, invaſis ac deletis eorum familiis, ejectiſque relictis in Albo Caſtro *(Neſzter fejêr vár)* præſidiariis, uſque ad Seretum flumen, ipſaſque adeo recentiſſimas Almi ad Boryſthenem, Pripecum & Bugum aquiſitiones occupaſſent, donec Symeone (ab Hungaris iterum ſubjuga-

II.

Henricus, Dux Cracoviæ ac Sileſiæ, Theodoro, Cracovienſi Palatino, facultatem concedit, Theutonicos in ſilva, circa fluvios Dunajec album & nigrum &c. *(intra metalium Hungariæ Carpatorum ſeriem* Poprado (2) *influentes)* locandi A. D. 1204.

EX AUTOGRAPHO coram limitanea Hungarico-Galiciana Commiſſione, A. 1794. Lublovicæ congregata, per Galicianos producto.

IN Nomine Domini DEI Eterni Amen. Cum vota, que a racionis tramite non diſcordant effectu ſubſequenti compleri deſiderent, cum eciam juſtis petencium deſi-

A 3 deri-

jugato) citeriores quidem Patzinacæ in unam cum Turcis gentem, ſupremo Hungarorum Duci obnoxiam, ſubinde coaleſcentes, nullum amplius intra ſe bellum habuiſſent. Ulteriores tamen Transdanaprani Patzinacæ Turcis, ac præcipue vicinioribus Ultraſilvanis, non modo frequentiore armorum collatione infeſti erant *(Porph. ibid. p. 621.)*, verum etiam, trajecto Danapri, ſingulas fere æſtates in eorum provinciis tranſigere ſolebant. Hi nempe ſunt illi Patzinacæ, qui ſemet ſubinde in borealibus Ponti Euxini Regionibus contrahentes, denuo Cumanorum (Polonis populariter *Polowziorum* ſive Metanaſtarum, aliis vero Tatarorum quoque minorum nomine venerunt. Ab hoc igitur tempore tam Cavaro-Uzi, quam Cumani, Almum & Eleudiam ſecuti, ac citeriores Patzinacæ in octo duntaxat cum Turcis Gentes, mutuo inter ſe contractu, ita coordinati fuere *(ibid. p. 623.)*, ut peculiares quidem ſuos Principes haberent, quamcunque tamen partem earum bello infeſtari contigiſſet, ei communiter omnique ſtudio & cura reliquæ ſuppetias ferre tenerentur, primum denique Ducem, ſeu Magnum Turciæ Principem, ex Arpadis proſapia ſemper conſtituerent. Atque hæc de Stirpis Csákyanæ, adhuc in Aſia ſplendidiſſimæ, non tam originibus, quam adulta Heroum propagine, in arctiſſimo Hungaricæ, poſtliminio inſtauratæ, Monarchiæ nexu, attuliſſe ſufficiat.

2) In limitanea Regnicolari Hungarico-Galiciana Commiſſione, A. 1794. Lublovicæ congregata, inter alias cauſales Literas producta fuit Mappa, per juratos Geometras confecta, tenore cujus evincebatur, montem Tatur ve. Tatra, ſeu Carpatum, eminenter ita dictum, gentilitiis Hungariæ inſignibus illatum, a limitaneis Carpatis, quos Poloni *Beskid*, Slavi *Karpak & Krapak*, vocant, undiquaque divulſum eſſe; Ex limitanea porro inter Hungariam & Galiciam Mappa, quam JOSEPHUS II. Imp. accuratiſſimo militarium Geometrarum labore confici curavit, evidenter patet, *Popradum*, ex auſtrali ad limites Liptovienſes Tatra effuſum, extenſionem quinta parte majorem habere, quam *Dunajecum*, in boreali ad limites Arvenſes Tatra exortum: Ut adeo Popradus

deriis, Juris racio facilem preberi perſvadeat aſſenſum, ea propter Nos Henricus (3), Dei Gracia Dux Cracovie, ac eciam Sileſie, notum facimus tam preſentibus, quam eciam futuris, quod peticione Comitis Theodori, Palatini Cracovienſis (4) inclinati, libertatem ſibi Theutonicos locandi in ſylva circa fluvios, qui ſic vocantur, conceſſimus: Oſtrovno, Dunajec, & Dunajec niger, Rogoznik, Lipietnicha, Slona, Zatynicha, Nedelska, Stradomia; quantum eſt de ſylva ipſius, dantes eciam ſibi his pactis & his condicionibus uti, quibus Theutonici Sileſienſes, in ſylvis locati, utuntur, in dicta ſylva, qualeſcunque fuerint, locandi inhabitatores, preſtantes eciam ſibi ab omnibus oneribus in ſylva nominata angariarum ſcilicet & perangariarum abſolucionem. Ita eciam quod in eadem ſylva Homines locati, coram nullo alio, quam coram ſuo Domino & ejus Sculteto Jure Theutonico, ipſis in omnibus ſuffragante, cogendi ſunt litigare, excepto Jure Ducali, quod eſt deciſio capitis, vel membrorum mutilacio, quod nobis noſtriſque ſucceſſoribus reſervamus. Ut autem hec noſtra conceſſio in perpetuum, robur authore Domino firmitatis obtineat, preſens proinde Documentum Sigilli noſtri corroboravimus impreſſione. Datum in Danczow, Anno ab Incarnacione Domini Milleſimo ducenteſimo quarto.

---

pradus Dunajecum, non Dunajecus Popradum alveo ſuo recipere, ac proinde Popradus in Poloniam & Viſtulam defluere dici debeat. Hoc ipſum contrà recentiorem geographicum errorem, in Mappis proſtantem, Dlugoſus agnovit (*H. P. T. I. p.* 10.) inqviens; „ Dunajec niger & al„ bus, cujus utriuſque fons in alpibus altiſſimis Hungariæ, quorum nivalis ſemper vertex, qui „ Tatri a vulgo appellantur, oſtia habet circà oppidum Opatoviec (*ubi nempe Poprado „ miſcetur.* “

3) Acta SS. Hungariæ ex Bollandiſtis ad 17. Octobr. excerpta Edit. Tyrnav. p. 249: „ *Hedvigis*, „ filia *Bertholdi*, Marchionis Meraniæ, & Comitis Tyrolis, tres habuit Sorores: unam Phi„ lippo Regi Galliæ nuptam; alteram *Gertrudem*, quæ fuit Mater S. Eliſabethæ, *Andreæ*, „ Regi Pannoniæ; tertiam Parthenonis in Franconia Antiſtitam; quatuor item germanos Fratres: „ *Bertholdum*, Aquilejenſem Patriarcham; *Ecbertum*, Præſulem Bambergenſem, *Ottonem* & „ *Henricum*, militia claros, Patris in Marchionatu & Comitatu ſucceſſores. — Duodennis „ *Henrico*, *Sileſiæ* & *Cracoviæ Duci*, in matrimonium data, ſenos ex eo liberos ſuſtulit, „ tum vero caſtitatis amore ſuccenſa, hanc bona mariti venia, in reliqvum vitæ tempus ſervan„ dam vovit, atque ita Sororis inſtar triginta omnino annis cum *Henrico* verſata eſt. Quo ſub „ annum 1238. vita functo, quinquennium reliqvum in viduitate exegit, Contubernio quidem Ciſter„ cienſium Sanctimonialium uſa, Religionem tamen haud profeſſa, quo pluribus benefacere poſſet. „ Demum A. 1243 Idib. Octobr. vitam, ſanctiſſime actam, pari morte clauſit in Cœnobio Tre„ bnitzenſi, quod vivens condiderat. “

4) Cromerus (*Hiſtor. Pol. L. V.*) Familiam Gryphiorum non tam opibus, aut Natalium ſplendore, quam virtute ac ſcientia militari claram fuiſſe perhibet. Ex hac Marcus, & *Theodorus*, cognomine Polonis *Cedro*, Germanis autem *Czader* dicti, fratres erant, ambo ſubinde ad Cracovienſem Palatinatum evecti. Quia vero nullis poſſeſſionibus, velut alienigenæ proviſi eſſent, Henricus iſte, cognomento *Barbatus*, cujus nempe Avus, Vladislaus II, Regno pulſus, obtenta ægre Sileſia, omni ceteroquin ad Poloniam prætenſioni (*Idem L. VI. ad A.* 1158.) renuncia-

re

III.

Andreas II. Rex Hungariæ, confert Adolpho Præpoſito Scepuſienſi, & Sorori ejus, terram quandam in Scepus, ſupra Poprad ſitam. A. D. 1209.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario illuſtris Familiæ Berzevitzyanæ habito. Cf. Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 103.

CAPITULUM Eccleſiæ Beati Martini de Scepus. Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſentes perveniunt, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quod accedentes ad noſtram perſonaliter præſentiam Nobiles viri & Magiſtri, videlicet Dominus Nicolaus, Cuſtos Eccleſiæ noſtræ prædictæ, filius quondam Comitis Andreæ de Villa Canis, ac Ladislaus, filius Magiſtri Ricolphi, exhibuerunt Nobis Privilegium Domini Andreæ, quondam Illuſtris Regis Hungariæ, ſuper quadam terra, ſupra Poprad ſita, confectum, petentes a Nobis humiliter, ut ipſum ſub Sigillo Noſtro de verbo ad verbum reſcribere dignaremur ad cautelam, cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

In nomine Sancte Trinitatis & Individue unitatis. Andreas, Dei gratia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Dum decoris ratio expoſtulat, & humani nihilominus exigencia Juris approbat, ut emeritorum ſtipendia virorum juxta competentem retribucionis ſeriem honeſta & decens confoveat recompenſacio, ſic etiam humane acciones, equitatis tramitem imitantes, unicuique fidelium defenſionis & laboris premium congruum, & benevolum in retribuendo gratitudinis officium impendiſſe dignoſcuntur: alioquin juſti Judicis ſententia, qua dicitur: merces Mercenarii tui apud te non dormiat, digne judicabuntur in contemptum. Ob hoc ſolers & provida Regie ſublimitatis diſcretio, mentis oculos ſur-

re debuit, cujus porro Pater Boleslaus, *Procerus* appellatus, cum ſuis Miecislao & Conrado fratribus (*Explicatio prævia Jurium Hung. in Ruſſiam p.* 34.) titulo diviſionalis perpetuæ compenſationis a Caſimiro II. Zatoriam & Oſviecimam, Sileſiæ adjectam, A. 1179 accepit, Henricus, inquam, Sileſiæ Dux (titulum enim Ducis Cracoviæ tantum ex occaſione perturbatæ, inde ab A. 1202 uſque 1206 Polonicæ inter Leſcum Album & Vladislaum Lasconogum ſucceſſionis, ad aliquam fluxi Juris ſuſtentationem aſſumſit) Andreæ Regis conniventia & affinitate fretus, Theodoro vaſtas, Hungaricæ trans Carpatorum ſeriem ditionis, ſilvas Oſviecimæ ac Zatoriæ Ducatibus ſuis a meridie contiguas, uſque ad alpes Tatrarum diffuſas, Jure Teutonico, Ducali attamen, quo deſtituebatur, ſibi reſervato, extirpandas, contulit.

ſurſum erigere, & unicuique fidelium pro meritorum ordine convincitur reſpondere, ne diſtricti Judicis, apud quem nullum bonum irremuneratum, examine feriatur, dum videlicet ſuorum labores emeritorum & exercitia, quorum virtutibus pariter & viribus, Regum longe lateque percrebeſcit potentia, non competentibus Beneficiorum recompenſationibus procuraverint attollere. Quia igitur hujus rationis ſancto & ſalubri conſilio venerabiliter aſſurgimus; inde eſt, cum Adolphus Prepoſitus, multum in ſervitio noſtro & Regine, chariſſime Conjugis noſtre (5), tam ad Dominum Papam (Innocentium III), quam Imperatorem (Othonem IV), & diverſos Principes, perſonam & res periculo expoſuerit, & fideliter deſudaverit, ad inſtantiam ejuſdem Regine, & venerabilium Fratrum ſuorum, ſcilicet: Colocenſis Archi-Epiſcopi Bertholdi, & Bambergenſis Epiſcopi (6) & Marchionis, quibus inceſſanter & fideliter, & ſuper omnes alios, eorum

---

5) Gertrudis nimirum (*Cf. Not.* 3.), quam Andreas, novis 1199 enatis cum fratre ſuo Emerico diſſidiis, ex Dalmatia & Croatia pulſus, profugii occaſione ſibi innoteſcentem, Nobilibus Auſtriæ procurantibus, deſponſavit, cum qua, pace inter fratres 1200. 28. Maji compoſita (*Apud Hieron. Pez. T. I. columna* 494. 710. 1206. *Ortilo ad A.* 1200. *Kertsel. Hiſt. Eccl. Zagr. p.* 324.), in Hungariam redux, Regni conſors effectus eſt, donec Emerico, & filio hujus, Ladislao puero, Regibus A. 1204. mortuis, ipſam Regni poſſeſſionem adiviſſet. Conſtantia, Emerici Conjuge, Aragoniæ Regis filia, in Patriam ſuam, Leopoldi Auſtriaci adjutorio, redeunte, cui dotales quoque Caſtri ferrei & Sopronienſem Comitatus Jure ſuo poſſidendos, tradidit. *Cf. RR. Katon. Hiſt. Crit. Regg. Hung.* Atque huic poſſeſſorio enatæ Limitum verſus Auſtriam & Stiriam involutiones adſcribendæ ſunt.

6) Qvum Andreæ A. 1206. filius Bela (*poſtea IV.*) naſceretur, accepto ejuſmodi nuncio, Innocentius III. Pontifex Ecberto, Bambergenſi Epiſcopo, Gertrudis Reginæ fratri, commiſerat, ut Regem adiret, ſuoque nomine (*Raynald. annal. Eccl. ad A.* 1206. *N.* 26.) gratularetur. Ecbertus itaque, aſſumto in Legationis hujus Comitem Bertholdo, fratre ſuo, ejuſdem Eccleſiæ Præpoſito, ad affinem ſuum veniens, tam liberaliter habitus eſt, ut Andreas Rex illi quidem terram hanc, ſupra fluvium Poprad ſitam, a Regiorum, Scepuſienſium quippe, Saxonum ſuorum Jurisdictione cenſuque ſolito eliberatam, cum omni Regio Jure contulerit, Bertholdum vero Archiepiſcopum Colocenſem & Croatiæ Banum (*RR. D. Pray Hier. Hung. P. II. p.* 50.) denominaverit. De hoc Bertholdo Innocentius Pontifex (*ap. Kat. l. c. T. V. p.* 384), datis A. 1209 ad Andream Literis, ita ſcribit: „ Præterea de tua regali prudentia valde con„querimur tibi ipſi, qui de Colocenſi electo per inſtantiam nimiam nos graviter circumveniſſe vi„deris, detrahentibus nobis multis, ſicut & habere videntur materiam detrahendi, quod illum „ præfecimus in Magiſtrum Magiſtrorum, qui nondum diſcipulorum diſcipulus eſſe norat, qvum „ eum in Epiſcoporum Epiſcopum conceſſerimus promovendum, qui ſcientia Pontificali, officio „ congruente, aſſeritur ex majori parte carere, in tantum, ut cura, commiſſæ ſibi Eccleſiæ „ derelicta, quæ quaſi gravius, vivo Paſtore, videtur, quam mortuo deſtituta, Vincentiam ſe „ transtulerit, ibique circa prima rudimenta verſetur, non præcavens imperitiam ſuam, quam „ caute domi ſtudendo potuiſſet utcunque redimere, foris, indecenter vagando, turpiter publica„re. — Alioquin ejus exemplo, qui dicit: pœnitet me hominem feciſſe, cogitare de ipſo ali„ter oportebit, ut, quod circumventi conſtruximus, circumſpecti demum, favente Domino, „ deſtruamus. “

rum fideles, ſervivit, & frequentius perſonam periculo mortis expoſuit, terram quandam, in Scepus ſitam ſupra Poprat, a Scepus (Provincia cenſualium Saxonum) eliberatam, & jam dicto Bambergenſi Epiſcopo collatam, per conſenſum & peticionem ejuſdem Epiſcopi, Adolpho Prepoſito, & Sorori ſue (que jam per dictam Reginam (7) a terra nativitatis ſue in exilium & peregrinationem vocata eſt, relictis competentibus Poſſeſſionibus) & Cognatis, Liberiſque ſuis, perpetuo contulimus poſſidendam cum liberis denariis & omni jure Regio (lucri Cameræ), quod ad nos dignoſcitur pertinere, tali tamen libertate: quod populos, quos collegerit, vel undecunque adduxerit, nullus preſumat judicare, inquietare, excepto Nobis, (velut abſoluto Caſtri Scepuſienſis poſſeſſori, adeoque Perpetuo ejuſdem, Comiti) & Palatino, vel cui ad preces ejuſdem Prepoſiti & ſuorum heredum preceperimus. Et ut omnis circumjacentium (Regiorum Saxonum) exſtirpetur controverſia, ſepius repetita terra his circumcingitur terminis & metis. Prima meta incipit a niveo monte, ſub cujus pede oritur rivulus, qui vocatur Jaſcunow, per quem deſcendit

B

7) Gertrudem, quam Theodorus, S. Eliſabethæ, filiæ ejuſdem, Biographus (*ap. Kat l. c.*), feminam, virili animo præditam, Regni tractaſſe negotia, teſtatur. Dlugoſſius (*Hiſt. Pol. L. VI. p. 614*) cauſam cæſæ Gertrudis Reginæ, ſororis quippe Hedvigis, Henrico Sileſiæ Duci nuptæ (*not. 3*), inquirens, ita commentatur: „ Abſurdum, inquit, videtur, ut femina, alioquin per „ ſe pudica & caſta, & quæ ſanctam filiam (*Eliſabetham*, Ludovico, Thuringiæ Landgravio; „ nuptam) progenuerit, genuſque ab ingenuis & religioſis Parentibus ducebat, ſtupra & adulteria „ (*in uxore Bank Bani, prout aliqui ſcribunt*) procuraſſe cenſenda ſit. — „ Moxque „ illam cæſæ (*ut Herman. Altahen. Abbas coævus ap. Oelfel. T.I. p. 666. aliique teſtantur*), „ Andrea in Halicienſi expeditione A. 1214 recte conſtituto, Reginæ rationem aſſignat: „ Quod, „ cum Andreas, Hungariæ Rex, ad conſilium conſortis ſuæ Gertrudis plures Almanos in Hungariam „ accerſiſſet, & cum illis Hungarorum caſtra & munitiones (*limitaneas*) expugnaret (*addere „ poterat, ſylvas terræ Scepuſienſis, Sileſiæ ac Zatoriæ contiguas, velut aliqua inutilia deſerta, quæ tamen Hungari per totam Carpatorum ſeriem ad arcendas hoſtiles quasvis Hungariæ invaſiones, exemplo Majorum ſuorum, ſolicite conſervabant, „ Henrico, Affini ſuo, exſtirpandas cederet,*) Magiſtratus quoque Reipublicæ, Hungaris negiectis, Almanis mandaſſet, Hungari, ſe contemni dolentes, conſpirarint, & præbente „ illis animum & ductum Bank (Palatino & Comite Poſon. antea Croatiæ) Bano, Gertrudem „ Reginam lanceis & haſtis confoderint. " *Cf. monumentum a Cl. Novakio* (ap. Kat. ibid. p. 207) „ *relatum.*) „ Leopoldus quoque (*ait Haſelbach ap. Schier. Regin. Hung. p. 191.*), „ Dux Auſtriæ, qui tunc (*occaſione cæſæ Gertrudis*) aderat, ad necem quæritur, ſed dextera Dei protegente, licet multa cum difficultate, ad propria cum ſalute revertitur. " Bertholdum peræque, contra quem tumultus paulo antea (*Kat. l. c.*) jam ciebatur, ſecuritati ſuæ conſulturum, ablatis cæſæ Sororis ſuæ theſauris Regno exceſſiſſe, teſtimonio eſt querimonia Regis Andreæ, ad Innocentium Pontificem delata, imo adjuncta ſatis probant, eundem, velut Gertrudis Conſiliarium & inviſum Coopertatorem, alibi delituiſſe, donec A. 1218 Aqvilejenſis Patriarcha conſtitueretur.

dit in Poprat, inde directe versus villam Isaac tendit ad metas distinctas, videlicet quoddam pratum, ubi oritur quedam aqua, que descendit per idem pratum usque ad rivulum nomine Humonyk, qui rivulus currit in Popart, videlicet Poprat per rivulum, qui vocatur Oscoi; revertitur ad priores niveos montes, unde inceperat, & per Lucuinum, curialem Comitem (Germanis Burggrafium), ejusdem terre, dilectissimi nostri Fratris, Bambergensis Episcopi, jam dictam terram assignari fecimus. Decernimus ergo hoc Decreto, nulli omnino homini fas sit, pretaxatam terram disturbare, auferre, vel aliquatenus minuere, sed integre & illibate permaneat illi, & per illum illius heredibus in perpetuum, usibus idoneis profutura. Quod ut ratum & stabile persistat, ne processu temporis possit aliquis infringere calumniose, presencium authoritate, & Regie Serenitatis Sigillo communivimus. Datum per manus Magistri Thome Aule Regie Vice Cancellarii, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo ducentesimo nono. Venerabili Joanne Strigon. Archi-Episcopo (8), Reverendo Bertholdo Colocensi & Bano existente, Calano Quinque Ecclesiensi, Boleslao Vaciensi, Catapano Agriensi, Simone Varadinensi, Villarmo Transylvanensi, Desiderio Chenadiensi, Petro Jaurinensi Episcopis existentibus, Ecclesias Dei fideliter gubernantibus, Poth Palatino & Musuniensi Comite, Michaele Vaivoda, Marcello Bachiensi, Jula Budrugiensi, Bankone Byhoriensi, Ochucz Suprunensi, Benedicto de novo Castro, Moys Ferrei Castri Comitibus existentibus. Regni nostri Anno Quinto.

Nos igitur justis peticionibus predictorum Nobilium Virorum & Magistrorum, videlicet Nicolai & Ladislai, benevole annuentes, ipsum Privilegium non cancellatum, non rasum neque abolitum, nec in aliqua sui parte vitiatum, de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, ad cautelam nostri Sigilli appressione duximus communiri. Datum in Dominica Ramis Palmarum. Anno Domini Millesimo, tercentesimo, tricesimo sexto.

---

8) Joannem hunc origine Hungarum fuisse, non vero Germanum aut Gertrudis fratrem, pront Cl. Schmitth (*in Archiepp. Strigon.*) & Illustr. Kollarius (*Hist. Diplom. p.* 137). existimabant, RR. Katona (*l. c. ad A.* 1205) ex Bulla Innocentii III. egregie probat. Prælaudatus Schmitth Joannem, de nece Gertrudi inferenda rogatum, ambigue ita respondisse refert: *Reginam occidere nolite * timere * bonum est; si omnes consentiant * ego non * contradico.*

Ceterum ex hocce Privilegio satis patet, Comitatum Scepusiensem cum initio Seculi XIII. jam ita e Systemate Regni dispartitum fuisse, ut duabus ejusdem partibus, Militiæ seu Nobilitati antea collatis, Andreas, Donationem facturus, terram, in tertia Comitatus vel Castri sui Regii parte, privatæ Regum utilitati reservata, constitutam, a Saxonibus, Regiis utpote Censualistis, prius eliberare debuerit, quam Ecberto, Bambergensi Episcopo, Affini suo, ac subinde Adolpho Præposito, hujusque Sorori, Rutgero (*Cf. Annal. Scep. P. I. p.* 104.) nuptæ, ac heredibus contulisset.

IV.

IV.

Vislaus, Cracovienſis Epiſcopus, Fundationem Eccleſiæ, quam in honorem S. Mariæ Theodorus, Cracovienſis Palatinus (9), in Ludzimirenſi territorio ſuo Ciſtercienſium Ordini fecerat, gratam & acceptam habet. A. D. 1234.

EX AUTOGRAPHO, coram prædicta Commiſſione per Galicianos producto.

IN Nomine Domini Amen. Nos Jaroslavus, Cracovienſis Archidiaconus, nec non Conſervator privilegiorum Fratrum Ordinis Ciſtercienſis, in Regno Polonie conſtitutus per Sedem Apoſtolicam Deputatus, notum facimus Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos pervenerint preſentes: quod veniens ad noſtram preſentiam Frater Joannes, Procurator legitimus Monaſterii de Czyrzyc, coram nobis exhibuit, quoddam Privilegi-

9) Qui apud Hungaros hodiedum ex officio vocantur Comites & Comitatus, iidem apud Polonos ad noſtram ætatem appellabantur *Palatini & Palatinatus*, populariter *Woywod, & Woywodztwo.* Poſteriorum denominationis origo ac dignitas, paulo altius repetenda, perſtringi debet. Conſtantinus Porphyrog. A. C. 959. mortuus, in Geographica Scythiæ deſcriptione (*ap. Stritter. T. II. p.* 1041), inter alia Patzinaciam ab inferioribus Iſtri partibus ex oppoſito Siliſtriæ procurrere; quatuor Patzinacarum (quos Anna Comnena Hungaris homologos fuiſſe teſtatur) themata, ultra Danaprim, ſeu Boryſthenem fluvium, ad Orientem & Septemtrionem, reliqua vero quatuor themata cis Danaprim flumen ad Occidentis & Septemtrionis partes, ac diſerte circa fluvios Danaſtrum Iſtro; Jugulum Bugo; Hybulum (*hodie Japulum*) Iſtro; Almatam (*hodie Jalomitzam*) æque Iſtro; Cuphim (*ſeu Viſtulam vel Viſtillum, qui a Conſtantino* Cuphis *ideo vocatur, quod fluvio huic, inde a fontibus* Visla & Visloka *propagato, novum nomen illud populari Hungarorum voce* Kutſô, *proprietatem hanc exprimente, haud intellecta, more Græcorum intorſerit*) Mari Baltico; ac Bogum, Viſtulæ illapſos (nec enim amplius Bugi, quem Cubu vocat, Baruch ſive Prypieci, Pruti & Sereti fluminum, quorum Patzinacas perinde accolas fuiſſe docet, hoc loco meminiſſe voluit), late diffundi: horum porro Thematum aliud a Turcia (*vel Hungaria, intercedentibus incultis ad Oderæ, Viſtulæ, Popradi & Sani fluviorum fontes Carpaticis montibus*) dierum quatuor; aliud autem a Bulgaria itinere dimidii unius diei diſtare perhibet. Idem Scriptor Auguſtus (*de adm. Imp. C.* 40. 42. *ibid. T. III. p.* 622) Turcis, in magna Moravia ſeu Pannonia, necnon ad Temeſium, Alutam, Maruſium, Criſium & Tibiſcum habitantibus, Patzinacas verſus Septemtriones, Francos vero vel Saxones (Belochrovatis, ſive Albis Chrovatis (*idem C.* 30. *ibid. T. II. p.* 390.), qui ſe Boicos (*Woyk - os, hodie Bohemos*) di-

gium felicis memorie Dñi Vislai olim Crakovienſis Epiſcopi, cujus tenor de verbo ad verbum inferius continetur, petens inſtanter, ut cum uſu ejuſdem Privilegii idem ſuum Monaſterium egeat neceſſario, & jam antiquum videatur, & pre vetuſtate in corruptionem declinare, quatenus authoritate noſtra ordinaria, ac etiam conſervatoria, idem Privilegium per Notarium publicum transſcribi & explanari faceremus, ac etiam ſolenniter publicari, ut cum ſuo Originali idem tranſcriptum fidem faciat pleniorem. Nos autem juſtis ejus peticionibus annuentes, idem Privilegium per Albertum, Noſtrum Notarium, ſubſcriptum, tranſcribi mandavimus, de verbo ad verbum, nihil mutato vel diminuto aut addito, quo vitiare poſſet intellectum. Erat autem predictum Privilegium ſigillatum duobus Sigillis de cera aliquantulum glauca, & aliquantulum propter vetuſtatem nigra, in chartulis, de Pargameno appenſis, quorum primum erat oblongum, in cujus medio erat ſculpta Imago Epiſcopalis, ſedens in cathedra, habens ſuam dexteram quaſi ad benedicendum ſurſum elevatam, & in ſiniſtra ejus manu tenens baculum paſtoralem; ſecundum vero Sigillum ſimiliter oblongum de ſimili cera fuit, in cujus medio fuit ſculpta Eccleſia cum turri ſurſum & vexillo. In circumferentia vero primi Sigilli erant tales Litere, que bene legebantur: X. S. Vislai

---

dicunt, & non ſolum proprio Principi ſubjiciuntur, verum etiam cum Turcis affinitates & amicitiam contrahunt, finitimos) ad Occidentem confines facit, ac præter Magnum Turciæ, in octo cum cisdanapranis Patzinacis, Cabaris (*quod promiſcuæ nationis fuerint, ex Hungarico* Kavarék *ita dictis*) & Cumanis Gentes diviſæ, Principatum, duas principes inter Turcos Dignitates, quorum una *Gylas* major fuerit, quam altera *Karkhán* dicta, viguiſſe, Phalitzinum vero (*rectius* Phalen, *ejus Patrem, ex populari Slavico* Bela, *quod perinde* Album *ſignificat, Græce ita detortum, quum hæc circa A.* 950 *ſcriberet*) Principatum tenuiſſe docet. Quia vero, velut vicinus & curioſus rerum Hungaricarum indagator, ignoraſſe ſupponi nequeat, Taxin ſuum, ſive Toxum noſtrum, inde ab A. 947. Magnum Turciæ Principem fuiſſe, Phales hujus vel Belæ, Bohemorum Beloslai I, Arpadis nimirum ex Iutotza filio (*quem nobis idem Conſtantinus adhuc ſub veteri* Csa-aba-*rum*, *ſeu* Gentis Patrum *nomine* (Cf. Stritt. T. III. p. 806 §. 17 & 20) *ſiſtit*) nepotis, Principatum ad majorem e duabus præcipuis Hungarorum Dignitatibus, quæ alia non eſt, quam *Palatini*, olim populariter *Gyül-es*, quod reliquos Duces ac Principes cum ſuis Gentibus, quoties neceſſitas exegiſſet, adverſus hoſtem *contrahere*, ac Supremi omnium Ducis munere fungi conſveverit, hodie *Nagy Úr' Iſpánya*, quo Magni Hungariæ Domini Prætorem, ſive Pro-Regem indicamus, appellati, retuliſſe cõficitur.

Huc accedit, quod Patzinacicum Gylæ Thema, Turciæ, prout relatum eſt, appropinquare doceat; porro unicum duntaxat e Patzinacicis quatuor cisdanapranis Thematibus *Chaluxingyla* (ex promiſcua Hungaro-Slavica dialecto *Csáluv Sin Gyüles*, hoc eſt: *Cſabæ filius Palatinus*, Græce detortum) inter *Kan-kar-os* (*Kan-kar-ok*, *maſcula brachia*) referat & *Phalitzin*, e Slavico *Beluv Sin*, vel *Belæ* ſeu *Beloslai filius*, iterum Græce detortus, pro inferiore Gyla vel vice Palatino (*Al-Gyüles*) unius Patzinacarum, Turcis ſeptemtrionalium, Thema-

tis

Vislai Cracovienſis Epiſcopi, in ſecundo autem Sigillo taliter continebatur: *K. S. Eccleſia Cracovienſis S. Venceslai.* Ipſius vero Privilegii de verbo ad verbum tenor erat talis:

In Nomine Sancte & Individue Trinitatis Amen. Quoniam Sacro-Sancta Mater Eccleſia Divina providente gratia, que in ſui diſpoſitione non fallitur, in filiorum propagatione dilatatur, tanto majori affluens ubertate refulgurat, & reſplendeſcit, quanto majorum & celſiorum patrociniis inſtauratur. Ea propter Ego Vislaus, Dei Gratia Cracovienſis Epiſcopus, viſo pie deſiderio voluntatis Nobilis viri Comitis Theodori, Cracovienſis Palatini, filii Joannis, & laudante definitionis intentione, que ad decus & decorem Sacro-Sancte Matris Eccleſie, ac ſalutem pertinet animarum, circumſpecta, univerſis tam preſentibus quam futuris, hanc paginam inſpecturis, digne duxi declarare, quod juſtis & honeſtis petitionibus ejuſdem illuſtris Viri Theodori miſericorditer inclinatus, de communi omnium voluntate & conſenſu Capituli mei, conſtruendi Eccleſiam in honorem Sancte Marie in territorio ipſius, quod vulgariter Ludemer nuncupatur

---

tis exhibeatur, qui Patri ſubinde ſuo ſub nomine Beloslai II ſucceſſit. Atque iſtorum *Bela*-rum, Conſtantini *Phale*-orum, prior eſt ille Turótzyani Anonymi (*P. II. C. 5. Cf. Anon. Notar. C. 27. Cedren. ap. Stritt. T. III. p. 619*) Beliud (*Beli Wud vel Beli Wod, Albus vel Albiæ regionis, hoc eſt: Bohemiæ Dux*), qui poſteaquam ab Hierotheo, Turciæ Epiſcopo, per inferiorem æque Gylam, ſeu Vice Palatinum, Horkæ, Turcorum ad Alutam Principis, filium, CPoli baptizatum, ſecum allato, & Horkam in Wladislaum ſive Ladislaum baptizante, ſubinde vero ad Patzinaciam, vel Poloniam & Bohemiam tranſeunte, in Beloslaum baptizatus fuiſſet, Geyzæ Imperatori ſuo, per Hierotheum æque baptizato, author fuit, ut inferioris ad Alutam Gylæ, cujus nempe appellativum Dignitatis nomen in proprium Gvulæ tranſierat, filiam Saroltam Chriſtianam uxorem acciperet. Phale, inquam, ſive ſenior Beliwud erat, qui Kulam terram (*nobis Külföldet, hoc eſt: Partem, Hungariæ adnexam*) poſſederat, cui Geyza Kulam filiam ſuam (*hoc eſt: Külön 's nem ſaját Leányát, orphanam quippe ſororem ſuam ea ratione dedit filio ejuſdem, Turótzyano æque Beliwud, ſive Beloslao II collocandam*) ut contra Keam fratrem (*nobis Kém ötſe ellen, velut æmulum & exploratorem*) ſuum *Polonorum nempe Miſcislaum I, Turótzyanum Miskam, ſive Michaelem, qui Græco ritu in Latinum mutato, ſibi a Leone VIII Pſeudopontifice Coronam Bohemiæ ac Poloniæ* (Cf. Sand. Potiſſ. ad A. 964. & Kat. H. R. T. I. p. 4. 5.) *clam procuravit*) bellaret, cujus poſt obitum terram quoque idem (*junior*) Beliwud hereditavit. *Geytza ezen Beliwudnak maga külön Leányát adta, hogy kém ötse ellen hartzolna, és halála után a' földgyét ugyan tsak fia Beliwud örökségül birta.* " Ea quippe Hungaros fata obruerunt, ut mali & potiſſimum Germani interpretes autographa eorum Chronica imperite confuderint.

Idem Conſtantinus Termatzum, Tebelis filium (*ibid. p. 624*), cum Bultze, tertio Principe (*primus quippe vel ſummus erat Toxus, ſecundus vero Phale ſeu Beloslaus I*)

tur tradidi poteſtatem Decimas (10) de toto nemore & de omnibus Silvis, que nunc & in poſterum, exſtirpari poterunt, eidem Eccleſie liberaliter confe-

---

& Kar Khano Turciæ, Kale Kar Khani (*quem Anon. Notar. C. 39. 41. Bogar, ſive Bulgarum eminenter ideo vocat, quod, licet Kales ac Bultzis ævo Simeon hujuſque filius Petrus a Græcis pro Bulgariæ Regibus dicerentur, illi his nomine Hungarorum immediate præfuerint, & Græcis pro arbitratu ſuo arma quoque intulerint, unde nimirum etiam* Kar Khani, *ſeu* brachiales *Bulgariæ* corregentes *dicebantur*) filio, nuper in gratiam rediviſſe; inferiorem vero Gylam, ſeu Vice-Palatinum (*Al-Gyüles*) Turciæ propinqvum fuiſſe docet; *Cedrenus* porro (*ap. Stritt. l. c. p. 816.*) Patzinacas, qui Regii *hoc eſt: ſummis Hungariæ Principibus obnoxii*) dicebantur, *planities*, trans Iſtrum (*inferiorem*), a Boryſthene fluvio ad Pannoniam (*ſeptentrionalem*) uſque porrectas incolere teſtatur; *Scylices* autem (*ap. Stilting. in vit. S. Steph. f. LXI.*) hæc Patzinacarum loca diſerte *campos*, ad Pannoniam pertinentes (*unde nimirum Polonia, ex populari voce ſua* Pole, *quæ* Planitiem *vel* Campum *ſignificat nomen ſuum traxit*) vocat. Ut adeo clarum omnino in priorum, & reliquæ Conſtantini circa Hungaros & Patzinacas relationis, nexu evadat: I. Porphyrogeniti Gylam Phalen (*Beloslaum I.*), diverſis eodem ſignificatu lingvis Album, ſeu Albæ Chrovatiæ vel Bohemiæ, ac Albæ Serviæ vel minoris, incluſa Sileſia, Poloniæ Principem, una Palatinum fuiſſe, cujus nempe filius Phalitzinus, poſtea Belóslaus II, Patre adhuc vivo, præfatæ Albæ Serviæ Princeps, una Vice-Palatinus erat (*alter enim Vice-Palatinus Gylas, Horkæ filius, non inter Patzinacas, verum Turcos, Alutæ accolas, referebatur*); II. Charobonm, ævi noſtri Pomeraniæ, necnon majori Poloniæ, Pruſſiæ, ac incluſa Podlachia, Maſoviæ; III. Jabdiertimum Regioni, quam Berezina & Prypiecus fluvii cum ſuis acceſſoriis, Viliæ item & Ruſs amnium confluentes irrigant, ſeu ævi noſtri Lituaniæ, Polonis Littwa nuncupatæ; IV. Termatzum Galiciæ, Regioni quippe Sano Bugo, Danaſtro, Pruto, Sereto & Jalomitza fluviis irriguæ, quorum nempe poſterioris intuitu cum confine ſuo Bultze, Bulgariæ Kar Khano diſſenſerat, præfuiſſe: ac proinde viginti partes, præmiſſis quatuor cisdanaprapis Patzinacarum Thematibus reſpondentes, quarum ſingulæ (*idem ap. Stritt. T. III. p. 806.*) ſuos minores habebant Principes, his vero mortuis Dignitas hæc non abſolute filiis, verum digniori ex eadem proſapia (*prout apud Polonos antea cum ſuis Palatinis, hodiedum autem in Hungaria cum perpetuis Comitibus fieri ſolet*) conferebatur, nihil aliud eſſe, quam Polonorum Palatinatus, a Phalitzino, inferiore Palatino, derivatos. Quod reſiduos quatuor Turcorum Principes attinet: V. Bultzes Kar Khanus, Bulgariæ; VI. Gyula ſenior, Horkæ ſeu Ladislai filius, itidem inferior Gylas vel Vice-Palatinus, hodiernæ Tranſilvaniæ ac Valachiæ; VII. Botund, filius Kulpuun (*Cf. Anon. Notar. C. 45. 56. Kat. H. D. p. 256, 376, 456*) Zuardo in Græcia mortuo, & Kaduſa in Marachania cæſo, Huleki (*Neſtoris Olegi*) filiis, ſuccedens, toti Adriatico Litorali & Croatiæ; VIII. Denique ſummus Turcorum, Pacinacis unitorum, Princeps in meditullio Partium ſuarum, matrice videlicet Regno Hungariæ, cujus orientales Europæas trans Boryſthenem reſiduæ Patzinaciæ, Lodomeriæ nimirum & Cumaniæ, velut ſui alioquin Juris, Regiones, Zultanus (*Anon. Not. C. 57*) nec limitavit, conſidebat.

10) Decimarum in Hungaria & Partibus origo eſt ſequens: Sanctum quippe Stephanum, Patri ſuo Geytzæ

ferendo. Ne igitur tam celebris & ſolemnis facti memoria, ab aliquo vel aliquibus poſſit vel debeat diſſenſione violari, aut concertatione perturbari, Sigillorum mei videlicet munimine & Capituli feci roborari. Actum publice Anno Incarnationis Domini Milleſimo ducenteſimo triceſimo quarto. In Capitulo Cracovienſi ſub Teſtimonio Dominorum, quorum nomina ſunt hec: Salomon Decanus, Andreas Scholaſticus, Sumpertus Archi-Diaconus, Vitus Prepoſitus, Rudolfus Cantor, Nicolaus Cuſtos, Romanus, Valterus, Trojanus, Bernardus, Debegeneus, Vincentius, Fridericus, Michael. Quo Privilegio noſtro authoritate tranſcripto, per Albertum Notarium ante dictum, idem tranſcriptum in noſtra preſentia cum ſuo vero originali; legi, auſcultari & examinari diligen-

---

Geytzæ ſuccedentem, graviſſima illico belli tempeſtas excepit (*Cf. Kat. H. R. T. I. p.* 49), Kupa Duce, facinoroſorum authore, Calvi Zirind filio (*Turótz. c.* 28). Zirind iſte Beloslai II. frater, Bohemis vocatur Zirahqvas (*Cf. Chron. Magdeb. ap. Kat. H. D. p.* 664 --), qui ſe in Monachum Ratisbonæ attonderi paſſus, qvum a Moguntino Archiepiſcopo in Presbyterum ordinari debuiſſet, ab ara recedens, Juditham, Geyzæ filiam, a Boleslao Polono, Miſcislai filio, ob inceſtas nuptias dimiſſam, ſibi uxorem copulaverat, ex qua ſcilicet Kupam genuit. Coacto itaque ad Granum fluvien exercitu, Stephanus, ancipiti prælio congreſſurus, votum de condendis in Monarchia ſua Epiſcopatibus & Cœnobiis, Decimiſque omnium rerum, juxta Concilii Sandionyſiani, anno priore 997 de abolitarum Decimarum reſtitutione (*Petav. Rat. tempp. T. II. p.* 606) celebrati, decreta Clero attribuendis edidit (*Kat. l. c. p.* 713 --), ſi potentiſſimum hoſtem ſuum debellaverit. Parta victoria, Stephanus non modo Hungariam omnem in decem Epiſcopatus, quorum Strigonienſem Eccleſiam Metropolim & Magiſtram conſtituit, Decimis quoque attributis, partitus eſt, verum etiam ſolenni Edicto, in Partibus publicato id ipſum ſanxerat faciendum. Atque hujus Edicti effectus erat, ut fundatis Pragæ a Beloslao II. Primi filio, in Bohemia; Cracoviæ & Gneſnæ a Boleslao I. Miſcislai filio in Polonia; Kioviæ autem a Vlodimiro, Svatoslai filio, in Lodomeria Epiſcopatibus Decimæ adjicerentur. Ignatius equidem Kultzinſzky, Ordinis S. Baſilii Ruthenus (*in append. Speciminis Eccleſiæ Ruth. A.* 1733. *Romæ edita, ap. Aſſeman. T. V. p.* 393.), inter ceteras de converſione Ruthenorum fabellas, &, Latinæ ſinceritatis puritate jam evaneſcente, ſequioris aevi Graeculorum nugas, quam diſertiſſime agnoſcit: „Magnum Vlodimirum, Svatoslai filium, Igori & Beatæ Olgæ (*Olegi ſive Huleki filiæ, Zuardi & Kaduſæ Sororis*) nepotem, quem Petavius (*in Rat. tempp. T. II. p.* 574) Apoſtolum & Salomonem Moſcoviae vocat, non modo magnificentiſſimam in honorem Deiparae Metropolitanam Kioviae Baſilicam aedificaſſe, verum etiam Decimas eidem atque adeo Metropolitis, quorum primum Michaelem, ex urbe CPolitana (*utique cum Romana Eccleſia unitum*) obtinuerat, ex univerſo Kiovienſi Principatu addixiſſe. Hos non Vlodimiri, Apoſtolica Bruni Epiſcopi, quem Stephanus (*Cf. Pray. Anal. vet. p.* 378. *Kat. H. D. p.* 633 --) exmiſerat, recentius una cum populo Sedi Romanae uniti, voluntarios, verum debitos voti & praecepti, per Stephanum editi, effectus fuiſſe, res ipſa pro ſe loquitur.

ligentius fecimus. Etquia in omnibus vere concordare cum ſuo vero Originali invenimus, decrevimus ipſum tranſcriptum authorizatum fore, & ſibi in omni loco adhibendam plenam fidem. In cujus rei teſtimonium ipſum tranſcriptum, tam noſtro Sigillo appenſo roborari fecimus, quam etiam per ſubſcriptionem dicti Alberti, qui preſens tranſcriptum manu ſua ſcripſit, ſolenniter publicari. Actum & datum Cracovie in Choro Fratrum Predicatorum vigeſima ſeptima Menſis Novembris anno a Nativitate Domini Milleſimo tercenteſimo quadrageſimo. Preſentibus venerabilibus Viris Domino Ottone Cancellario Polonie, Vincentio Plebano de Viliczka, & Religioſis Viris Fratribus Bozegio Cracovienſis, Petro Poznanienſis, & Stanislao Sandomirienſis, Conventuum Prioribus, Ordinis Fratrum Predicatorum, & aliis multis.

Et Ego Albertus Criſtini de Turbia, Clericus Cracovienſis Diœceſis, Publicus Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, Exhibitionem, preſentationem & oſtenſionem dicti Privilegii, ac petitionem, per dictum fratrem Joannem, nec non authoritatis, ac decreti interpoſitionem cum aliis, per eundem Dominum Archi-Diaconum ſententiis, una cum teſtibus ſupraſcriptis preſens inſtrumentum, & ea omnia manu mea ſcripſi, ac hoc exemplum, ſeu tranſumptum, cum ſuo vero Originali; auſcultavi & examinavi, & quia utrumque concordare inveni, ut eidem Tranſcripto plenior fides adhibeatur, de mandato dicti Dñi A. Diaconi, me hic ſubſcripſi & ſigno meo conſveto ſignavi in teſtimonium omnium premiſſorum.

V.

Marcus Cracovienſis Palatinus Villam Rogoznik, in hodierno Neoforenſi Diſtrictu ſitam (11), a ſuo, e fratre Theodoro nepote, coram Concilio Henrici Ducis, perpetuo emtionis Jure acquirit. A. D. 1237.

EX AUTOGRAPHO, ibidem per eoſdem producto.

IN Nomine Sancte & Individue Trinitatis Amen. Quoniam ea, que a diſcretis hominibus in tempore geruntur, vetuſtate tamen, que mater oblivionis eſt, interveniente, ſepius labuntur in errorem. Hinc eſt: quod Nos H. Dei gratia Dux Sileſie, &

11) Neoforenſis Diſtrictus olim pars erat Hungarici Comitatus *Ó-vári-enſis*; poſtquam enim Arpad,

& Poloniæ, notum esse volumus universis, tam præsentibus quam, futuris, hanc paginam inspecturis: Quod Comiti M. Palatino de Krakov, coram Concilio nostro & nostrorum Baronum, filiolus suus nomine F. quamdam Villam, que Rogoznik vocatur, pro quadam summa pecunie sibi concesse a jam dicto Comite, jure hereditario resignavit possidendam; quoniam ejusdem summe pecunie persolvende posse non habebat. Sepe autem jam dictus Comes, super filiolo suo pietate motus, addidit insuper duos boves, sex ulnas de Bruner & pelles vulpinas hac de causa, ut jam ad dictam Villam nullum penitus respectum habere niteretur: sed omni remota excepcione ipsam sibi resignaret, quod gratanter filiolus suus, nomine F. jam dictus, acceptavit, promittens se nullam

C

---

pad, Ungvarino (*Anon. Notar. C.* 17 & 18) Szerentsinum descendens, vicina Loca, usque ad Castrum Salis (*Sóvár*, Salzburg, *Eperjessino adjacens*) usque ad fluvium *Sajó* sibi subjecisset, communi consilio, missus est Borsu, filius Bunger, cum valida manu versus terram Polonorum, qui confinia Regni obstaculis confirmaret usque ad montem Tatur, & in loco convenienti castrum construeret, causa custodiæ Regni.

Sola terrei Castri Borsod, ob exiguitatem suam, ex Hungarica voce *Borsó*, pisum significante, ita compellati, cum valida suorum manu, & rusticorum multitudine, intra paucos dies perficienda erectio, tantum in Arpadio Curia gaudium, quantum Anonymus cum reversione Borsu factum fuisse tostatur, excitare non potuit; sed neque Castrum hoc, ad fluvium Boldva erectum, alio Polonis, montique Tatur, longe viciniore Castro Salis jam occupato, exmissionis Borsuanæ fini respondisset, nisi subjugata Scepusiensi arce id effecissit, ne aliquid a tergo metuendum reliqvatur. Ut adeo terrei Castri Borsod contra Gömörienses & Neogradienses, necdum subjugatos (*C.* 33), constructio, accessorium duntaxat fuerit sui principalis, hoc est: Metarum ex parte Poloniæ constructionis, & obstaculorum, castrique alterius in convenienti loco erectionis. Borsu itaque, Castro Borsod constructo, ultra Castrum Sóvár progressus, occupata primum arce Scepusiensi, per indagines Popradi ad aliam Sandeceasem Scyrorum munitionem, contra Polonos intra Popradi & Dunajeci confluentes erectam, duorum adhuc milliarium spatio a Carpatorum, Poprado perruptorum, serie distantem, populariter Schanz dictam, perveniendo, eam perinde occupavit, hinc porro " Borsu (*C.* 18) acceptis filiis incolarum in obsides, & factis (*versus Occidentem quoque ad Constantini Porphyrogeniti* (de adm. Imp. C. 30. Cf. Not. 11.) „ *Bobagoram* (hodiedum ita dictam) *ultra quam nunc* (anno quippe 959) *sunt Belochrovati sive Chrovati Albi*) metis, per mortes Tatur (*in faucibus Popradi conscen-*„ *sos, constructoque ad antiquam portam, hodie pro Fritskensi passu habitam,* „ *Castro, quod relate ad Sandeciam, Scyris* Alt Schanz, *Slavis & Polonis* Stá- „ rij Schonz, *Hungaris* Ó-vár *vocitari cœptam, his ipsis* Uj-vár, *sive novum Castrum* „ *dicebatur*) glorioſe reversus est ad Ducem Arpad, & de reversione Borsu factum est gaudium „ magnum in Curia Ducis. Dux vero pro hoc fatigio Borsum in Castro (*Borsod*) Comitem „ constituit, & totam curam illius Partis (*limitaneæ Scepusiensis Ó-& Uj-várienſis*) „ eidem condonavit. "

Vete-

lam penitus in Patruum ſuum (12) ſepe jam prefatum Comitem, pro dicta Villa authoritatem habere, imo omnibus excepcionibus remotis, ipſam ſibi ſub nomine vendicionis reſignavit poſſidendam, coram his teſtibus: Comite Procoslav, Comite Stephano, filio Andree, Vincencio Januſio de Naklo, Clemente filio Clementis, Wlodimiro], Joanne, filio Cromole, Iwonono Scarbrit, Jacobo Venatore, Predislao Vexillifero, Prebislao Tribuno, Coſſara, Ubislao, Venceslao, Petreone, Viſermiro, Servacio, Boſſone, Mathia Mloſzczone, & aliis quam plurimis aſſidentibus. Actum in Sede, Anno Incarnacionis Domini, Milleſimo ducenteſimo triceſimo ſeptimo.

VI.

Bela IV. Tataris (13), inter alias Regiones Ruſſiam quoque Hungaricam, ſive Lodomeriam inſidentibus, quatuor Fratres, Ordinis Præ-

Veteri *Ónvár* Caſtro correlativi alterius novi *Újvár* Caſtri (unde Sároſienſis quoque Comitatus, olim Ujvárienſis, teſtante Belæ IV. Diplomate (*in Wagn. Diplomatar. p.* 286) anni 1262, vocabatur) mentionem facit Andreas II. in Diplomate ſuo, quod A. 1209 Demetrio de Ráska (*ibid. p.* 47) elargitus eſt, tenore cujus illud in Comitatu de Sáros & finibus Polonorum (*trans metales Carpatos Vislokam fluvium*) N. 9 init.) *accolentium*) ſituari, ex telonio Újkochma, quod Újſalu vocari cœpit, per Prædeceſſores ſuos attributo, conſervari, atque de novo in montibus defertis, ut eo commodius & ſecurius homines per illa loca deſerta (*in Poloniam*) poſſent ambulare, atque ibidem inſimul convenientes, villas in montis (*Carpati*) radicibus plantarent, erectum haberi teſtatur. Idem Andreas Rex, A. 1212 poſſeſſionem Komlós, in Comitatu Sároſienſi exiſtentem, (*ap. Wagn. Anal. Scep. P. I. p.* 390) Ordini Cruciferorum Sepulchri Dominici conferendo, Nicolaum, qui eos introduxit, *Novi Caſtri* Comitem, iterum vocat. Caſtri hujus veſtigia hodiedum infra Komlós & Zborov ſupra Bartpham ad fluvium Topla exiſtunt, & a Caſtro Aba-Újvár, per Abam Regem conſtructo (*cui Caſſovia ſucceſſit*) plane diverſum fuiſſe, præter ipſam conſtructionis relatam originem, perhibent etiam Literæ Joannis de Peren A. 1448, necnon Emerici de Peren, Perpetuorum Comitum de *Abaujvár*, quorum ille, vicinorum ſuorum Bartphenſium (*ibid. p.* 64 & 78) ad recuperationem Caſtri ſui *Újvár*, in Comitatu de Sárus exiſtentis, & a latronibus occupati, auxilia expoſcit, iſte vero Caſtrum hoc ſuum Újvár, in Comitatu de Sáros habitum, A. 1512 Nicolao de Thárcza per cambium cedit.

12) Hinc apparet, Patentem fuiſſe filium Theodori, ſub tutela Marci fratris conſtitutum. *Cf. Not.* 4.

13) Relatio hæc, de Tataris, & Magnæ Hungariæ ſitu, propter arctiſſimum, quem cum ſecuturis Diplomatibus, ipſaque Terra Scepuſienſi, habet nexum, ad faciliorem rerum occurſurarum intelligentiam hoc loco induci debuit. Itaque a) Omni-

Prædicatorum, partim motivo tentandæ Paganorum converſionis, partim vero expiſcandæ ac referendæ Tatarorum conſtitutionis cauſa in Magnam Hungariam expediens, iteratam de ſitu rerum relationem accipit. A. D. 1238.

EX MANUSCRIPTO Bibliothecæ Vaticanæ codice, qui nongenteſimus ſexageſimus quintus (Pray. Diſſ. præv. de Hung. p. 316. not. r) *in ordine eſt, per Deſericium* (de init. Hungg. Tom. I. p. 170.) *luci publicæ donato.*

DE FACTO HUNGARIÆ MAGNÆ

A Fratre Ricardo, Ordinis FF. Prædicatorum, invento, tempore Gregorii IX.

INVENTUM fuit in geſtis Hungarorum Chriſtianorum, quod eſſet alia Hungaria Major, de qua ſeptem Duces cum populis ſuis egreſſi fuerant, ut habitandi quærerent ſibi locum, eo quod terra ipſorum multitudinem inhabitantium ſuſtinere non poſſet, qui qvum multa Regna pertranſiſſent & deſtruxiſſent, tandem venerunt in terram, quæ nunc Hungaria dicitur, tunc vero dicebatur, Paſcua Romanorum (Anon. Not. C. 9), quam inhabitandam præ ceteris terris (Turótz. P. I. C. 23. fin.) elegerunt, ſubjectis ſibi populis, qui tunc habitabant ibidem. Ubi tandem per S. Stephanum, primum ipſorum Regem, ad fidem Catholicam ſunt reverſi, prioribus Hungaris, a quibus ipſi deſcenderant, in infidelitate permanentibus, ſicut & hodie ſunt pagani. Fratres Prædicatores iis (hortatu adhuc Andreæ II.), in geſtis Hun-

a) Omnium prima Tatarorum mentio in Byzantinis Scriptoribus, ac diſerte Chronico orientali *(p. 83. ap. Stritt. T. III. p. 1025 not. c.)* occurrit ſequens: " Anno Hegiræ ſexcenteſimo decimo tertio *(Chriſti 1210)* fuit irruptio Tartarorum, qui colebant planiciem Sinarum conterminam, quæ dicitur Hagin Magin *(Europæis Geographis Moungolia vel Mougalia, nobis Mogoria vel Magyaria)*, qui robore aucti, provincias Moslemanorum *(ab urbe Moſul, quæ Tigridi adjacet, ita dictorum)* infinita multitudine eggreſſi ſunt, & totam occupaverunt provinciam Haracam *(ſive Meſopotamiam & Babiloniam)*." Poſſinus in gloſſario Pachymeris *(qui Seculo XIII floruit)* in voce *Mugulii* hæc habet: " Quos plerique Latinorum *Tartaros*, Græci paſſim & Arabes *Tataros*, Pachymeres *Tocharos* vocat, idem (*L. V. c.* 4) ſeſe ipſos vocare *Mugulios* conſueviſſe perhibet." Plinius *(de rerum natura L. VI. c.* 20) Moegoros, qui ab Hunnis vel Mogoribus noſtris, Europæ ſenſim appropinquantibus, alii non

" ſunt

garorum inventis, compassi Hungaris, a quibus se descendisse noverunt, miserunt quatuor de Fratribus ad illos quærendum, ubicunque possent eos juvante Domino invenire. Sciebant enim per scripta antiquorum, quod ad Orientem essent; ubi (autem) essent, penitus ignorabant.

Prædicti ergo Fratres, qui missi fuerant, multis se exponentes laboribus, per mare (nigrum), per terras eousque per annum tertium quæsiverunt; nec tamen propter multa viarum pericula poterant invenire, uno eorum excepto Sacerdote, nomine Oto (Hinc eruitur, primam profectionem hanc adhuc Andrea vivente adornatam fuisse) qui tantum sub mercatoris nomine processit; qui in quodam Regno paganorum quosdam de lingua illa invenit, per quos certus efficiebatur, ad quas partes manerent, sed illorum Provinciam non introivit. Imo in Hungariam est reversus pro Fratribus pluribus assumendis, qui cum ipso redeuntes, fidem illis Catholicam prædicarent. Sed multis fractus laboribus post octavam reditus sui diem, qvum omnem viam illos quærendi exposuisset, migravit ad Christum. Fratres ergo Prædicatores, infidelium conversionem desiderantes, quatuor Fratres ad quærendum Gentem prædictam ite-

---

sunt, ad Indiæ citeriora collocat. Unde Illustr. Kollarius (*Amœn. Jur. Publ. R. H. Vol. I. p. 45.* erudite sensisse censendus est, ita scribens: " Nisi me mea turpiter fallit opinio, vehementer su-
„ spicor, veterum Hungarorum nostrorum primas omnium sedes in Persarum Mogorumque fuisse
„ finibus, imo ipsum quoque Mogorum nomen Hungaros nostros adhuc ferre arbitror; Mogores
„ quidem ab Europæis appellantur *Mogoles*, sed id Sinensium pronunciatione, qui canina illa
„ litera careant, & illius loco literam *l* usurpent, factum est; a quibus cum illud nomen primum
„ accepissent Europæi, accidit, ut nobis pro Mogoribus Mogoles afferrent. " RR. Pravus (*in ep. resp. ad B. Cetto p. 234.*), postea quam complures ex harmonica Strahlenbergii tabula & Hustii MS. voces, e quibus inter *Mogoles*, qui se *Mogores* dicunt, & Hungaros (*qui se leniori enunciatione Magyaros vocant*) cognatio eruitur, attulisset, ita concludit: " Hæc pauca, nisi me omnia fallunt, satis esse reor, ad conciliandam Systemati DEGUINESI-
„ ANO fidem, quo Hunnorum Majores a primordio fundati Imperii prope Sinas coluisse, atque
„ ex his fenim Hungaros, Mogoles, qui se Mogores dicunt, Turcosque, & forte (*imo certe*)
„ Tartaros etiam, qui Chinam occuparunt, exortos fuisse, e Sinicis annalibus docet. Nam ho-
„ die etiamnum isthic genus Hunnicum colere, memoriæ nostrorum (*abolitæ Societatis JESU*)
„ Missionariorum, in China olim degentium, prodidere. Pater Radkay, nobili apud nos (*Hungaros*)
„ loco natus, cum Legatis Tartarorum, qui Pekinum venerant, cum templi visendi
„ causa ad nostros adirent, Hungarico sermone collocutum se esse fatetur. Alter itidem
„ e nostris, cujus nomen mihi excidit, Hungarus, bello inter Tartaro-Sinas, & Tartaros, qui
„ extra murum colunt, & ex quibus ii, qui postremo Chinam occuparunt, orti sunt, commoto,
„ ab Tartaris, ut inter arma fit, captus, non lytrum sed Socios postulavit, qui se in excolendis
„ popularibus adjutum irent. "

iterato miſerunt; qui accepta Fratrum ſuorum benedictione, habitu regulari in ſecularem mutato, barbis & capillis ad modum paganorum nutritis per Bulgariam (minorem) Aſſani (cujus uxor erat Belæ IV. ſoror Maria), & per Romaniam (Thraciam) cum ducatu (viæ ducibus), & expenſis Domini BELÆ, NUNC REGIS HUNGARIÆ (qui priore anno, menſe Novembri, Andreæ Patri ſuo ſucceſſerat), uſque Conſtantinopolim pervenerunt.

Ibi intrantes in mare (nigrum), per triginta tres dies venerunt in terram (Cumaniæ), quæ vocatur Sichia (quam Beyerus *(in mappa ſua geographica T. IX. Comment. Acad. Petrop.)* juxta fluvium Cuban ſive Cuma locat), in civitatem, quæ Matrica (rectius Madyrka vel Madgyarka; Eruditis enim Petropolitanis eadem *(ap. Engel in diſquiſit. Crit. de Hung. orig. p. 75)* in ruderibus ad Cumæ ac Byrumæ confluentem hucdum exſtans) nuncupatur Magyar vel Madshar, id quod prioris diminutivi primitivum eſt[b]). Quorum Dux (Kuthen) & populi ſe Chriſtianos dicunt, habentes literas & Sacerdotes Græcos. Princeps centum dicitur habere uxores. Omnes viri caput omnino radunt, & barbas nutriunt delicate, Nobilibus exceptis, qui in ſignum Nobilitatis ſuper auriculam ſiniſtram paucos relinqvunt capillos, cetera parte capitis tota raſa. Ubi propter ſocietatis ſpem, quam exſpectabant, quinquaginta dicbus moram fecerunt. Deus

b) Ex præmiſſis Tatarorum nexus & cognatio cum gente Mogorica ſatis quidem liquet, verum denominationis *Mogorum* origo nondum patet, quæ ad annum ante N. C. 1116 pertinet, quo Coegus, regnantis apud Sinas Familiæ Han ſurculus, vitæ ſuæ conſulturus (*Cf. Pray. de Hung. Origg.*), ad ulteriores occiduo-boreales Hunnos, Angaræ ac Irtiſchi fontium accolas, delatus, & Summus eorum Princeps conſtitutus, non modo gentile *Kün* prænomen, a Cuno, Majorum ſuorum Patruo, derivatum, aſſumſit, verum etiam ſolium Cunorum, quos Sinæ *Hiong-nu*, Græci autem ſubinde Hunnos vocitabant, in Aſiam occidentalem, ipſamque orientalem Europam traductum, pro ſuis deſcendentibus, continua ſerie ſucceſſuris, inter quos Atilam quoque cum ſuis poſteris referimus, conſtabilivit. Idem enim cognatarum Gentium mores inde a Yao, communi ſuo & Cuni ſatore, multum defluxiſſe advertens, regimen ab inſtauranda religione auſpicari cupiendo, ſummum ſacrorum Præſidem, cui ampliſſima ad Selingæ & Orgonis, Tulæque amnium fontes ſtativa contulerat, velut Pharum quamdam Orienti Aſiatico, una cum ſuis ſacrificulis doctrina & exemplo corruſcaturum, atque ideo populari ſermone LÁM (*Cf. Hübn. Geogr. T. II. p. 743. 744. 764.*) dictum inſtituit. Lám vero, Hunnorum Pontifex, quod univerſos homines pro DEI filiis haberet, Kün-Goego titulum *Tan-jou-i*, aliis *Cten-jóu-i* (*nobis Iſtenſit*), quaſi vetere Hunnorum ſermone, per Sinas corrupto, DEI FILIUM diceres, per eminentiam attri-

autem dedit ipſis gratiam in conſpectu Dominæ, quæ ſuper centum uxores Regis (præfati utpote Kuthen, triennio poſt ob Tataros in Hungariam ſemet recipere coacti) major erat: ita, ut mirabili eos amplecteretur affectu, in omnibus neceſſariis eos providebat. Inde progreſſi conſilio & adjutorio prædictæ Dominæ per deſertum, ubi nec homines (metu Tatarorum, omnia devaſtantium, ultra Boryſthenem dilapſos), nec domos invenerunt, diebus tredecim tranſiverunt. Ibique venerunt in terram, quæ (auſtralis) Alania (ſive Albania, hoc eſt, Cságár-ia, cujus metropolis (*Cf. not. 1. med.*) olim Magyaris Zár-hel, ſeu Album caſtrum erat, hodie Bielgorod) dicitur, ubi Chriſtiani & Pagani mixtim manent. Quot ſunt villæ, tot ſunt Duces, quorum nullus ad alium habet ſubjectionis reſpectum. Ibi continuo eſt gverra Ducis contra Ducem, villæ contra villam. Tempore arandi omnes unius villæ homines ſimul ad campum vadunt, ſimul & omnes metunt, & contiguo terræ ſpacio hoc exercent: & quidquid extra villam, ſive in lignis acqvirendis, ſive aliis operis habent, vadunt omnes pariter & armati; nec poſſunt ullo modo pauci per totam ſeptimanam de villis ſuis quacunque de cauſa egredi abſque periculo perſonarum, excepta ſola die Dominica, a mane uſque ad veſperum, quæ in tanta devotione apud eos habetur, quod tunc quilibet, quantumcunque mali fecerit, vel

---

attribuit. Morum igitur Philoſophia, ſeu Religione, qua unus DEUS Opt. Max. Univerſi Conditor & Rector adorabatur, per Lamam optimo ſucceſſu propagata, qvum Hunni a Sinenſium *Bonziorum*, qui ridiculis quibuſdam falſorum numinum ſimulacris ſacrificabant, placitis abhorrerent, Sinas quidem *Gor* - vel *Gar* - *bonza* - s, hodierno quoque ſignificatu noſtro, *veneficos*, aut *ſuperſtitionibus deditos*, ſe ipſos autem *Mo* - *gor* - os vel *Ma* - *gar* - os (*Cf. Pray. ep. reſp, p.* 160.), hoc eſt, genuinos *Magos*, quorum nempe memoriam, Sinis, litera canina carentibus, *Mougoli*, vel *Mougali*, etiam *Monguli* dicti, per boreales muri regiones in moderna orientali Tataria; necnon *Mogoles*, reipſa *Mogores* per ſeptemtrionalem Indiam, ac denique *Magyari* per Hungariam hodiedum retinent, appellare, novoque hoc ſibi, velut populis, qui ſapientia & religione reliquas Gentes excellerent, nomine attributo, quod ſubinde ipſi quoque Hunnorum Imperatores, nominis Divini reverentia ducti, per antonomaſiam aſſumere maluerunt, gloriari cœperant. Magyarorum equidem nomen in occidentali Aſia & orientali Europa medio ac poſteriori etiam ævo perduraſſe teſtatur Conſtantinus Porph. (*de adm. Imp. C.* 37. *Cf. Stritt. T. III. p.* 797.): " Sciendum eſt, *inqvit*, Patzinacitas a principio „ ad Atel & Geich (*Volgam & Jaicum*) habitaſſe, iiſque conterminos fuiſſe populos illos, „ qui *Mazari* atque Uzi cognominantur. " In annalibus Mongolum, qui Seculo XIII. Europam conturbarunt, Abulgaſi (*ap. Engel in diſquiſit. crit. de Hung. orig. p.* 78) ita ſcribit: " Quidam ex Præfectis militum ſub Chano Ochus, viduam reliquit prægnantem, quæ „ tempore expeditionis bellicæ filium peperit, Kipzak dictum. Quamprimum puer hic adultus erat, „ Chanus Ochus ei tradidit notabilem exercitum, ut bellum inferret Uruſſis (*Orozis*) „ Vlakis (*Valachis*) nec non *Madſaris* & Baskiris, qui habitant ad fluvios Tin (*Don*

vel

vel quotcunque habet adverſarios, ſecurus poteſt, ſive nudus, ſive armatus, etiam inter illos, quorum parentes occidit, vel quibus alia mala intulit, ambulare.

Illi, qui Chriſtiano ibi cenſentur nomine, hoc obſervant, quod de vaſe illo nec bibunt, nec comedunt, in quo murem mori contingit, vel de quo canis comedit, niſi prius fuerit a ſuo Presbytero benedictum, &, qui aliter facit, a Chriſtianitate efficitur alienus. Et, ſi quis eorum quocunque caſu hominem occidit, pro eo nec pecuniam, nec benedictionem accipit; imo homicidium apud eos pro nihilo reputatur. Crucem in tanta habent reverentia, quod pauperes, ſive indigenæ, ſive advenæ, qui multitudinem ſecum habere non poſſunt, ſi crucem qualemcunque ſuper haſtam cum vexillo poſuerint, & elevatam portaverint, tam inter Chriſtianos, quam inter paganos omni tempore ſecuri incedunt.

De illo loco Fratres ſocietatem habere non poterant procedendi propter timorem Tartarorum, qui dicebantur eſſe vicini. Propter quod duobus, ex ipſis revertentibus (nuncium in Hungariam de Tatarorum apparatu & conſtitutione allaturis), reliquis duobus perſeverantibus in eadem terra, in penuria maxima ſex menſibus ſunt morati. Intra quos nec panem nec potum, præter aquam habebant. Sed unus Frater Sacerdos cochlearia & quædam alia præparavit, pro quibus aliquid parum de milio receperunt, de quo nonniſi tenuiter nimis poterant ſuſtentari. Unde

---

„ *vel Tanaim*) Atel & Jaik. Kipzak autem perdomuit populos hos, & ipſe hic regnavit, „ & poſteri hic imperarunt per 300 annos. “

c) Pázmándy (*Schediaſmat. p.* 118) hæc habet. „ Unum fere adhuc omiſeram; quod „ nempe Scythæ Herodoti (*L. IV. c.* 59) erant tales Scythæ, qui ISTIEN colebant. Tales vero, „ præter nos Magyaros, DEUM actu ISTEN appellantes, nulli ſunt in Europa. “ Unde nec mirum eſt, Cuno-Magyaros, in Europam ſubinde tranſeuntes, ad aſſumenda Chriſtiana ſacra faciles fuiſſe. S. Hieronymus, primo Hunnorum in Europam egreſſui coævus in Epiſtola ad Lætam circa A. 398 ſcripta teſtatur: “ Hunnos diſcere Pſalterium, Scythiæ frigora fervere calore „ fidei, — & ideo forſitan contra Romanos æqva pugnare acie, quia pari Religione confidunt. “ Perinde Oroſius, ejus temporis Scriptor (*L. VII. C.* 11. *ap. Stilting. Edit. Caſſov. p.* 21) Hunnorum non paucorum converſionem inſinuat “ dum Eccleſias Chriſti per Orientem & Occi„ dentem Hunnis, diverſiſque aliis credentium populis repleri perhibet.. “ Menander (*de Legatt. ap. Stritt. T. I. p.* 672) Hunno-Avarorum Chaganum (*Csá-ká-num*) Dizabulo, Atilæ per filium Ernachum abnepoti, Hunnorum Imperatori, obnoxium, *per DEUM ignem, qui in cœlis eſt*, juraſſe docet. Ita Theophilactus (*in excerpt. Legatt. ap. eund. T. III. p.* 70) teſtatur: “ Turcos (*vel Hunnos*) — ignem colere, aëremque & aquam venerari, telluri hymnos „ concinere, adorare autem tantummodo, & DEUM nuncupare, qui hanc rerum univerſitatem „ ædificavit. Huic eqvos & boves, & oves ſacrificare, habereque Sacerdotes, in quibus in„ eſſe vaticinandi facultatem arbitrantur. “ Ut adeo dubitari amplius nequeat, Herodoti Sacas

&

Unde decreverunt duos ex se vendere, quorum pretio alii cœptum iter perficerent; sed non invenerunt emptores, quia arare & molere nesciverunt. Unde necessitate coacti, duo ex eis de illis partibus versus Hungariam redierunt; alii vero remanserunt ibidem, nolentes desistere ab itinere inchoato. Tandem ipsi, habita quorumdam paganorum societate, iter arripientes per deserti solitudinem triginta septem diebus continuo iverant. Intra quos viginti duobus panibus subcinericiis usi sunt adeo parce, quod in quinque diebus potuissent, & non ad satietatem totaliter comedisse. Unde Frater, qui sanus quidem, sed sine viribus fuit, cum maximo labore & dolore, libenter tamen de deserto alterum eduxit. Infirmus autem Frater plus sano, quam sui compatiens, illi frequenter dicebat, quod ipsum in deserto relinqueret, tanquam mortuum & truncum inutilem, ne propter occupationem ipsius negligeret opus DEI. Qui neque quidem consensit: sed usque ad mortem ipsius secum in itinere laboravit. Pagani, comites viæ ipsorum, credentes, ipsos habere pecuniam, fere eos occiderunt, perquirendo.

Transito autem deserto, sine omni via & semita, trigesimo septimo die venerunt in terram Saracenorum (sive Ismaelitarum, sub quibus Græco-Armeni, metu Tatarorum isthuc, prout in Hungariam, ante plures annos delati, intelliguntur), quæ vocatur Veda (ab homonyma palude ac fluvio sic dicta, olim Susdalia), in Civitatem Bundam (ex qua nimirum Theophanes, A. 817 adhuc vivens, unius e tribus Unno-Bundo-Bulgarorum

---

& Massagetas, Hunnos utpote aut Cuno-Magyaros, non solum tam religione a Scythis (quos alibi Germanos & Slavos fuisse probabimus), Græcanica idola secum ex minore Asia in Europam adferentibus, quam origine ac natione diversissimos fuisse, verum etiam Cuno-Magyaros ex orientali Asia in Bactrianam & Mediam secedentes, Religionem a Cun-Goego, primo eorum Imperatore, instauratam, apud ipsos quoque Persas, qui DEUM ad illorum imitationem ISDAN, velut Thomas Hyde (*in Hist. veteris Persar. Relig. ap. Cornid. in Comment. de vet. Rel. Hung.*) aliique testantur, vocarunt, & appellatione hac procul dubio ab igne, qui Chaldæis (*Exod.* 3. ℣. 2. & 9. ℣. 24.) Eschta dicitur, accersita, locum illum perennem, velut Omnipotentis DEI, qui in cœlis est, Symbolum quoddam adorarunt, propagasse. Licet porro Anonymus, Belæ I. Notarius (*C.* 13.), Arpadem *Diis immortalibus magnas victimas feciſſe* inducat, majorem hoc loco elocutionis Poëticæ, quam veritatis ipsius rationem habuisse censendus est ideo, quod C. 39. Arpadem non jam Diis immortalibus, verum *uni DEO, rerum omnium Domino*, supplicantem sistat; C. 46. *DEUM bona Regnorum* circumjacentium (*partium nempe Matrici Regno adnexarum*) Hungaris dedisse; C. 49. *DEUM Arpadi victoriam contuliſſe*; C. 50. *DEUM, cujus misericordia prævia erat, Duci Arpad suisque militibus inimicos eorum tradidiſſe, ac per manus suas labores populorum poſſediſſe* retulerat. Ita etiam Turotzyanus Anonymus (*P. II. C.* 3.) ait: "Ar-

» pad

rorum gentibus denominationem conflaverat, cuive nomen Vlodomeriæ, a Vladimero (*quod magnæ Regioni, Magnæ scilicet Bulgariæ, dominaretur, ita dicto in eadem civitate sedem suam locante*) Græcorum Valdimero, per S. Cyrillum circa annum 847, prout hæc suo loco referentur, in Michaelem baptisato, adhæsit); ubi nullo modo (quod pro speculatoribus Belæ Regis habiti fuerint) apud aliquem poterant hospitium obtinere, sed in campo manere oportuit in pluvia & frigore. Diebus vero Frater, qui sanus fuit, sibi & infirmo Fratri eleemosynam per civitatem quærebat. Et tam in potu, quam in aliis potuit invenire, præcipue a principe civitatis, qui cum Christianum esse intelligens, libenter ei eleemosynas porrigebat; quia tam princeps, quam populus illius Regionis publice dicunt, quod cito fieri debeant Christiani, & Ecclesiæ Romanæ subesse. Inde ad aliam civitatem (Nischgorod) processerunt, ubi prædictus Frater infirmus Bernardus nomine, Sacerdos, in domo Saraceni, qui eos propter DEUM recepit, in Domino obdormivit, & est sepultus ibidem. Postmodum Frater Julianus, qui solus remanserat, nesciens, qualiter posset habere recessum (vitæ media), factus est serviens unius Saraceni Sacerdotis, & uxoris ejus, qui in MAGNAM BULGARIAM profectu-

D

„ pad vero cum seis de aqua Danubii cornu implens, ante omnes Hungaros super illo cornu „ *Omnipotentis DEI clementiam* rogavit, ut Dominus eis terram in perpetuum concedo„ ret. Finitis his verbis omnes Hungari clamaverunt: DEUS! DEUS! DEUS! tribus vici„ bus, & ibi inventus est usus iste, & servatur apud Hungaros usque modo (*dum etiamnum in fatali aliquo casu exclamari solet: Istenem! Istenem! Istenem!*" "

d) Omnium, inquam, prima Tatarorum, quod Gingis (*nobis Gyöngyös*) Chanum, e veteri Magyaria prorumpentem, velut *Satrapæ*, id quod ipsa vocis, hodiedum perdurantis, indoles ostendit, ipsosque postea Duces, ad subigendas Regiones expeditos, militaria copiosa præsidia stipaverint, ita dictorum, historiam e Byzantinis Scriptoribus (*ap. Stritt. T. III. p. 996 -*) velut vicinissimis rerum gestarum speculatoribus, quam brevissime perstringemus. Iidem Tatari, velut in veteri, maxime orientali ad Sinas Magyaria colentes, Europæis parum cogniti, Seculo, post Christum natum XIII. ineunte, Gyöngyös Khano Duce, facta eruptione, finitimas Gentes usque ad mare Caspium (*fere ita, sicut olim Cuno - Magyaros feciſſe docebimus*) primo impetu prostraverunt. Hoc vita functo, *Chalau & Telepugas*, ejusdem filii, diviso circa A. 1222 bifariam Tatarorum suorum exercitu, alter Meridiem, alter ulteriorem Occidentem armis petere, novumque Imperium suum dilatare aggressi sunt.

e) Quod majorem natu filium Chalau, summa Tataris potestate succedentem, attinet; cum innumera multitudine Jaxartem fluvium transgressus, omnes a mari Caspio versus meridiem populos subegit. Sogdiana & Bactriana peragratis, Oxoque flumine trajecto, ad Indos penetravit quibus

fecturus (erat), quo & pervenerunt. Eſt vero Magna Bulgaria Regnum magnum, & potens, opulentas habens civitates, ſed omnes ſunt pagani. In Regno illo publicus eſt ſermo, quod cito debeant fieri Chriſtiani, & Romanæ Eccleſiæ ſubjugari, ſed diem afferunt ſe neſcire, ſic enim a ſuis Sapientibus (Sacrorum præſidibus) audierunt.

In una magna ejuſdem provinciæ civitate (quæ ipſa metropolis Bulgar fuerit), de qua dicuntur egredi quinquaginta millia pugnatorum, Frater unam mulierem Hungaricam invenit, quæ de terra, quam haberent, ad partes illas tradita fuit viro. Illa docuit Fratrem vias, per quas eſſet iturus, afferens, quod ad duas dictas ipſos poſſet Hungaros, quos quærebat (in læva Volgæ fluminis regione), procul dubio invenire. Quod & factum eſt. Invenit enim eos juxta fluvium magnum Ethil (in hodierno Aſtracaniæ Regno, præcipua quippe Avarorum, Atilano ad Volgam olim caſtro adſcriptorum, a voce *Avar*, canam vetuſtatem ſignificante, qua ſe occiduo-Aſiatici, primævam a diviſione Imperii Regionem retinentes Magyari, ab aliis Europæo-orientalibus diſtingvi volebant, ita nuncupatorum, quorum nempe Priſcus quoque Rhetor (*C. I. ſ. 8*) poſt Atilæ mortem ad A. C. 466 commeminit, & Conſtantinus Porph. (*de*

---

quibus (*velut veteribus alioquin ſuis gentilibus homologis & cognatis*), qua ad utramque Indi ripam patebant, facile adhærentibus, omnes reliquas, quæ Indiam inter & Caſpium mare, Colchidem atque Iberiam, Perſide incluſa, ſitæ ſunt Regiones, Imperio ſuo adjunxit, Saracenis, Armenis & Iſmaelitis, earum inhabitatoribus, armorum terrore perculſis, in auſtralem Europam & Africam effugientibus, ac diſperſis. Meſopotamia tandem & finitimis Regionibus, tertio poſt anno, quam Jaxartem tranſierat, ditioni ſuæ ſubjectis, imperialem ſedem apud Indos *Agoræ* conſtituit.

f) Moſelmani (*ab urbe Moſul, præcipua quippe ad Tigridem ſede ſua, ſic nuncupati, hodierni nipote Turci, qui olim a Majoribus noſtris* (Cf. Not. 1. med.) *in Perſidem ſeceſſerunt*) ab Occidente ad Euphratem reſtricti, Tataris quidem aliquamdiu reſtitere, ſed tandem internis, quas Tatari alebant, diviſi ac debilitati diſcordiis, genti potentiſſimæ ſe ſubjicere, annuumque pendere tributum A. 1256 coacti ſunt. Græci vero ad Tataros, a finibus ſuis prohibendos, artem in auxilium vocarunt. Theodorus equidem Laſcaris II, qui Patri ſuo, Joanni Ducæ, ſucceſſerat, parum fiduciæ in armis collocans, Legatos plures ad illos miſit, qui nunc potentiam Græcorum extollerent, nunc Imperatorem, arma in ipſos converturum paratum, ſignificarent, nunc Legatis Tatarorum viam monſtrarent, eoſque de induſtria per montes & aſpera loca, quaſi facilior ad Græcorum Terras aditus non eſſet, deducerent. Armatos præterea milites ubique occurrere Legatis, & cum ni tandem poſt multas itineris moleſtias ad ipſum perveniſſent, quantum militum cogere potuit, per turmas diſpoſitos, totoſque ferro rigentes, adeſſe juſſit: per quam demum terrorum pompam Legatos admiſit, iiſque, miram affectans ſuperbiam, reſponſa dabat.

g)

(*de adm. Imp. C.* 8) Atilam *per eminentiam* Avarum Regem vocat) Qui eo viſo, & quod eſſet Hungarus intellecto, in adventu ipſius non modicum ſunt gaviſi, circumdantes eum per domos & villas, & de Rege & de Regno Chriſtianorum fratrum ſuorum fideliter perqvirentes. Et quidcunque volebat tam de fide, quam de aliis, eis proponere, diligentiſſime audiebant; quia omnino habebant Hungaricum idioma, & intelligebant eum, & ipſe eos. Pagani ſunt, nullam DEI habentes notitiam. Sed nec idola venerantur; ſed ſicut beſtiæ vivunt. Terras non colunt: carnes eqvinas, lupinas & hujuſmodi comedunt: lac eqvinum & ſangvinem bibunt: in equis & armis abundant, & ſtrenuiſſimi ſunt in bellis. Sciunt etiam per revelationes antiquorum, quod iſti Hungari ab ipſis deſcenderant, ſed, ubi eſſent ignorabant.

Gens Tartarorum vicina eſt eis, ſed iidem Tartari, committentes cum eis, non potebant in bello eos devincere, imo in primo prælio devicti ſunt per eos. Unde ipſos ſibi (alioquin homologis) amicos & ſocios elegerunt. Itaque ſimul juncti XV. Regna (verſus meridiem ſita) vaſtaverunt omnino. In hac Hungarorum terra dictus Frater invenit Tartaros, & nuncium Ducis Tartarorum, qui ſciebat Hungaricum, Ruthenicum, Cumanicum, Theutonicum, Saracenicum & Tartaricum idioma (excepto Ruthenico, Teutonico & Saracenico, in ſola dialecto plus minuſve diſtinctum). Qui dixit, quod exercitus Tartarorum, qui tunc ibidem ad quinque dietas vicinus erat, contra Alemanniam vellet ire: ſed alium, quem ad deſtructionem Perſarum

g) Michael Paleologus, in Orientis Imperio ſuccedens, pacem, cum Chalau factam, firmaturus, filiam ſuam Mariam eidem, jam ſeniori, deſpondit: verum Chalau improviſe A. 1265 fatis erepto, Agapæ filio ac ſucceſſori ejus nupſit, & pacta hoc modo cum Tatarorum gente amicitia, quamdiu quidem Michael Paleologus ſuperſtes fuit, firmiſſime duravit. Andronico dein Paleologi filio, ab A. 1282 uſque 1328 rebus potiente, qvum Moſelmani a Tataris in dies magis premerentur, multi eorum in fines Græcorum irruperunt: quibus reprimendis impar Andronicus, Tataros ſibi conciliare, miſſis ad Principem eorum de fœdere & affinitate jungenda Legatis, nitebatur. Kazan, qui tum Genti præerat, vir fortitudinis non minus, quam prudentiæ ac juſtitiæ gloria inſignis, & oblatum ab Imperatore fœdus admiſit, & Maria, ejuſdem Sorore, in matrimonium ducta, Moſelmanos non ſolum a Græcorum finibus vaſtandis abſtinere, ſed urbes etiam, antea occupatas, deſerere, & inacceſſa Olympi montis, in finibus Bithyniæ ſiti, loca concedere coegit.

h) Circa A. 1343 Tatarorum Principes, internis divisi diſcordiis, arma ſibi mutuo inferentes, labefactari cœperunt: qvum ſubinde Temir (ſive Tamerlanes), unus e Magni Tatarorum Khani Gvôngvôs nepotibus (*Cf. Stritt. T. III. p.* 1099. *not. b. & p.* 1132. *not. a)*, Samarcandæ in Bucharia Princeps, Imperio ſibi ad A. C. 1369. aſſerto, ſtupendis circa A. 1390 facinoribus adeo inclaruiſſet, ut præter Indos & Perſas etiam reliquas deceſſorum ſuorum Regiones, ad occidentalem Aſiam vergentes, necnon Arabiam & Cœleſyriam ſubjugaret, Temire interim, in

ſarum miſerat, expectabant (Hæc nimirum jam erant præludia futuræ A. 1240 in Hungariam irruptionis). Dixit etiam idem, quod ultra terram Tartarorum eſſet Gens multa nimis, omnibus hominibus altior & major, cum capitibus adeo magnis, quod nullo modo videntur corporibus ſuis convenire, &, quod eadem Gens de terra ſua exire proponit, pugnaturi cum omnibus aliis, qui eis reſiſtere voluerint, & vaſtaturi omnia Regna, quæcunque poterunt ſubjugare.

Frater, his omnibus intellectis, licet ab Hungaris invitaretur, ut maneret, non decrevit, duplici ratione. Una, quia ſi, Regna paganorum (Transvolganorum quippe Hungarorum) & terra (Vlodomeriæ) Ruthenorum, quæ ſunt media inter Hungaros Chriſtianos & illos (Tataros) audirent, quod illi (Hungari pagani) ad fidem Catholicam invitarentur, (Tatari) dolerent & vias omnes de cetero obſervarent, timentes, quod, ſi illos (Hungaros paganos) iſtis (noſtris) contingeret Chriſtianitate conjungi, omnia Regna intermedia (quæ Tatari jam inſederant, Hungari Chriſtiani denuo ſibi) ſubjugarent. Alia ratione quidem cogitabat, quod, ſi cum in brevi mori, aut infirmari contingeret, fruſtratus eſſet labor ſuus, eo quod

---

in curſu victoriarum conſtituto, Tatari boreales, qui a Gyðagyôs Khani obitu (*Cf.d.*), Telepuga Duce, in orientalem Europam ſe dilatarunt, trans montem Caucaſum excurſione, in terras illius facta, cum ingenti præda redierunt. Temir, conſcripto e Perſis aliiſque Gentibus numeroſiſſimo exercitu, vim omnem adverſus Regiam eorum ſedem, quam ipſi Urdam (*e veteri Megyarica voce Urdæ* (nobis Urada-lom, vel Ura-lom), *Dominium ſive Dominatum importante*) appellant, converſurus, Caucaſo, a dextra relicto, verſus Tanaim contendit. Verum Tatari hi, unitis Magyarorum Volganorum, & Ruthenorum Lodomerianorum (*quorum illos Græci ſuo more Scythas, hos autem Sarmatas vocant*) viribus, obviam facti, Temirem, prælio victum, finibus ſuis excedere coegerunt. Sequente anno eos denuo aggreſſus eſt, ſed Tatari cum præfatis Scythis & Sarmatis clade aliqua, mutuo illata, quum Temiris exercitum reditu intercludere pararent; idem, conſilio eorum intellecto, præcipiti fuga ad Tanaim delatus, eo trajecto, per Colchidem & Iberiam revertit. At illi, repetitam Temiris incurſionem ulturi, tertio poſt anno Regiones ejus late vaſtarunt; quo Temir maxime territus, pacem cum iis, Tataris utpote occiduo-borealibus, fecit, &, ut imperatorum amici ipſius eſſent, impetravit.

i) Paulo poſt plures Moſelmanorum Reguli per Bajazitem Sultanum, a Tataris auſtralibus conſtrictum, ſuis ditionibus pulſi, Temirem adierunt, ut illius ope in ſuas reſtituerentur, orantes. His motus Temir, ſemel atque iterum Legatos ad Sultanum miſit, ut quamprimum Ducibus imperia reſtitueret, jubens; ſin parere recuſaret, ſe illum pro hoſte habiturum. Bajazites primum ſuperbe, dein etiam contumelioſe reſpondit. Temir itaque A. 1400 bellum adverſus Bajazitem movit, qui & ipſe cum ingenti exercitu obviam proceſſit. Verum ad Ancyram, Phrygiæ urbem, commiſſo acerrimo prælio, victoria penes Temirem ſtetit, & Bajazites in fuga captus, ac

fer-

quod nec ipſe profeciſſet in illis (Hungaris paganis convertendis), nec Fratres Hungariæ, ubi eſſet Gens eadem (Hungarorum paganorum), ſcire poſſent. Cum igitur vellet reverti, docuerunt eum iidem Hungari viam aliam, per quam poſſet tutius (Tatari enim Kutheno, Cumaniæ Duci, apud quem antea hoſpitabatur, jam incumbebant) pervenire. Incepit autem Frater (anno, prout ex adjunctis eruitur, 1239) redire tribus diebus ante Feſtum Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, & paucis diebus in via quieſcens, tam per aquas, quam per terras, ſecundo die poſt Nativitatem Domini Hungariæ portas intravit. In redeundo de prædicta Hungaria tranſivit in fluvio (Deſna, qui ſupra Kioviam Boryſthenis miſcetur) Regnum Morduanorum quindecim diebus, qui ſunt pagani, & adeo homines crudeles, quod pro nihilo reputatur homo ille, qui multos homines non occidit. Et qvum aliquis in via procedit; omnium hominum capita, quos occidit, coram ipſo portantur. Et, quanto plura coram unoquoque

 portan-

---

ferreæ caveæ incluſus, toti Aſiæ ſpectaculo fuit. Temire paulo poſt A. 1402 decedente, vaſtiſſimum Tatarorum auſtralium Imperium brevi diſcerptum eſt, infelicitate aut imprudentia filiorum ejus, ita ut Baburxa, Temiris nepos, ſtirpis ſuæ poſteris ſolum Mogoricum, hodiedum florens Imperium tranſmiſerit: "adamato (*ut Poſſinus (Cf. a) habet*) potiſſimum iſto (*per Hungaros inde ab origine retento*) nomine, quod olim inclitam vocabulo Mogulenſium (*Mogoricorum*) Principum potentiam, e veteri repetitam memoria, præſentibus objiceret."

k) Quod aliam Tatarorum Telepugæ partem concernit; qvum Chalau, ſenior natu ejus frater, fines Imperii ſui per orientalem & auſtralem Aſiam protuliſſet, ille, Caſpio mari & cacuminibus Caucaſi, pro limitibus Imperii ſui prævie conſtitutis, ad lævam relictis, A. 1225 verſus Occidentem effuſus, Maſſagetas (*vel Hungaros, intra Volgam & Jaicum colentes*) iteratis quidem præliis laceſſitos, nec tamen victos, in fidem & amicitiam ſuam recepit, Sarmatas autem (*ſeu Ruthenos Lodomeriæ incolas*) ſubactos, conſtitutis hinc inde inferioribus Urdis, velut quibuſdam præturis, ad annua pendenda tributa compulit. Reliquas porro Gothorum, & Abaſgorum Gentes, veterum quippe Scytharum reliquias, quæ Mæotidem Paludem, Tanaim & inferiorem Boryſthenem accolebant (*Cumanis, quorum Rex Kuthen erat, intermixtos*) ſibi partim ſervire, partim alibi ſedes qværere coegit. Omnes vero Gentes hæ Magno Khano, Agoræ ſedem ſuam habenti, paruerunt, donec circa A. 1265 unus e Ducibus cum exercitu in has partes miſſus, *Nogas* nomine, conciliatis ſibi, quos ſub ſignis habebat, militibus, excuſſo Khanorum jugo, proprium (*in Regionibus illis, quæ ab Iſtri oſtiis ultra Mæoticam paludem Mari Ponticо affunduntur, inveteratis quippe Cumanorum ſedibus*) Principatum, Nogaicæ vel minoris Tartariæ vocabulo venientem conſtituiſſet. Cui ſubinde A. 1271 Michael Paleologus, Græcorum Imperator, filiam ſuam Euphroſinam in matrimonium collocavit.

l) Nogas, cui ſe Tatari quoque in Sarmatia (*ſive Lodomeria*) degentes, mutatis ad Cherſoneſum Tauricam ſedibus conjunxerunt, qvum diu tranqvillo rerum ſtatu frueretur, tandem circa A. 1294. a *Tuctai*, e ſtirpe illa Telepugæ, a qua ipſe olim defecerat, orto, impeti-

tus

portantur (hoſtium cæſorum) capita , tanto meliſor reputatur. De capitibus vero hominum ſcyphos faciunt , & libentius inde bibunt. Uxorem ducere non permittitur , qui hominem (hoſtem) non occidit. Iſti a prophetis ſuis accipientes, quod eſſe debeant Chriſtiani , miſerunt ad (Boleslaum , Belæ generum , Miſislao , vicario Colomani Regis , affinis utpote ſui , poteſtate , in gubernio Galiciæ ſuccedentem.) Ducem magnæ Sandemeriæ (incluſa ſcilicet Galicia) , quæ eſt terra Ruthenorum , illis (Morduanis) vicina , quod eis mitteret Sacerdotem , qui ipſis baptiſmum conferret. Qui reſpondit : non meum eſt hoc facere , ſed Papæ Romani ; prope enim eſt tempus , quo omnes fidem Eccleſiæ Romanæ debemus ſuſcipere & ejus obedientiæ ſubjugari.

VII.

Bela IV. Hoſpitibus Villæ Olaſzi , unius ex hodiernis XVI. Oppidanis Scepuſienſibus , nonnullas Libertates attribuit. A. D. 1243.

EX INSTANTIA XVI. Oppidorum Scepuſienſium (14), *Inclitis Statibus & Ordinibus Regni , A.* 1790. *congregatis , exhibita , deſumtum.*

BE-

tus eſt. Cui Nogas, jam annis provectior , reſiſtere quidem conabatur , ſed acri victus prælio , ſtrenue pugnans occubuit. Tuctai hoc modo Regnum recuperante , Tzacas , Nogæ filius , cum idonea Tatarorum manu in Bulgariam conceſſit , ut eam , a Tertere quodam , jam antea relictam , & ad ſe , qui filiam ejus in matrimonio habebat , quodammodo pertinentem , occuparet. Hæc ex voto ſucceſſerunt omnia , donec ab Oſphentiſthlavo , uxoris fratre , quem ſibi ſocium atque amicum adjunxerat , ex inſidiis captus & occiſus eſt.

m) Tuctais rerum quidem ſummam apud Tataros , qui Nogæ olim paruerant , tenebat ; ſed Regio bellis civilibus & populo (*Cumanis quippe potioribus una cum Rege ſuo Kuthen in Hungariam A.* 1239. *a Bela IV. receptis , & intra Danubium ac Tibiſcum collocatis , aliis autem in Bulgariam concedentibus*) exhauſta , diu adhuc deſerta manſit. Ab A. 1319 uſque 1342. Tatari , nunc proprio conſilio , nunc a Bulgaris ſolicitati , fines Romanorum ſæpius incurſarunt. Circa A. 1442 Tatari , Cherſoneſum Tauricam incolentes , *Atzikeris* imperio paruerunt , qui Gothos & Genuenſes ſubegit , ac vectigales habuit ; tandemque inſigni clade affectos inſulam deſerere coegit. Sarmatiæ (*Lodomeriæ*) quoque partem ſtipendiariam habuit.

14) Scepuſii nomen derivatur a Scvris , Atilæ in famoſa A. 451 expeditione Gallica (*Sidon. Apollin. in Paneg. Carm. VIII.*) ſociis , quos Procopius Cæſarienſis Nationem Gothicam fu-

BELA, DEI gracia Hung. Dalm. Croa. Ram. Serv. Galic. Lodom. Cumanicque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, paginam preſentem inſpecturis, ſalutem in vero Salvatore. Ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire, quod hoſpitibus noſtris, in villa Olazi de Tornava (15) congregatis & congregandis, hanc conceſſimus libertatem, ut a Comite parochiali liberi ſint penitus, & exemti, nec quiſquam nomine Comitis inter eos poſſit commorari, ſed Villicus, de communi voluntate ipſorum electus, eos debeat judicare juxta conſvetudinem aliorum hoſpitum. Item conceſſimus, quod quicum-

---

tuiſſe, ac in ſeptemtrionalibus Iſtri Regionibus habitaſſe, Plinius autem uſque ad Viſtulam Montana coluiſſe (*ap. Stritt. T. IV. Ind. geogr. p. 296*) teſtatur. Se ipſos Зирꝩер, ſicut Carpi, ejuſdem generis populi, Карꝩер, Regionem vero ſuam Зирꝩер ſand, adeoque princeps caſtrum, fere in mediullio ſitum, ejecta litera canina, Зꝩꝩер-hus vel Зꝩꝩер-haus vocabant, unde ſcilicet contractum illud Scypus & Zepus, in Diplomatibus toties occurrit. Scyrorum memoriam oppidum quoque Scyrzic, in Zatorienſi Ducatu exiſtens, Carporum vero Carpona in Zolienſibus Montanis hodiedum retinet. Ut adeo, ſicut ſub nomenclatione Carporum Zolienſia & Barſenſia Montana venerunt, ita ſub Scypſenſis vel Scypuſienſis Terræ axiomate, triplices de Scepus, de Torna & de Ujvár vel Sáros Diſtrictus, hoc nomine in Privilegiis occurrentes, intelligantur.

15) Oppidum Tornava, homonymo caſtro Torna ſubjectum, incolas habebat Scyros, aut quocunque alio nomine veniant, ejuſdem generis Teutones vel Saxones. Tataris A. 1241 per Galiciam quoque ac Poloniam, Fritskenſem utpote ac Sandeceuſem paſſus, in Scepuſienſis Terræ Diſtrictum, a caſtro Scepus proprie ita dictum, irrumpentibus, &, hoc deſolato, ad reliqvam Hungariam properantibus, qvum A. 1242 ad Sajonem congregati, alterum qvoque Torneuſem Colomani III, Galiciæ Regis una & Scepuſienſis Terræ Ducis, Diſtrictum depopularentur, Saxones Tornavenſes ad vicinum Scepuſium, ac diſerte Olaſzinum, ab Italorum, illuc antea delatorum, colonia ſic vocatum, confugerunt, qvos Bela IV, Colomano Fratre interea fatis erepto, Tatariſque recedentibus, A. 1243 ad Scepuſienſem fratris Ducatum divertens, benigne recepit, ac Olaſzienſes, Saxonicis advenis auctos, hoc & alio Privilegio (Cf. XLIV) per Ladislaum IV. confirmato, a politica parochiali non minus quam eccleſiaſtica Scepuſienſi Juriſdictione liberaliter exemit. Verum advenas hos in ſocietate plurium Saxonum Scepuſienſium ad Tornenſem Diſtrictum rediviſſe, ac in villa Curriferorum Regiorum (*Cf. Dipl. Belæ IV. A. 1255 Jaſzovienſi Præpoſituræ collatum*), qua dein Moldava vel Szepſi nominabatur, conſedille, innegabili argumento ſunt ſequentia: Qvod Latini ſive Olaſzienſes (qvorum plures Familiæ Italicam originem ſuam, retentis Ambroſi, Johanni, Joſeffi, Paulini, Stellani &c. cognominibus, hodiedum produnt), ceſſante politico Privilegii hujus, Tornavenſium Saxonum gratia conceſſi, motivo, ad parochialem Eliæ, Saxonum & LATINORUM Comitis, Jurisdictionem A. 1280 (Cf. XLII) reciderint; Qvod Moldavenſes incolæ, non ſicut Hungari, Cives burgenſes, Ruſtici & Slavi hoſpites, in Diſtrictu de Torna conſtituti (*Cf. Wagn. P. III. p.* 207), Prælato Strigonienſi, ſed more Saxonum Scepuſienſium, Plebano præciſe suo, ad hæc uſque tempora Decimas præſtare perſtiterint; Quod Germanicum oppido Moldau, vel Miſd-au nomen, dum vicini Hungari eoſdem hodiedum Szepſi-enſes vel Scepuſienſes vocant, attribuerint; Qvod denique intima Szepſienſium cum Scepuſienſibus Saxonibus per cognationes, inde ab A. 1242 fere ad A. 1280 contractas, neceſſitudo vel ex eo evidenter probetur, quoniam Szepſienſes & Olaſzienſes Plebani, ex antiqviſſima conſvetudine ſingulis biennüs ad ſacram Strigon. Synodum deſcendentes, Regalis Parochorum Scepuſienſium Fraternitatis gravamina deferendo, ordinarios ejus defenſores adhuc A. 1322 egerint. *Cf. Wagner. Analect. P. II. p.* 99.

16)

cunque ex ipſis heredum careret ſolatio, liberam habeat de univerſis bonis ſuis facultatem diſponendi; Debita autem ipſorum: quilibet nobis tenetur de ſingulis manſionibus homini noſtro, ad id deſtinato, in ea quantitate, qua tempore felicis memorie fratris noſtri Colomani (16) erant obligati, perſolvant annuatim. Ut igitur ſeries hujus libertatis a nobis conceſſe, ſalva ſemper & inconcuſſa permaneat, nec poſſit ab aliquo impoſterum retractari, pre-

16) Qvum Colomanus Andreæ II. Regi A. 1207 naſceretur (*Cf. Kat. T. V. p. 80 627*), interea etiam donec Princeps iſte domeſticus adoleviſſet „ A. 1209 Hungari, ejecto ex Halicia Duce Vladimero Igorevicio, (*ab Igore, Huleki nepote, ita dicto*), Romanum Igorevicium, fratrem ejus (*Cf. Jur. Hung. in Ruſſ. explic. p. 5*), Ducem conſtituerunt „ atque ſic primum A. 1212, teſtante Vaddingo (ad A. 1212. N. 35. p. 353) Salomea, Leſci Albi filia, tertio ſuæ ætatis anno in Hungariam deducta eſt, futuris Colomani nuptiis aptanda, ita poſtulantibus Andrea Rege & Baronibus Regni „. Sic anno priore 1211 Eliſabetham, Andreæ filiam, vix IV. annorum puellam, Ludovico, Thuringiæ Landgrafii filio, adhuc puero, deſponſam & abductam fuiſſe, Theodoricus, S. Eliſab. Biogr. teſtatur in hæc verba: „ Tranſmittit qvoque (Andreas) cum filia vaſa aurea & argentea, magna, multa & varia, & diademata pretioſa, & ornamenta, annulos, monilia, multipliciaque veſtimentorum paria, dolium argenteum pro balneo filiæ, lectualia, culcitras & coopertoria de ſerico, purpuras & pannos ſericos multos, cum alia ſupellectili innumerabili. Addidit inſuper mille marcarum ſummam pecuniæ. — Non ſunt allata, nec viſa talia, & tam pulchra pretioſaque in Thuringia. „ Hæc bona & res, quæ magnificentiam Hungarorum abunde loqvuntur, Paraphernam non Dotem ſignificant.

Atque huc pertinet Scepuſii Dos, qva illud poſteriores Boguphalo, cujus teſtimonium pro ſe confuderunt, Poloni Scriptores, ante A. 1108 in jus Hungarorum, qvam recte contrarium doceatur, veniſſe prætendunt. Bela quippe I, per Andream æque I. ex Polonia majore, qvam regebat, evocatus (*Turótz C. 42*), titulo tertiæ partis Regni Hungariam orientalem, inde a Scepuſienſi Carpato uſque ad oſtia Tibiſci diviſam, obtinuit, qvi Geyzæ filio ſuo, Colomanum filium, cum Iuditha, Boleſlai II. minoris Poloniæ Ducis, filia, deſponſum habenti, Scepuſienſem Terram aſſignans, una Iudithæ partem illius, Diſtrictum utpote Scepuſienſem, titulo Dotis inſcribi admiſerat, id quod ex Boguphali, Poſnanienſis Eppi, A. 1253 mortui, verbis (*ap. Wagn. P. I. p. 24. a.*), plurium annorum & perſonarum res compendioſe attingentibus, probatur: „ Iſte Boleslaus (*II, Caſimiri filius,*) filiam ſuam (*Judithan*), de Ruthena genitam, Colomanno, (*Geyzæ I,*) Regis Hungarorum, filio (*Varadienſi Eppo*), matrimonialiter copulavit, qvi (*Geyza ſcilicet, Nurui ſuæ*) nomine Dotis Caſtellaniam de Spiſſ, qvoad viveret, poſſidendam aſſignavit. Qvem Colomannum (*Vladislaus I, Boleslao fratri ſuccedens*), una cum Rege (*occidentalium*) Hungarorum (*Colomano-nempe I, S. Ladislai filio, Cf. Not. 89. q. r. s*) Halicienſibus in Regem præfecerunt, ipſum (*a S. Ladislai morte*) coronari facientes. (*Poſt*) cujus coronationem Rex Boleslaus (III), prout erat credulus, per Regem Hungariæ (*orientalis, Colomanum utpote II, affinem ſuum, Almo fratre, ex reliqua Scepuſienſi Terra, Ujvárienſi quippe Ducatu, jam ejecto*) doloſe circumventus, Caſtellaniam de Spiſſ (*reſtituit*), & loco ejusdem Caſtellaniam Przemisleuſem nomine Dotalitii filiæ ſuæ (*itidem Judithæ, Boricho, adulterino Colomani I. filio, nuptæ*) recepit. „ Primus itaque Terræ Scepuſienſis Dux erat Geyza, Belæ I. filius. Mortuo Bela, filii eius tertiam Regni partem inter ſe ita diviſerunt, ut Geyzæ integra Silvania, Ladislao Terra Nyir (Cf. Not. 78), Lamperto autem Terra Scepuſienſis, ex qva nempe ad Boleslaum II, pro auxiliis, contra Salomonem Regem ferendis, mittebatur, obtigerit. Exemplo Belæ I. Andreas quoque II. Diſtrictum Scepuſienſem, cujus portionem a reliqua Saxonum Terra exemtam, Ecberto Bambergenſi Eppo, affini ſuo, contulit, ac

præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli Noſtri munimine roboratas. Datum Anno Chriſti Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio, II. Calend. Junii. Regni autem Noſtri Octavo.

---

ac ipſo Salomeæ nativitatis anno 1209 in Adolphum Scepuſienſem Præpoſitum, hujuſque Sororem derivavit, non Lesko, Cracoviæ Dux, filiæ ſuæ Salomeæ, alioquin contra omnem Dotis, quæ uxoribus ab omni ævo ex parte maritorum, titulo vidualis earum Juris, attribui ſolebat, naturam, verum Rex Hungarorum Andreas, nomine Colomani Sponſi, minorennis adhuc filii ſui, futuræ Nurui ſuæ Salomeæ, donec ipſa vixerit, poſſidendam, cujus loco ſubinde Premiſlienſem terram ſubſtituit, aſſignabat. Sic S. Eliſabetha, Andreæ hujus filia, Ludovico, ut paulo ante retulimus, A. 1221 deſponſata, & A. 1221 (*ap. Piſtor. T. I. col.* 1322) cum eodem, nuberes annos attingente, copulata, Dotem non a Patre ſuo Andrea, verum ab Hermanno, Ludovici Genitore, aſſignatam accepit, cui poſtquam ipſa, marito in Terra ſancta A. 1227 obeunte, ſanctioris vitæ inſtitutum amplexa, his verbis (*ap. Theodoric. C. X. p.* 119) renunciaſſet: „ Caſtra, Civitates, Oppida & terras, quibus implicari & diſtrahi oportet, nolo; verum pro „ his, quæ *Jure mihi debentur, reſpectu Dotis*, peto exhiberi de gratia Fratris (*ita „ maritum vocitabat*) mei, quibus uti, habere & expendere ad votum libere mihi liceat, „ ac pro ſalute Dilecti mei defuncti & propria. — Gregorius IX. — perſonam ipſius & bona ſub protectionem recipiens Apoſtolicæ Sedis, etiam Conrado, Sacerdoti devoto, — eam „ ſuis Literis diligentius recommendans, eundem ſibi (*Eliſabethæ*) inſtituit Defenſorem. "

Colomano interim per Patrem ſuum Andream e Galiciæ Regno, cui Miſislaum Miſislavicium vicaria poteſtate (*Cf. Jur. in Ruſſ. expl. l. c.*) præfecerat, A. 1226 in Croatiam & Dalmatiam pro Duce totius Sclavoniæ translato, ac Regis Ruthenorum axioma (*vid. Kat. H. R. T. V. p.* 489) retinente, tam dotalitiam Salomeæ terram Premiſlienſem, quam Scepuſienſem Colomani abſentis Ditionem, a Leſcone, A. 1227 fatis erepto, adminiſtratam, vidua Mater Primislava, hujuſque filius Boleslaus, frater Salomeæ, adeoque Colomani Affinis, imo ipſum quoque Regnum Galiciæ poſt Miſislaum aliquot annis (*Cf. V. fin.*) providebant, donec ſubinde idem Boleslaus, Anno 1239 Cunegundem „ Belæ filiam, ſibi uxorem adjungens, deſolatam a Tatarorum anni 1241 irruptione Scepuſienſem Colomani, ex accepto, in horribili ad Sajonem conflictu, lethali vulnere mortui, Terram, ac diſerte Bela Rex auſtralem, Boleslaus vero Dux borealem ejus partem denuo impopulandam ſuſcepiſſent. Et alioquin Belam Regem aliquas cum filia ſua terras Boleslao contuliſſe, nec Poloni prætendunt; verum, teſtante ipſo Cromero, *Dos* (quam cum allatura iterum confundit) *Cunegundi quadraginta millium marcarum fuit*, cujus potiorem ut pote partem Boleslaus, in borealis Terræ Scepuſienſis, vel Comitatus Óvárienſis, inſtaurationem & villarum locationes profudiſſe, ſuo loco docebitur. Omnia proinde reliqua, quæ Dlugoſſus & Cromerus, perturbata Chronotaxi, de præſtitis Polonorum glorioſis Andreæ contra Ruſſos auxiliis, repetita Colomani, ex Ruſſia ejecti, clade, ſubſecuta ejuſdem, exactis tribus in Regno Ruſſiæ annis, morte, inſtitutaque metallium injuriarum correctione miſcent, mera putida commenta ſunt. Satis eſt: Gregorium IX. in ſua ad Belam exarata epiſtola (*ap. Cl. Kovachich in Veſt. Com. p.* 81.), tenore cujus *alienationes Andreæ revocandas, & juramentum, ſi quod eatenus fors præſtitiſſet, quum in coronatione ſua, ſe jura Regni & honorem Coronæ illibata ſervaturum juraverit, non ſervandum eſſe præcepit*, palam exhibere,

VIII.

Bela IV. antiquas Immunitates & prærogativas Nobilium Scepusiensium (17), qui hodie decem Lanceati appellantur, confirmat. A. D. 1243.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario eorum reperibili.

BELA, Dei Gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanieque Rex. Omnibus Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, Salutem in Omnium Salvatore. Cum in multitudine populorum, Regum Gloria ac

---

ad quasvis alienationes, Jurium electivi regiminis faciendas, consensum Statuum & Ordinum Regni necessarium fuisse. Satis est: Andream Decreti sui, Anno 1222 editi articulo 16 & 26 districtim cavisse, *integros Comitatus vel Possessiones extra Regnum haud conferendos esse*, atque alio anni 1231 (*ibid. p. 98*) Decreto *alienationum ejusmodi redemtionem, imo etiam simplicem earum receptionem Regnicolis admisisse*. Satis, inquam, est: precariam ejusmodi, ac diserte Ováriensis Comitatus, (quorum testante Rogerio (*Cap. X*) Hungaria duos & septuaginta habebat, serius autem Verbôtzius (*in Corpore Juris Hung.*) tantum sexaginta quatuor recenset) possessionem a Bela IV. Cunegundi filiæ suæ, cujus allatura impopulationi ejusdem opportunissime deserviebat, relictam quidem fuisse, Hungaros tamen his, aliisque Juribus suis, nullo unquam tempore, renunciasse. Ut adeo votis & Juribus Hungarorum, per Comitatus Ováriensis, Osvicinæ item ac Zatoriæ Ducatuum, nec non partis Galiciæ, titulo æquivalentis pro tota Russia Hungarica, quæ Regnum insuper Lodomeriæ (*Cf. III. V. & N. 9. fin.*) olim continebat, subsecutam A. 1772 receptionem, satisfactum haud fuerit.

17) Licet Cl. Wagner Diploma hoc Analectorum Scepusii P. I. p. 102 ex apographo induxerit, in reliquorum tamen illhic occurrentium literarum nexu ex autographo adducitur ideo, ut convum Hungaricæ militiæ systema tanto facilius intelligatur.

a) Hungariam omnem in Castra, populariter *Vármegye*, qua voce *Castri regionem*, certis limitibus definitam, intelligimus, appellata, inde ab initio constitutionis Regni divisam fuisse, patet ex Anonymo Belæ I. Notario, qui Cap. XL. testatur, Arpadem cum suis Militibus totum Regni Negotium in hodierno Pulvta-fzer triginta quatuor diebus coordinasse. Castris igitur exploratæ fidei milites vel Capitaneos, Latine ideo dictos *Comites*, quod Regem, quoties necessitas poscceret, & præcipue ad bellum cum Castri sui militibus *comitari* solerent ac deberent, unde ipsa quoque Castra *Comitatus* vocari cœperunt, præfecit. Dignitas hæc in Castris Ducalibus temporanea, in aliis autem hereditario jure collatis, penes donatariam familiam perpetua fuit, ea tamen, prout paulo infra uberius occurret, ratione, ut duæ Castrorum tertialitates militibus titulo stipendii militaris universe subdividi debeant, tertia vero residua tertialitas privatæ Ducum, ac respective perpetuorum Comitum utilitati subservial. Unde illi quidem proprio nomine Jobagiones Ca-

ac Principum ſummo opere accendatur, non immerito Regalis Celſitudo de ſuis ſubjectis proviſionibus amplioribus debet ordinare, ut iidem fidelitate & numero augeantur. Ad omnium itaque noticiam tam preſencium, quam poſterorum preſentis ſcripti teſtimonio volumus pervenire: Quod nos univerſis Nobilibus de Scepus, eandem, quam ab antiquo (a Sancto utpote Stephano) habuerunt, conſervare volentes libertatem, ſtatuimus, quod nullus ipſorum aliquam Collectam, vel exactionem ſolvere teneatur, niſi ipſa Collecta ad Servientes Regis, & alios quoslibet Nobiles fuerit generalis. (hinc triplex ordo Nobilium eruitur). Item per fora (nundinalia) & portas (triceſimales) ejuſdem Scepus (in Poloniam)

Caſtrorum, hi autem Civiles, Udvornici & Caſtrenſes, omnes autem communi nomine provinciales, id eſt, ad unam eandemque Provinciam, ſive Caſtrum vel Comitatum pertinentes, necnon conditionarii, hoc eſt, certa quadam ſervitutis conditione Caſtro obnoxii, appellabantur. Ex fragmento Regiſtri Eccleſiæ Varadinenſis, quod ævo Andreæ II. ab A. 1214 uſque ad A. 1235 reſpondet, per Cl. Mathiam Belium ſub epigraphe: *Ritus explorandæ veritatis, ſeu Judicium ferri candentis, quo in dirimendis controverſiis gens Hungara olim utebatur*, Poſonii A. 1735 poſt Claudiopolitanam editionem recuſo, eruitur, Comites, vel Capitaneos Caſtrorum perpetuos non minus, quam pro tempore conſtitutos, citra diſcrimen populariter *Hadnagy*-ones vocari, qvum tamen Hungarica compellatio hæc in eodem Regiſtro Latine definita partim *Majorem exercitus*, partim *Ducem* aut *Principem exercitus* importare ſignificetur. Quemadmodum autem Latinæ Comitum definitiones hæ reipſa diſtinctæ ſunt, ita illarum prior nobis *Al-Hadnagy*-onem, ſeu *Comitem pro tempore conſtitutum*, poſterior autem, longe auguſtior, *Fő-Hadnagy*-onem vel *Comitem perpetuum* indicant. Ut adeo Latinæ Comitum definitioni ac diſtinctioni, licet in Regiſtro conturbetur, adhærendum eſſe, res ipſa pro ſe loquatur. Hadnagyonum ſive Comitum, in Regiis & Reginalibus Caſtris pro tempore conſtitui ſolitorum, exempla paulo inferius plura occurrent, Perpetuorum interea Comitum, nobis Fő-Hadnagyonum nomine venientium, ſpecimen iſthic ex memorato Regiſtro adduxiſſe ſufficiat: §. CCCIV. " Cum *Vojvoda* (Tranſilvaniæ, una) Comes de Doboka pervideret exercitum ſuum, „ quidam ex Joubagionibus ejuſdem Caſtri, nomine Heureuſt, ſtetit in ordine Joubagionum natu- „ ralium, qui ſcilicet Joubagiones Sancti Regis nuncupari ſolent. Tunc acceſſerunt quidam de „ Joubagionibus S. Regis, videlicet: Vanov & Bocya, & rejecerunt illum de ordine ſuo, di- „ centes: quod ipſe non eſſet de ordine & gradu Joubagionum S. Regis, & hoc idem dixerunt „ Keverug *Hodunag*-io & Kereu Joubagiones (*militares Caſtri Doboka Officiales*). „ Prænominatus itaque Comes (*cujus nempe Keverug Al-Hadnagy-io erat*) diſcu- „ tiens eos per Priſtaldum nomine Bocy, de villa Boſcu, miſit Varadinum ad examen ferri „ candentis, ubi præfati — — ſeſe recognoſcentes coram Priſtaldo — — & coram Ca- „ pitulo Varadinenſi confeſſi ſunt, jam dictum Heureuſt injuſte de ordine Joubagionum S. Re- „ gis expuliſſe. "

b) Præmiſſorum utriuſque ordinis Comitum, illorum quidem vicaria Regum, horum vero immediata poteſtate utentium, officii erat, Jobagiones Caſtri ſeu milites, quoties neceſſitas exegerat, contra hoſtes educere, Jus populo Caſtri, hoc eſt: tam Jobagionibus vel Militibus, quam Provincia-

nullum tributum ipſi Nobiles, & ſui Jobagiones perſolvant. Item in Expedicionem, per nos factam, ſub noſtro Vexillo quatuor, qui habent terram, octo aratrorum (quorum ſingula centum viginti jugera conſtituebant) ſufficientem, unum mittere debeant decenter armatum. Item Comes de Scepus (pro tempore conſtitutus, quia Caſtrum erat Regium) nec ipſos, nec eorum Jobagiones poſſit judicare, niſi in Cauſis furti, monete & decimarum, ſuper cauſis autem minutis, inter ſe ortis, diffiniendis, ipſimet ſibi Judicem poſſint eligere, quem volent (Caſtrenſe igitur Judicium Comitis erat forum appellationis Nobilium horum). Et, ſi ſuper aliquo inter eos duellum contingat judicari, nonniſi in noſtri preſencia (quam Comes

---

vincialibus ex æquo & juſto dicere, nullis utroſque injuriis afficere, aut affici admittere, ſed ſalvos & incolumes pro viribi parte ſua præſtare, verbo Comitatum, ſive huic Al-Hadnagy Regio nomine ad tempus, ſeu vero Fő-Hadnagy jure perpetuo præfuiſſet, Regiis auſpiciis conſervare gubernare. In gubernando Caſtro ſeu Comitatu plures erant, qui Comites utriuſque ordinis juvabant: In conſervando Caſtro & omnibus ad id pertinentibus, nec non adminiſtranda univerſe juſtitia, Comiti, vicaria potestate, aſſiſtebat *Várnagy*, ſive *Caſtri Major* aut *Caſtellanus* vel *Præfectus*, qualem hodie Ordinarium Vice-Comitem dicimus; Várnagyones hi, vel Caſtellani, etiam ſub nomine Curialium Comitum occurrunt. Curiales tamen, proprie ita dicti, Comites (*quos Germani* Burggraf, *Hungari*, *Udvar-birő vocant*) plerumque tantum in privatis, tam Regalibus, quam Nobilitaribus Caſtris, Dominiis & Curiis, leviores Parochiæ ſuæ cauſas cognoſcere ac ſententia ſua definire, graviores autem ad Comitis ſui cognitionem deferre conſueverant. Jobagionibus porro vel militibus Caſtri, per centurias (*hodiernos utpote Proceſſus*) diviſis, licet Scepuſienſes in minutioribus cauſis, inter ſe ortis, virtute Privilegii hujus, definiendis, electitium Judicem ſuum habuerint, Centuriones, qui hodiernos Judices Nobilium repræſentabant, immediate præfuerunt, id quod etiam diplomatice ſuo loco probabitur. His acceſſerunt peculiares a Regibus per totum Regnum conſtituti Bilochi, a judiciali *ſigno* vel *ſtigmate*, Hungaris *Bilog* dicto, quo Partes citare ſolebant, ita nuncupati, hodie Fiſcalium nomine venientes, qui furum latronumque cauſas coram Comite vel ejus Vicario, Caſtri ſcilicet Caſtellano, ſive Supremo aut Vice-Comite, ut Lex Andreæ II. (*Decret. art.* 5) habet, *ad pedes tamen ipſius Comitis*, ſtantiebant. Omnes præmiſſi Cauſarum, in Caſtris & Curiis occurrentium, Judices, Priſtaldorum, ſive fidedignorum, uno perſibando teſtimonio hominum hodiernorum quippe Juraſſorum, ſibi adjunctorum, vel examinorum, opera in executionibus utebantur. Præcones denique Caſtri nihil aliud olim erant, quam apparitores fere ita, ſicut hodierni particulares Comitatuum Perceptores & Exactores, quorum opera Archipræcones, hodierni utpote generales Perceptores utebantur in tributis & vectigalibus tam divulgandis, quam tempore præſtituto exigendis, id quod paulo infra ex Archipræconis Békeſienſis, Boſur vocati, munere ac officio, datis rationibus obnoxio, illuſtrabitur. Præcones ejuſmodi penes Aulam quoque Regiam erant, qui tributa & vectigalia Regni per Comitatus publicabant & congregabant, quorum princeps olim Comes Præconum (*Cf. Turócz C.* 44), ſubinde vero Tavernicus, ex Hungarica voce *Tár*, quæ

pro-

mes Caſtri ſuſtinuit) debeat terminari. Item Comes de Scepus nullum deſcenſum ſuper eos poſſit facere violentum. Item ſi quis ſine herede deceſſerit, univerſa bona tam mobilia, quam immobilia ipſius, cui filia, ſi habeat, vel relicta nupſerit, ſuccedant, ſed ille ad eadem ſervicia teneatur, ad quæ decedens, cui ſuccedit, fuerat obligatus. Item ſi ſuper aliquo dubium oriatur, quod per Sacramentum debeat certificari & purgari, ſeptimo ſe preſtito Sacramento quadraginta denarios (hodiernos utpote

promtuarium ſignificat, vel Camerarius (*Roger C.* 10) dicebatur, quales poſterius Theſaurarii & Regiæ Cameræ Præſides appellari cœperunt.

c) Atque omnes hi Officiales, incluſo Hadnagyone, velut Regio Supremi Comitis officii adminiſtratore, teſtimonio prælaudati Regiſtri (*Cf. Illuſtr. Kollar. de Amænit. Vol. II.*) eminenter Jobagiones Caſtri appellabantur, quin tamen reliqui Provinciales, vel, ita dicti, Civiles & Udvornici, cum inferioris characteris Jobagionibus, Caſtri utpote Militibus aut Nobilibus confunderentur. Ex teſtimonio ex eodem Regiſtro. §. CLVIII. „ Joubagiones *Oorodinenſis* „ (*Aradinenſis*) Caſtri, ſcilicet *Hodnogio* Nuhu; Bayr, Belche, Kelenin *Centuriones*, „ & omnes alii Joubagiones (*Milites*) cum Caſtrenſibus — litigarunt — “ Tum §. CX. “ „ Anno Dominicæ Incarnationis 1219 Joubagiones Caſtri Caraznay (*Kraſzna*), ſcilicet: Ruben „ *Major Exercitus*, Echilleus *Várnog*, Euzud & Pinna *Centuriones*, & Faradan & „ Cives ejuſdem Caſtri traxere in Cauſam &c. “ Dein §. XXIV. “ Joubagiones de Zemlun, ſci„ licet: Scema *Hodunagio*, Mokud *Centurio*, Degus & Chepanus, *Præfectus Caſtri* — “ „ Porro §. CXLVII. “ Bulſuch, *Dux exercitus* de Caſtro Zounuk, & alii Joubagiones ejuſ„ dem Caſtri, item Bucikud & alii Caſtrenſes impetierunt — “ §. CCLVIII. “ Boſur Archipræco „ Békeſienſis, de villa Yka, dum poneret rationem ex conſvetudine ſui officii de bobus Regiis, „ dixit ſe a Joanne Præcone, de villa Scevey quatuor boves nondum accepiſſe; ille autem dixit, „ ſe ei, ſcilicet Boſur dediſſe, Judice Damiano, Curiali Comite de Békes. Boſur itaque, judicio „ ferri candentis, convictus eſt. “ Denique §. CCCXXIII. “ Coadjuvantibus Caſtri Bichorienſis „ Joubagionibus, ſcilicet: Luca *Principe exercitus* — — Petro quoque *Majore Præconio* &c. “ Ut adeo ex his patcat, non modo Magiſtratus Caſtrorum ex eorum Jobagionibus, Militibus utpote, vel Nobilibus, deligi conſveviſſe, verum etiam Jobagiones hos a Caſtrenſibus, vel civilibus, in lectione Diplomatum probe diſtingvi debere.

d) Caſtrorum Jobagiones ejuſmodi, ſeu Milites aut Nobiles, plerumque duorum aratrorum (*quorum ſingula centum viginti jugera expleviſſe, alibi uberius & quidem diplomatice probabitur*) conditionati ad arma gerenda poſſeſſores erant, neque inter Servientes Regios aut alios Regni Nobiles, qui ſuos perinde ſervientes a proportione terrarum, cum omni jure Regio (*Cf. IV. X. not.* 21) acqviſitarum, habebant, & una cum his ab omni conditionaria Caſtrorum ſervitute ac jurisdictione emancipati, Regibus (*S. Steph. Decr. L. I. C.* 4 *ſ.* 3) militabant, non ſerviebant, Ducum primorumque Regum temporibus referebantur. Sub vexillo quippe Caſtrorum ſuorum congregabantur ad exercitum, ſuoque ſumtu intra Regnum æſtivis duntaxat Menſibus militabant. Tales igitur erant Nobiles illi de Caſtro Scepus, quorum Rex Bela non modo obligationem, ut quippe quaterni, terram octo aratrorum poſſidentes, unum decenter ar-

ma-

(*Cf. not.* 20) groſſos) & non plures perſolvat. Item ſi aliquis ipſorum convincatur aliquo facto, ſolvere debeat judicium juxta terre conſvetudinem approbatam. Ut igitur hujus libertatis ſtatus vel ſeries in poſterum inconcuſſa permaneat, nec aliquo ſucceſſu temporis per quempiam in irritum poſſit revocari, vel aliquatenus queat retractari, ad ejus firmam ſtabilitatem Literas Noſtras conceſſimus teſtimoniales, duplicis Sigilli Noſtri munimine roboratas. Datum Anno Gracie Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio. Septimo Idus Junii, Regni autem Noſtri Anno octavo.

---

matum, ſub Regio Caſtri vexillo militaturum, mittere teneantur, definit, verum etiam veteres libertates confirmando recenſet. In Turótzienſi Comitatu, non quatuor, ſed ſex ejuſmodi Nobiles unum dabant armatum, id quod ex Regiſtro Literarum, ad Familias Comitatus Turótzienſis pertinentium, A. 1391 ab Emerico Bubek, Judice Curiæ confecto (*ap. Kollar l. c. p.* 85), manifeſte patet, ubi inter ceteros extractus, etiam ſequens refertur: " Andreas filius Johannis, " exhibuit nobis Privilegium Domini Belæ Regis, A. 1238 emanatum, in quo continebatur, quod „ idem D. Bela Rex Paulo, filio Banana, & Ladislao, filio Vahud, filiis Jobagionum de Thu„ roch ad terram eorum unius aratri, quæ prius ad uſum eorum non ſuffeciſſet, terram ſimiliter „ unius aratri, penes eandem priorem terram eorum exiſtentem, perpetuo contuliſſet; ita tamen „ quod ſicut populi de Thuroch, ſic & ipſi de ſingulis ſex manſionibus unum armatum ad ſuum „ exercitum mittere tenerentur. " Ex his porro Jobagionibus Caſtrorum, ſive Regnanis militibus, alii quidem erant Jobagiones naturales S. Regis, alii autem de Caſtrenſibus exemti. *Jobagiones S. Regis* erant illi, quorum Majores adhuc ſub Ducibus terras, in duabus Caſtrorum tertialitatibus diffuſas, acceperant, Sanctus vero Stephanus jure hereditario, ſub conditione militiam intra Regnum pro re nata ſequendi, poſſidendas conſtabiliverat, ac propterea naturales Jobagiones vocabantur: *de Caſtrenſibus* autem *exemti* erant illi, quos Divi Stephani ſucceſſores e tertia Caſtrorum ſuorum parte, pendendis liberis pro terragio denariis, vel aliis miniſteriis obnoxia, exemerunt, atque inter veteres Caſtrorum Jobagiones prahabitis eorum terris, perinde hereditario jure ſtabilitis, & ſub conditione militiæ ab omni cenſu aut miniſterio eliberatis, retulerunt; ut adeo inter Jobagiones, a Caſtrenſibus exemtos, & eos, qui Sancti Regis appellabantur, vetuſtatis potius, quam conditionis aut libertatis diſcrimen interceſſerit.

e) Interim, licet Andreas II, Decreti ſui Art. 19 univerſe ſtatuerit: *Ut Jobagiones Caſtrorum teneantur ſecundum libertatem a S. Rege Stephano inſtitutam*; Naturales tamen exemtis potiores videri ac eſſe volebant, cujus exemplum ex Regiſtro Váradinenſi jam initio hujus Notæ (*a fine*) retulimus. Exemtorum a Caſtrenſibus Jobagionum inter alia pulcherrimum exhibet exemplum Donatio Ladislai IV. anno 1278 emanata, ſuo loco & ſerie inducenda, tenore cujus nempe idem Rex " Arnoldi, filii alterius Arnoldi, Joannis, Andreæ, „ Arnoldi & Pauli, filiorum Petri, Tamásfalvenſium Slavorum terras, ad quatuor aratra efficien„ tes, ab omni exactione & conſvetudine Slavorum eximendo, eoſdem cum præfata terra a nexu „ obnoxietatis priſtinæ abſolvit, & libertati Nobilium de Caſtro Zepes applicavit, ut in eadem „ libertate ac ſervitio permanere debeant, qua ipſi Nobiles de Zepes gratulari dignoſcuntur, exer„ cituantes in futurum, ſicuti de tanta terra exercituandi ceteris mos exiſtit uſitatus. " In memorato Regiſtro Bubekiano, §. 12 (*ap. Kollar l. c. p.* 81 -) leguntur hæc " David, filius „ Pauli, de Zent Péter, exhibuit nobis quoddam Privilegium Domini Belæ Regis, in A. D. „ 1245,

IX.

Magiſter Mathias, Præpoſitus Scepuſienſis, Eccleſiæ de Sygra, per Johannem, Comitem de Sygra exſtructæ, certam dotem addit. A. D. 1245.

EX TRANSUMTO authentico Vener. Capituli Scepuſienſis in eadem Parochia exiſtente. Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 108.

NOS Magiſter Mochmerius (18), Miſeratione Divina Prepoſitus de Scepus, tenore preſentium omnibus, preſentibus pariter ac futuris, ſignificamus: Quod vir Nobilis ac diſcretus Johannes, Comes de Sygra, ad noſtram accedens preſentiam preſentavit nobis Dominum Johannem ad recturam & curam animarum Eccleſie S. Spiritus in ipſa villa Sygra electum, exhibendo nobis nihilominus literas Venerabilis viri Domini

„ 1245, quarto Nonas Auguſti, Regni autem ſui anno decimo, ſuper exemtione Uzda, de „ ſervitio piſcaturæ, per ipſum Dominum Belam Regem facta, & collatione terræ Vendéghi, „ juxta terram ſuam, ex alia parte fluminis Thuroch exiſtentem, præfato Uzda & ejus heredibus „ facta." Idem Regiſtrum §. XLIV hæc habet: " Johannes, filius Pauli, exhibuit nobis quoddam „ Privilegium Domini Belæ Regis ſuper collatione terræ Schouchouch, ad quatuor aratra ſufficientis, „ ſub libertate filiorum Jobagionum de Turuch, Benedicto & Petro, filiis Chepany Lapicidæ, „ per ipſum Dominum Belam Regem facta A. 1258." E quibus facile intelligitur, prænotatos Tamásfalvenſes Slavos ex colonis, glebæ fundoque tertiæ partis Caſtri Scepus adſcriptis; Uzdam porro piſcatorem, ac Benedictum & Petrum, Chepany lapicidæ filios, ex Udvornicis Caſtrenſibus, ad tertiam Caſtri Turótz partem ſpectantibus, inter Jobagiones vel Nobiles, aut milites concernentium Caſtrorum, attributis hereditario jure terris, quales antea nonniſi ad tempus, quo ſervitia expleri poterant, reſtrictas coluerunt, promotos & exemtos haberi; Militia enim apud Hungaros libertas, non ſervitus fuit.

18) " Quantum & Virtute & Literis excultus fuerit Muthmerius (*ita ſcribit Cl. Wagn. Anal. Scep. P. III. p.* 9), vel inde patet, quod ex tot Hungariæ Sacerdotibus, a Bela & Stephano Regibus unus potiſſimum delectus eſt, qui Ladislaum, Cumanum deinceps dictum (*Kún László*), inde a teneris ad omnem elegantiam & honeſtatem educeret. Sane Stephanus V. Rex eo Diplomate, quo Muthmerio Majorum ſuorum donationes confirmat, eum diſerte vocat: *Doctorem Ducis Ladislai chariſſimi ſui filii.* Quamquam autem Ladislaus, poſteaquam ex diſciplina exceſſit, a bono honeſtoque in pravum abſtractus fuit, in culpa tamen Magiſter non eſt: quandoquidem extrema primis non ſemper reſpondent, & adoleſcentia optime formata in vitia quandoque defluit. " Verum, quam multa Ladislao huic appingantur, ſuis locis videbimus.

19) Pri-

mini Mathie, felicis recordacionis Predeceſſoris noſtri, ſuper libertate ejuſdem Eccleſie confectas, cum inſtantia nos rogando, ut ipſum Dominum Johannem ad dicte regimen Eccleſie una cum exhibitarum literarum continencia noſtris dignaremur Literis confirmare, quarum quidem Literarum tenor talis eſt:

Nos Magiſter Mathias (19), Miſeratione Divina Prepoſitus de Scepus, memorie commendantes ſignificamus univerſis, quibus expedit, preſentibus pariter & futuris: Quod vir Nobilis Johannes, Comes de Sygra, amicus noſter cariſſimus, ad noſtram

---

19) Prima Præpoſiti hujus, de genere Hermanni (*Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 293 & P. III. p. 6 Turótz P. II. C. 18*), memoria occurrit eo documento quod in cauſa Mathiæ, de Vacienſi ad Sedem Strigonienſem translati, Gregorius IX. Pontifex ad Capitulum Strigonienſe dedit, ex quo apparet, eum cum Præpoſitura Scepuſienſi Sacerdotium quoque Strigonienſe, tenuiſſe. Sic autem habet: " GREGORIUS PP. IX. Capitulo Strigonienſi. Dilectos filios (*Mathiam*) „ Præpoſitum de Scipis, Magiſtros Albeum Nitrienſem, & Nicolaum Gumurienſem Archidiaconos, „ Girardum Plebanum de Bizya, & Riecardum Lectorem Eccleſiæ Strigon. Concanonicos & „ Procuratores veſtros, cum univerſitatis veſtræ Literis, ad Sedem Apoſtolicam accedentes, benignitate recepimus conſveta, & poſtulationem, quam de Venerabili Fratre noſtro Mathia, Epiſcopo quondam Vacienſi, in Strigonienſem Archiepiſcopum concorditer celebraſtis, ut eadem „ Literæ continebant, nobis per eos humiliter præſentatam, per Fratres noſtros (*Cardinales*) „ examinari fecimus diligenter, eamque non duximus admittendam; quia ipſam (*Patronatus „ & electionis Jure ad Reges Hungariæ, qui virtute Silveſtrinarum A. 1000 Regi Stephano exaratarum Literarum* (ap. Kat. H. R. T. I. p. 26) *in diſponendis, „ atque ordinandis Regni ſui, Partiumque adnexarum Eccleſiis, Apoſtolica auctoritate fuffulti, legatione Sedis Romanæ fungebantur, ſpectante*) conſtitit minus canonice celebratam. Ceterum attendentes, quod chariſſimorum in Chriſto filiorum Belæ Hungariæ & Colomani (*Galiciæ*) Regum Illuſtrium, & aliorum fidedignorum teſtimonia de vita, „ converſatione honeſta, literatura (*quam iiſdem præceptoribus, quos Bela & Colomanus* (Roger. C. 30) *habebant, in aula Regia uſus, acceperat*), & gravitate morum, „ eundem Epiſcopum apud nos reddiderunt quamplurimum commendatum, volentes etiam eidem Eccleſiæ, tanquam ſpeciali filiæ, uberiorem gratiam impertiri, ne remaneat diutius Paſtoris ſolatio deſtituta, ipſum a vinculo, quo tenebatur, Vacienſis Eccleſiæ abſolventes, vobis de „ ſpeciali gratia in Patrem conceſſimus, & Paſtorem verum, jam dictæ Strigonienſis Eccleſiæ, „ committentes eidem — —. Ideoque Univerſitatem veſtram monemus attente, & hortamur, per „ Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eum, Patrem & Paſtorem veſtrum, ad „ Strigonienſem Eccleſiam accedentem, recipiatis benigne, ac ejus ſalubria monita & mandata ſuſcipiatis humiliter, & inviolabiliter obſervetis, alioquin ſententiam, quam ille rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino inviolabiliter obſervari. Datum Laterani „ II. Non. Maj. Anno XIII (1239.)" Sed iſthac beneficentia brevi admodum tempore frui datum eſt Mathiæ, quem anno altero Tatarorum tempeſtas hauſit, una cum aliis pluribus Epiſcopis Banderia Eccleſiarum ſuarum educentibus, & innumera Nobilitate, partim ſub Regio, partim ſub Caſtrorum concrementium vexillis in arenam prodeunte. Peculiare illud eſt, quod Rogerius

(in

ſtram accedens præſentiam a nobis poſtulavit humiliter, ut in hæreditate ſua, Sygra vocata, Eccleſiam conſtruere ad honorem Omnipotentis DEI, ſub ſpeciali patrocinio S. Spiritus permitteremus, eidem Eccleſiæ pro ſalute animæ ſuæ molendinum ſuum, ſupra fluvium Sygra ſitum, novem jugera, cultæ terræ & pratum in perpetuum conferendo, inſtantiſſimis etiam nos precibus exorando, ut Eccleſiam, cum antedicta dote admiſſam, pro animæ noſtræ remedio, aliquo dotis munere, ſecundum gratiam, a Deo nobis præſtitam; reſpicere dignaremur. Nos itaque ejuſdem Johannis Comitis precibus inclinati, prædictæ Eccleſiæ conſtructionem fieri permiſimus, eidem Eccleſiæ & ſuis adminiſtratoribus Decimas de media Sygra, cum Decimis de hereditate ipſius Comitis Johannis ultra Sygram verſus Olſavkam, videlicet de Campo Boan (Bujanow) ad montem Syronoch, deinde ad vadum Sygricham aſcendendo ad rufum rivulum (Cſervenicza), dehinc ad montem Slubicham (Szlubicza), deſcendendo ad vallem Goboche (Gubow), deinde ad Vicees (Vitéz) deſcendendo, a Vicees ad fluvium Chonrad, aſcendendo Chonrad, ubi Olſavka cadit in Chonrad (Hornad), aſcendendo Olſavkam ad campum Gaton, dehinc per medium Puſow ad Brodech, pro animæ noſtræ remedio ad honorem S. Spiritus in perpetuum aſſignantes, & donantes ſub hac forma: ut Sacerdos de eadem Eccleſia pro Decima de media Sygra quinque fertones currentis argenti, & unum fertonem (20) ratione obedientiæ (Cathedratici) nobis & ſucceſſoribus noſtris ſingulis annis in feſto S. Martini ſolvere teneatur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes Literas conceſſimus, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud S. Martinum in Octavis B. Laurentii Martyris, Anno Domini. Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto.

Nos itaque ejuſdem Johannis Comitis precibus favorabiliter aſſurgentes, præſentatum nobis Dominum Johannem una cum exhibitarum Literarum continentia authoritate præſentium confirmamus, volentes & in virtute S. Obedientiæ præcipientes, præſcripta quælibet Eccleſiæ S. Spiritus Jura ſibi & ſuis ſucceſſoribus plene & integre adminiſtrari. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes Literas conceſſimus Sigilli noſtri robore communitas. Datum apud S. Martinum in Nativitate B. Johannis Baptiſtæ. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto.

---

in Deſtr. Hung. per Tartaros C. 30), de Mathia iſto adnotavit, eum ſcilicet in Regia Andreæ aula, cum Bela & Colomano, filiis ejuſdem, poſtea Regibus, educatum fuiſſe.

20) Ex Caroliní Decreti §. 49 & 54 patet, *fertonem*, ex voce Germanica Viertel dictum, ſignificare *florenum*. Articulus porro 4. 1351 teſtatur fertonem unum, ſive florenum conſtituiſſe groſſos quatuordecim, quorum nempe quater multiplicatorum groſſi quinquaginta ſex Marcam efficiebant, ac teſtimonio articuli 48. 1550 majores groſſi, ab impreſſa vero B. M. V. effigie populariter *Mariásgaras*

X.

Bela IV. Detrico, filio Mohol, ſervienti ſuo (21) quædam ſuæ venationis loca, Bacsamezey, Torkeley & Veresalma vocata, prope terminos Terræ ſuæ Scepuſienſis exiſtentia, donat. Anno Domini 1248.

EX AUTOGRAPHO, coram præfata Commiſſione limitanea per Hungaros producto.

OMNIBUS Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, Capitulum Eccleſiæ Agrienſis Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quod Mych, Filius Dedbor de Keech, pro ſe, & pro aliis fratribus ſuis de Eadem, ad noſtram perſonaliter accedendo præſentiam exhibuit Nobis Literas Domini noſtri Regis Lodovici hunc tenorem continentes: Lodovicus, Dei Gratia Rex Hungariæ, fidelibus ſuis, diſcretis viris, Capitulo Eccleſiæ Agrienſis Salutem & Gratiam: Dicitur nobis in perſonis Herbordi, filii Herbordi, Blazii, filii Dedbor, & Michaelis, ac aliorum Nobilium de Keech, quod quædam Privilegia ipſorum ſuper Poſſeſſionibus ipſorum emanata, caſualiter amiſſa, & ab ipſis alienata exſtitiſſent, quorum alia paria in Sacriſtia ſeu Conſervatorio Eccleſiæ Veſtræ repoſita haberentur, & nunc eis plurimum forent neceſſaria, ſuper quo Fidelitati Veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus univerſa Privilegia ipſos Nobiles de Keech & Poſſeſſiones eorum tangentia in veſtra Sacriſtia, ſeu Conſervatorio Eccleſiæ ve-

(quos hodie *Marianos* vocamus) dicebantur. Quemadmodum autem florenus ejuſmodi in quatuordecim Groſſos majores, ita etiam in centum denarios majores, hodiernos quippe Groſſos, vel ducentos Denarios minores, hodiernos nimirum *Polturakones* Articulo 48. 1550. 12. 1450. vel denique in quadringentos denarios minimos, obulorum nomine venientes, reſolvebatur. Fatendum quidem eſt, prænotatas hodiernarum monetarum ſpecies non plane ad aſſem valori antiquarum illarum reſpondere, hujus tamen differentiæ ratio e poſitivis Legibus, Articulis quippe 24. 1547. 14. 1557. 19. 1618. 77. 1622. 35. 1625. 72. 1659 conſtat, quod nempe vicinarum Provinciarum monetæ non tam ſolidæ fuerint, adeoque groſſi ac denarii ad ligam ſeu valorem Viennenſium reduci debuerint.

21) Ad plenius cognoſcendum, veterem Hungariæ ſtatum militarem, Servientium quoque Regiorum origines perſtringi debent.

a) Qui Caſtrorum Jobagiones domi bellique ceteros egregiis virtutibus & meritis antelibant,

veſtræ, requiri faciatis, reinventaque transſcribi facere, & in tranſumto eiſdem Nobilibus de Keech dare debeatis, cavente autem, ne fraus & dolus interveniat in hac parte. Datum Budæ feria ſecunda, proxima poſt feſtum Beatæ Luciæ Virginis. Anno Domini Milleſimo tercenteſimo quadrageſimo octavo. Nos igitur, Mandatis Regiis obtemperantes, uti tenemur, prædicta Literalia Inſtrumenta ipſorum Nobilium de Keech in dicta Sacriſtia noſtra requiri facientes, inter cetera quoddam Privilegium noſtrum tranſcriptum Privilegii olim Domini Belæ Regis recolendæ memoriæ exprimens, reperimus continens hunc tenorem:

Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, Capitulum Eccleſiæ Agrienſis Salutem in omnium Salvatore: Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quod Simon, Herbord & Langveus, filii Detrici de Keech, pro ſe, & pro Magiſtro Dedbor, fratre ipſorum, ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam, exhibuerunt Nobis Privilegium Domini Belæ, Illuſtris Regis Hungariæ, felicis recordationis, petentes inſtanter, ut ipſum Privilegium noſtro inſeri faceremus Privilegio. Nos igitur juſtis petitionibus Eorundem inclinati, dictum Privilegium, non raſum, non cancellatum, non in aliqua ſui parte vitiatum,

bant, ii de Jobagionatu Caſtrorum) *Cf. not.* 17) ſingulari Regum gratia transferebantur in Domum Regiam & ordinem Servientium Regiorum, qui *Equites aulici* & *Regis familiares* appellabantur. Hic igitur nobiliſſimus ille Regni noſtri *Servientium Regis* eſt Ordo, ob cujus virtutem olim Hungari, cum ſcilicet ſtatus adhuc Regni vetus maneret integer, amicis admirationi, hoſtibus terrori fuerunt. Hoc enim illud *Regale Banderium* eſt, cujus hodie umbram Prætoriana Nobilis Turma refert, hoc, inquam, eſt illud Regale Banderium, ſive Regia Domus Regis Hungariæ, quam, bello ſuſcepto, primam Regi adeſſe, ac ultimam recedere oportebat. Hic denique fuit inſignis ille Ordo eqveſtris, qui nomine Servientium Regiorum *(Cf. Kollár. l. c. p. 87)* a Divo Stephano appellatus, & variis libertatibus exornatus, ab Andrea II. & Bela IV. in veteribus prærogativis conſervandus decernebatur. Ut adeo mirum jam non ſit, plura Regum Privilegia, prout etiam hoc ipſum, pro Detrico, filio Mohol, emanatum, eam facere mentionem, quod hujuſmodi beneficiarii ac donatarii *a primævis pueritiæ ſuæ temporibus grata & accepta indefeſſæ fidelitatis obſequia impenderint*; Servientium quippe Regiorum, in Domum Regiam translatorum, erant filii, ac non raro cum ipſis adeo Regiis Principibus, ut Mathias, Strigonienſis Archiepiſcopus *(Cf. not. 19 fin.)*, nutriebantur, converſabantur.

b) Anno 1266 illuſtris Familia Báſthy de Jobagionatu Caſtri Bolonduch, literis Regiis *(ap. Kollár. p. 88 -)* translata fuit in Ordinem Servientium Regalium, in quibus Rex Bela „ ſic loquitur: " Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire, quod quoſdam ho„ mines Symárth & filium ejus Hamud, cum ſex cognatis eorumdem - - - de villa Báſth, „ qui de altioribus Jobagionibus *(præcipuis quippe (Cf. not. 17 init.) officialibus)* „ Caſtri Bolonduch oriundi fuerant, - - - de Jobagionatu & conditione Caſtri prædicti, qua ii„ dem adſtricti tenebantur, de Regia liberalitate penitus eximentes, ad libertatem & numerum „ ce-

de verbo ad verbum transcribi facientes, noſtro inſeri fecimus Privilegio, cujus quidem tenor talis eſt:

Bela Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex: Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris, Salutem in omnium Salvatore: Licet Regia pietas manum munificam porrigere debeat univerſis, illum tamen, cujus experta probitas laudata eſt, cum in proſperis tum in adverſis, principaliori debemus proſequi munere & favore, ut alii ejus exemplo incitati, ad fidelitatis opera fortius accendantur. Hinc eſt, quod cum Detricus, filius Mohol, ſerviens noſter, qui a primævis pueritiæ ſuæ temporibus, Nobis gratum & acceptum indefeſſæ fidelitatis ſtuduiſſet impendere obſequium gratioſum in diverſis Regni noſtri expeditionibus, cum armis militaribus & armatis viris fortunæ caſibus viriliter

---

„ ceterorum Servientium noſtrorum Regalium cum terris eorumdem, quas habent *(in duabus „ antelati Caſtri tertialitatibus)* hereditarias, duximus transferendos ita, quod de cetero „ tam ipſi, quam eorum heredes, heredumque ſucceſſores, *inter Aulicos noſtros* computabiles irrevocabiliter habeantur, nec unquam ratione priſtinæ conditionis dicto Caſtro in aliquo reſponde„ re tenéantur. " Hinc patet inter Jobagiones Caſtri & Servientes Regios id quoque inter cetera diſcrimen, quod hi ab omni Juriſdictione militari & conditionaria Caſtri ſervitute omnino exemti fuerint.

c) Alterum exemplum translationis ex Jobagionatu Caſtri ad Domum Regiam conſervant literæ Stephani V. Regis A. 1268 datæ, & A. 1272. confirmatæ, quibus *Marcellus* quidam, filius Jacobi, ex Jobagionatu Caſtri ferrei in numerum Servientium Regiorum translatus fuit, ubi Rex ait: " Eundem Marcellum, & per ipſum ſuos fratres, Ivan videlicet & Beche nec non cogna„ tos ejuſdem — — — de villa Septhe, Jobagiones Caſtri ferrei de generatione Churung, eoſ„ dem & per ipſos ſuos liberos ac univerſos poſteros, per directam lineam ab eiſdem deſcendan„ tes, a Jobagionatu Caſtri prædicti pure & ſimpliciter eximentes, in numerum *Servientium „ noſtrorum Nobilium* transtulimus, cum omnibus poſſeſſionibus eorundem hereditariis, emti„ tiis & quocunque juſto titulo acquiſitis, quarum omnium proprietatem apud eoſdem & ſuos po„ ſteros duximus perpetualiter relinquendas &c. " Hinc iterum patet, aliquos Caſtrorum Jobagiones præter aratra, ſub conditione militiæ ſibi aſſignata, alias quoque Bonorum acquiſitiones facere potuiſſe.

d) Tertium hujuſmodi translationis exemplum ſuppeditant nobis literæ, a Bela, primogenito Regis Hungariæ, cuidam *Radus* & fratribus ejuſdem *(ap. Katon. T.V. p. 435)* A. 1224 datæ: " Bela, Dei gratia *(Croatiæ ac Dalmatiæ)* Rex, primogenitus *(Andreæ)* Regis „ Hungariæ, univerſis, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem & gratiam. Dignum eſt & omni „ ratione conſentaneum, ut hi, qui Principibus ſuum pro tempore exhibent obſequium, ſui la„ boris præmio non fraudentur; — Hinc eſt, quod Radus & fratres ejus de Klokoche, Zorian, „ Vezt & fratrem ejus uterinum Damianum cum fratribus ſuis; Ziadech cum fratribus ſuis; „ Wranko cum fratribus ſuis; Blaz cum fratribus ſuis; Fridrich cum fratribus ſuis; Dolaogoſct „ cum fratribus ſuis; Wichan cum fratribus ſuis, qui de filiis Jobagionum *Sancti Regis*

„ de

ter ſe exponens, & aliis articulis, quæ longum eſſet enarrare per ſingula, obſequioſum ſe, devota promptitudine & prompta ſemper devotione, juxta noſtræ beneplacita voluptatis exhibere curaſſet, nolens parcere rebus neque perſonæ, & ſpecialiter quando conflictum juxta fluvium Sajov cum ſæva gente Tartarorum habuiſſemus, idem Detricus cuidam, adverſa acie ſuper nos irruenti, viriliter ſe oppoſuit, & ab ipſo crudeliter vulneratus, a morte nos liberavit; quamobrem ob ejuſdem exigentias meritorum grata vi-

„ de Goricza *(Caſtro, ad Kulpam fluvium olim ſito, quod ætate noſtra ſub nomine Severinenſis Comitatus, ab homonymo ejuſdem oppido ita dicti, cum Croatico Zagrabienſi Comitatu in parte aliqua unitum eſt)* orſundi fuerant, ob fidelitatis ſuæ „ meritum, qua Patri noſtro & nobis ſerviverunt, tanta donavimus prærogativa libertatis, ut „ tam ipſi, quam ab eis in perpetuum deſcendentes *de Domo & Familia noſtra* de cetero „ cenſeantur. Quibus etiam terram de Klokoche *(ubi quippe hodiedum in occiduo-auſtrali inter Hungaricam & Turcicam Croatiam limite arx homonyma Klokoch eminet)* „ perpetua donavimus libertate. Itaque de cetero ad dictum Caſtrum nullum habeant reſpectum. „ Terra autem eorum his metis diſtinguitur *(Hic occurrunt* fluvii: *Kneſepotok, Koranna* „ (qui hodiedum nomen ſuum retinet), *Iwanpotok, Peſtenoga, Tolſztipotok, Ko-* „ *ranitza*, (ſive minor Koranna) *Gerſtina, Skopchno;* Campi: *Berzepolye, Chiltepolye;* „ montes: *Oszlyche, Kerker, Utokaverch* (hodie Otoka) *Sucho).* Porro hoſpites, quos „ prædicti liberi homines *(hactenus quippe Caſtri Goricza Jobagiones)* habuerint infra „ metas præſcriptas, decem denarios debent perſolvere annuatim pro marturinis *(Cf. Andr. II. Decr. art. 27)* Unde quilibet de præfatis liberis hominibus tertiam partem Marturinarum „ habeat de ſuis hominibus; duæ vero partes Marturinarum totius terræ illius, quæ ad Jus no- „ ſtrum pertinebant, Radus & heredibus ejus dedimus in perpetuum pro fidelitate & multimodis „ ſervitiis, Patri noſtro & nobis ab eo collatis. Quoties vero neceſſe fuerit, in exercitu noſtro „ quindecim loricatos & centum pedites vernaculos *(indigenas)* expeditos habebunt. Ut igi- „ tur Regni noſtri conſvetudo exigebat, dictam terram & libertates prætaxatas ſæpe dictis li- „ beris hominibus *(inter Servientes Regios relatis)* de Klokoche per Preſtaldum *(ſub quo fide dignus, pro teſtimonio exmiſſus homo Regius intelligitur)* noſtrum Petrum, „ filium Jorche de Zagrabia, fecimus aſſignari. Ut autem tam noſtra conceſſio, quam noſtræ con- „ firmationis ſeries, cum libertate, a nobis conceſſa, perpetuæ robur obtineat firmitatis, præſen- „ ti pagina in notitiam deduci poſterorum, & Regiæ authoritatis Sigillo juſſimus roborari. Dati „ vero teſtes ſunt, ut factum præſens ampliori robore fulciatur, Cnak *(qui probabilius Csák-* „ *tornyæ (Cf. I) vel Csákvárini reſederit)*, Comes Bodrugenſis; Allader Magiſter; Mar- „ tinus Banus; Bachia, Comes Zagrabienſis; Andreas Magiſter; hujus autem terræ indigenæ, „ Cancellarius, Archiepiſcopus Spalatenſis; Martinus, Epiſcopus Corbavienſis; Michus, Epiſco- „ pus Tinnienſis; Herebertus, Abbas Toplicæ, Boncelaus, Comes Goricenſis *(in cujus* „ *nempe Comitatu terra Klokoche conſtituebatur);* & alii, quorum recitatio faſtidium „ generaret. Datum eſt autem hoc Privilegium per manus Mathiæ, Præpoſiti Zagrabienſis „ *(dein Archieppi Strig. Cf. a. fin.)* aulæ Regiæ Cancellarii, Anno ab Incarnatione Do- mini milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto. IX. Kal. Januarias. " Hæc de Servientibus Regiis; jam vero de Nobilibus Regni profandum eſt:

c)

ciſſitudine occurrentes, licet pro modico reputemus, quod ad præſens agimus reſpectu ſervitiorum ejuſdem, quædam Loca venationis noſtræ, ultra Indagines prope terminos terræ noſtræ (*Scepuſienſis*) exiſtentia in exitu ad Poloniam, in Comitatu de Sarus, cum omnibus utilitatibus & pertinentiis eorundem, Baſamezey, Torkeley & Veresalma

e) Quemadmodum igitur præmiſſæ, aliæque hujus generis, literæ nihil aliud docent, quam Raduſchium cum fratribus, Marcellum cum filio ſuo Jacobo, & Báſthyos, ex Jobagionatu Caſtrorum, quibus antea ratione militiæ conditionaria quadam ſervitute (*Cf. Verbötz. Decr. Part. II. tit.* 14 *ſ* 11 & 12), Collectarumque ex parte colonorum ſuorum ſolutione Regibus ipſis obnoxii erant, inter equites Regios, ſive in Domum Regiam fuiſſe traductos, ita ſimul, ac diſerte Privilegia, Raduſchio & Detrico elargita, indicant, eoſdem reſpectu amplioris Bonorum collationis ad primam Regni Nobilium claſſem una elevatos haberi. Nobiles ejuſmodi, quod cum ſervientibus ſuis perinde ita, ſicut Caſtrorum Comites cum Jobagionibus, Reges ad bellum proficiſcentes comitari ſolerent, ac ceteroquin populorum ſibi ſubjectorum primæ inſtantiæ Judices agerent, vocabantur Comites Dominiorum ſuorum. Plenum eſt Regiſtrum Eccleſiæ Varadinenſis diverſorum ejuſmodi Comitum ſeu Judicum exemplis. Comes Caſtri T. Comitem vel ſuperiorem Judicem Comitatus; Comes Curiæ Regiæ, aut Comes Curialis Regis vel Reginæ, Judicem Curiæ Regiæ vel Reginæ; Comes de Villa T. Nobilem Regni poſſeſſionatum ac Villæ hujus Dominum terreſtrem, adeoque Judicem jurisdictionatorum ſuorum; Curialis Comes de Villa T. Dominalem in Judiciis Vices-gerentem, Aulæ Præfectum, Hungarice *Udvarbiró* dictum, *Villicus* contra, indicante Sancti quoque Stephani Decret. L. II. C. 8. Judicem inferioris ordinis denotat.

f) Huc pertinet Art. 1. 1267 Belæ Regis Decreti, quo idem Libertates, a S. Stephano ſtabilitas (*ap. Cl. Kovachich in veſtig. Comit. Hung. p.* 136), confirmat: "Statuimus itaque, quod collectæ & exactiones, ratione Cameræ vel alia ratione de populis Nobilium nullo unquam tempore recipi debeant, nec victualia; nec ratione deſcenſus per nos vel alios moleſtari. " Ex hoc articulo apparet 1): Exactiones ejuſmodi & onera, non jure, ſed illegaliter irrepſiſſe. 2): Reges *a ſubditis Nobilium*, vel, prout Art. 3. Decr. Andreæ A. 1222 habet, *ſuper prædia Servientium* nullam jure contributionem exigere potuiſſe. 3): Non tantum Reges, verum etiam Palatinos & Parochianos Caſtrorum Comites gratuitas quarteriorum præſtationes in Servientium Nobilium prædiis uſurpaſſe. Cum proinde Servientes Regii, imo ipſi quoque Caſtrorum Jobagiones (*Cf. VIII.*), ex ordinatione S. Stephani prædia ſua & fundos, titulo ſtipendii militaris, hereditarie citraque omne onus poſſidere debuiſſent, irrepentes iſti abuſus, peculiari hoc articulo ſublati ſunt. Huc, inquam, pertinet ejuſdem Belæ Decreti Art. 3. "Item ordinavimus, quod nullus ex Nobilibus propter malam ſuggeſtionem (*ad ſimplicem delationem*) debeat ſine ſtrepitu Judicii captivari, incarcerari, vel damnificari in rebus, ſeu perſona, ſed tractus in Judicium, præſentibus Baronibus, excluſis ira, odio vel favore, judicetur Juris ordine obſervato." Debuerit nempe abuſus ille irrepere, ut ſolus Rex, id eſt, abſque aliorum conſilio Nobiles judicaret. Per clauſulam hanc poſita eſt cautela, ut ſemper Barones ad Judicium adhibere teneatur. Huc porro pertinet Art. 6. "Item: volumus, quod ſi aliquem de Nobilibus ſine herede mori contigerit, poſſeſſiones ejus non diſtrahantur, nulli donentur, nulli conferantur, nulli perpetuentur, donec cognati & generationes ejus ad præſentiam noſtram evocentur, &, ipſis ac Baronibus noſtris præſentibus, de iis ordinetur, ſicut dictaverit ordo Juris." Hac ſcilicet Lege conſtituitur, ne Rex caducitates via facti apprehendere poſſit, ſed debeat contra Conſangvineos Nobilis, ſine herede decedentis, via Juris agere. Huc denique per-

ma vocata (22), non ut Donationes a Regia Benignitate (Caſtrorum Jobagionibus, aliiſque ex horum ordine inter Servientes Regios translatis) conceſſas, ſed ut Deſcenſum hereditarium (Nobilibus Regni cum omni Regio Jure competentem) prædicto Detrico, filio Mohol, & heredibus ſuis, heredumque ſucceſſoribus contulimus,

---

pertinet Art. 9. " Item: ſi aliquis ex Nobilibus, non habens heredem, in exercitu mortuus „ fuerit, poſſeſſiones iſtius, quocunque modo acqviſitæ, ad manus Regias non devolvantur, ſed „ cognatis vel generationi ſuæ (*Cf. VIII*) remaneant. " Clauſula, *quocunque modo acquiſitæ*, etiam ad *Donationalia* bona refertur, atque ita intelligendam eſſe cenſeo: Licet in Bonis ſeu per Donationem talem, cui nomina collateralium non ſunt inſerta, ſeu alias qualitercunque acquiſitis, Fiſcus, & non collaterales ſuccedant, ſi quis tamen in bello occumbat, ex reflexione ſervitii hujus admittitur, ut eidem non Fiſcus, ſed collaterales in qualitercunque acqviſitis Bonis ſuccedant.

) Multiplex nobilitarium prærogativarum, inter Jobagiones, utpote Caſtrorum (quorum alii naturales Sancti Regis, alii aliorum Regum Jobagiones, atque inter hos iterum alii a Caſtrenſibus exemti (*Cf. not.* 17) dicebantur) ſuis Comitibus obſtrictos, Servientes item, ad Panderium & Aulam Regalem translatos, nec non alios in ſuis amplioribus poſſeſſoriis, cum omni Jure Regio collatis, degentes, ſubverſans diſcrimen, æmulationem, quæ Hungaricis rebus pernicioſa evadere poterat, ſenſim peperit. Sapientiſſime igitur feciſſe cenſendus eſt Ludovicus Magnus, qui omne diſcrimen hoc per Art. 11. 1351. ſuſtulit, his plane verbis: " Ad eorundem etiam Nobi„ lium petitionem annuimus, ut univerſi viri nobiles, intra terminos Regni noſtri conſtituti, e„ tiam in tenutis Ducalibus, ſub inclusione terminorum ipſius Regni exiſtentes, ſub una & ea„ dem libertate gratulentur. " Nam Ludovici I. (*ita Kollár. l. c. p.* 94) ævo *Nobilis* vocabulum ſignificatione ſua omnes poſſeſſionatos, quales Caſtrorum quoq; Jobagiones erant, jam complectebatur, quæ eadem notio poſterioribus temporibus etiam ad eos, qui præter membranas Regias & ſuorum meritorum inſignia, nihil proprii oſtendere poterant, fuerat extenſa. Quibus ad hunc modum explanatis, multo facilius intelliguntur ea, quæ Verbôtzius ſcribit (*P. II. tit.* 14 *ſ.* 11 & 12): „ Quamvis, inquit, regnante Sanctiſſimo ipſo Proto-Rege noſtro Stephano, „ & aliorum quoque ſuccedentium Regum temporibus, multi fuerint in hoc Regno Nobiles, con„ ditionaria tamen quadam ſervitute, collectarumque ex parte colonorum ſuorum ſolutione Regi„ bus ipſis obnoxii erant, atque tenebantur, a qua primum per hunc Andream Regem (*Cf. not.* 17. *e*), „ qui eo tunc Servientes dicebantur, exemti fuerunt atque immunes. „ Quo Verbôtzii paragrapho, cum vetuſtis Diplomatibus comparato, genuinus Caſtri Jobagionum ſtatus clare intelligitur, qui per Legem Andreæ II. de Servientibus Regiis agentem, a conditione ſervitutis, qua Caſtro tenebantur, non erant exemti, & primum anno 1551, hac laudati Ludovici I. Lege, omnibus Servientium Regiorum libertatibus ſunt donati, & ad æqualitatem Jurium admiſſi. Ceterum quod ad ipſos Servientes Regios alioſque Regni Nobiles attinet, ii quidem cenſendi ſunt exemti fuiſſe a ſervitute Jobagionum Caſtri, non tamen a conditione militiæ; cum militia, ut attigimus, apud Hungaros ſervitus non ſit, auctore Sanctiſſimo Rege, Stephano, qui (*Decr. L. I. C.* 4 *ſ.* 3) diſerte pronunciaverat: *illi* (ſcilicet Nobiles) *tibi militent, non ſerviant.*

22) Exitus iſte ad Poloniam in Thomæ Archiepiſcopi Strigonienſis Diplomate, 1312 Parochis Diſtri-

tulimus, dedimus, donavimus ac tradidimus jure hereditario & irrevocabiliter perpetuo poſſidenda, in cujuſmodi cunctarum terrarum (23) corporalem poſſeſſionem prædictum Detricum, filium Mohol, perſonaliter Nos introduximus, quarum Metæ & Termini hoc ordine diſtingvuntur: Prima Meta incipit a capite fluvii, Litona vocati, qui manat in Indagine ad longitudinem ipſius Indaginis, & cadit in fluvium, Tarcha vocatum, & ſupra ipſum fluvium Tarcha vadit ſupra ad partem occidentalem in directum, uſque Kukeneger Patak vocatum, & ſuper eundem rivum Kukeneger Patak vadit ſupra verſus Aquilonem uſque meatum ſeu exitum ejuſdem rivi, & ibi ſeparat a Metis Villæ, Tarcha vocatæ, & abinde tranſit per montes ad altas arbores, ad partes Aquilonis, & cadit in fluvium Polouchа vocatum, qui cadit in fluvium Poprad, & ibi ſegregat a terra Polouchа, & ſuper ipſum fluvium Poprad tendit, & vadit uſque Metas terræ Poloniæ (24), deinde circuit ad partes orientales uſque ad Metam priorem, & ibi terminantur. Ut igitur hujus noſtræ Donationis ſeries robur perpetuæ firmitatis obtineat, præſentes conceſſimus Literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum Anno Gratiæ Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo, Regni autem noſtri Anno quarto decimo.

In

ſtrictus Tartzenſis dato (*ap. Kat. ad eund. an.*), vocatur *antiqua Porta*, hodie *Paſſum Fritskenſem* dicimus. Visloka enim, alter Viſtulæ fontium (*Not. 9*) eſt fluvius Poloniæ auſtralis, in boreali Fritskenſium Carpatorum parte exortus. *Magnam* quoque *Galiciæ Portam*, hodie *Ökörmező-enſem in Marmatia paſſum*, deſignat Bela Rex in Diplomate, quod A. 1248 (*ap. eund. T. VI. p. 82*) Comiti Hervordo conceſſit: " Vice quadam, *ait*, in Ruſſia „ (ſub Magna Porta Galiciæ) quæ vocatur Hungarica, Nobis, noſtriſque Baronibus, in expe„ ditione præſentibus, laudabiliter dimicavit, dehinc & ſuper fluvium Donecz (*minorem Tanaim*) „ viriliter coram nobis perſtitit in conflictu &c. "

23) Loca Venationum harum juxta metas, a Bela Rege indicatas, Tartzenſem fere totum, Muſſinenſem vero integrum Diſtrictus, in ſe complectuntur: *Torkeleje*, quo Hungari *Faucium primordia* ſignificamus, eſt plaga convallium & indaginum, a Septemtrionibus amni Tartza oppoſitarum, ac Litona fluvio ab Oriente diviſarum, per quas nimirum olim verſus antiquam Portam, hodie paſſum Fritskenſem, via in Poloniam dirigebatur; *Bacſamezeje*, quo Hungaris *Opilionum paſcua* deſignantur, nobis reſi luâ Tartzenſis Diſtrictus & Sároſienſis Comitatus pars eſt, quæ ab Occidente hodiernum Muſſinenſem Diſtrictum attingit; *Veresalma* denique ſeu *rubrum Pomum*, pro Muſſinenſi Diſtrictu habemus, cujuſmodi plagæ memoriam homonymæ poſſeſſiones duæ, a Polonis in Wirſhulma Welikâ & Malâ (nobis Nagy- & Kis-*Veresalma*) detortæ, hodiedum refricant. Tanta nempe fuerat Belæ Regis in aſſertorem vitæ ſuæ gratitudo, ut eidem integros montium, ſilvarum, fluviorum & camporum tractus, amplum hodie Dominium effecturos, prout ante XXIV annos in Croatia (*Cf. not. 21. d*) fecerat, non modò contulerit, verum etiam perſonaliter ſtatuerit.

24) Bela iſthic reliquam, a Muſſinenſi, Sároſienſis vel Újvárienſis Comitatus Diſtrictu, ad limitaneos Carpatos diffuſam Sandecenſem terram, orientalem quippe Óvárienſis Comitatus partem (*Cf. not. 11*)

fluvio

In cujus rei teſtimonium præſentes contulimus, Sigilli noſtri munimine roboratas: præſentibus tum Magiſtro Paulo Lectore, Mathia Cantore, Mikou Cuſtode, Marko de Patha, Gregorio de Zabouch, Stephano de Zemlene Archidiaconis, & aliis multis Anno Domini 1288. Regnante Ladislao illuſtri Rege Hungariæ, Lodomerio Strigonienſi, Johanne Colocenſi Archi-Epiſcopis, Domino Noſtro Venerabili Patre Andrea Dei Gratia Epiſcopo Agrienſi exiſtentibus.

Quod quidem Privilegium, in dicta Camera Noſtra quo ſupra requiſitum & reinventum, de verbo ad verbum tranſcribi, tranſcriptumque eiſdem viris præſentibus Literis Privilegialibus inſeri fecimus, dictum Originale rurſus in dictam Cameram Noſtram reponentes pro cautela. In cujus rei teſtimonium præſentes contulimus, Sigilli Noſtri authentici munimine & pendentis roboratas; præſentibus tamen Nicolao Præpoſito, Johanne Lectore, Jacobo Cantore, Johanne Cuſtode; Dominis item Johanne de Borſod, Davide de Zabouch, Dominico de Bereg, Petro de Heveſs, Andrea de Pankota, Johanne de Zemlen, Georgio de Tarcha, Ladislao de Patha, Archidiaconis & aliis multis vices ducentibus, & in dicta Eccleſia jugiter Deo famulantibus. Datum in Dominica proxima ante Octavas feſti Epiphaniarum Domini, Anno ejuſdem 1349. Regnante Lodovico illuſtri Rege Hungariæ prænotato. Chanadino Archiepiſcopo Strigonienſi, Colocenſi Sede vacante, & Domino noſtro Venerabili in Chriſto Patre N. (Nicolao) Dei & Apoſtolica Gratia Epiſcopo, Domino & Prælato noſtro exiſtentibus.

---

fluvio Biala, qui paulo infra hodiernam Neo-Sandeciam Poprado (N. 2) miſcetur, irrigatam, vocat *Metas terræ Poloniæ;* alibi autem *(Vid. A. 1276)* Jordano, Arnoldi, Comitatus hujus olim Supremi Comitis, filio, uni ſcilicet ex illuſtribus, hodiernæ Familiæ GÖRGEYANÆ Majoribus "quod „ in Legationibus ad Rutheniam, ac Poloniam *(cui Boleslaus, gener ejuſdem, præfuit)* „ deferendis, & in convocatione populorum ad Terram Scepus de circumjacentibus Regnis, ac „ diverſis Regionibus congregatorum, ſibi gratum & ſedulum exhibuiſſet famulatum, ſilvam ſuam „ Regalem, in diſtrictu Scepes ab utraque parte fluvii Poprad inter montes Scemene *(hodie* „ *Timnitz)* & alpes Thorhal *(qui enim Slavis montes Tatri appellantur, eos Hunga-* „ *ri* (teſtante Wernhero de admirandis Hungariæ aquis, ap. Schwandtner. T. I. p. 852) *Tarczal,* „ *a nudo vertice, vocant)* ſitam conferens, *inter indagines Regni ſui & Confinia Po-* „ *loniæ* exiſtere perhibet"; ita denique Andreas III. Rex *(Vid. A. 1293)* itidem "ſuam „ Regalem ſilvam inter fluviam Poprad & alpes Semene exiſtentem, inde a Nova Lomnitza „ *(hodie Holomnitza)*, deſcendendo circa fluvium Poprad, uſque ad metas Palocha protenſam, per Baldum, hominem ſuum, Comitem Scepuſienſem, ſub teſtimonio Abbatis & Conventus de Scepus, convocatis Commetaneis & Vicinis, reambulatam, Jacobo Epiſcopo & Capitulo S. Martini de Scepus, nullo penitus contradictore apparente, ſtatutam, jure perpetuo „ ac irrevocabiliter poſſidendam dedit, donavit & contulit. „

Quia vero Privilegia Polonica, paulo poſt exhibenda, doceant, Villas Podolin & Caezda, ſubinde inter Oppida relatas, in Poloniæ confiniis, a Bela Rege indicatis, per Boleslaum, ejus generum ac filiam Cunegundem locatas & poſſeſſas fuiſſe; ſilvæ porro illæ Regales, in quibus præter complures alias Comitatus Scepuſienſis, diſerte poſſeſſiones quoque Toporcz

XI.

Bela IV. Caſtrum Marcelli, poſſeſſiones item Lethon & Heymuth, in Provincia Regiorum Saxonum ſitas (25), Eccleſiæ S. Martini de Scypus confert. A. D. 1250.

EX AUTOGRAPHO, quod in privato Venerabilis Capituli Scepuſienſis Tabulario habetur, per extractum communicato. Cf. Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 297.

BELA, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex, omnibus, preſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: Quod, cum nos in Scypus juxta fluvium Harnad ſuper terra Caſtri noſtri (Scepuſienſis, cujus nimirum tertiam e ſyſtemate Regni partem abſoluto Jure terreſtra-

& Kolatsko exiſtunt, ſemet longe ultra hæc Oppida & memorata Poloniæ confinia extenderint; clarum omnino eſt, Belam IV. per *Confinia Poloniæ* ac *Metas terræ Poloniæ* nihil minus quam veteres, nullique præſcriptioni ſubjectos, Hungariæ limites, in ſerie Carpatorum, incluſo Comitatu Óvárienſi, olim defixos, intelligere, verum terminos duntaxat illos, ad quos Boleslaus gener & Cunegundis filia ejuſdem, inſumtis allaturalibus quadraginta millium Marcarum, ſive centum ſexaginta millium aureorum florenorum, pecuniis, cum admiſſa ſibi borealis Terræ Scepuſienſis impopulatione penetrarunt, adeoque Jus inveſtituræ, Poloniam concernens, indicare.

25) Anonymus Belæ I. Notarius Cap. VI. teſtatur, Hungaros, collatis intra ſe conſiliis, ante ſuſceptam ex Aſia in Europam profectionem, Almum, hac etiam inter cæteras Lege, *Ut quidquid boni per labores eorum acquirere poſſent, nemo eorum expers fieret*, jurejurando firmata, principem ſibi Ducem delegiſſe. Ad effectum Legis hujus Arpad Hungariam, velut futuram Partium matricem, poſtliminio occupans, eandem inter principales perſonas Hetumoger (*Hétmagyar, ſeptem Duces*), Cumanos item Duces, ceteroſque Nobiles ac Milites, Almum Patrem ſuum ſecutos, partitus eſt: „ Dux Arpad (*inquit Anon. Notar. C. XV*), „ ſubjugata ſibi tota terra Pannoniæ pro fideliſſimo ſervitio eidem Rétel (*Duci Cumano*) „ dedit terram magnam juxta Danubium, ubi fluvius Wág deſcendit, ubi poſtea Oluptulma fi„ lius Rétel, Caſtrum conſtruxit, quod Cumarum (*nomine, a Cumanis deſumto*) „ nuncupavit, *ad ſervitium cujus Caſtri* tam de populo (*Cumanorum*) ſecum ducto, „ quam etiam a Duce (*Arpad*) acquiſito *duas partes condonavit.*“ *Capite XVII.* „ Et dum ita (*in Hungaria*) radicati eſſent, — miſſus eſt Borſu, filius Bunger (*Ducis* „ *Cumani*), cum valida manu verſus terram Polonorum, qui confinia Regni conſpiceret, & „ obſta-

reſtrali poſſidebat) quoddam Caſtrum edificari feciſſemus, quod Caſtrum a nomine Marcelli, qui primo ipſam terram coluerat (dein vero Lapis refugii propterea, quod ibidem Saxones Regii Scepuſienſes, teſtante Chronico Leutſchovienſi (*ap. Wagn. Anal. Scep. P. II. p. 8.*), per triennium, quo Tatari Regno incubabant, militia ſeu Nobilitate Regni fere univerſa intereunte, illæſi permanſerint), vulgariter vocabatur, ac in ipſo caſtro ceſſatum fuerit ab opere multis annis & inconſummatum manſerit, ac vacuum, & ſine aliquibus cuſtodibus derelictum, nec Provinciales aliqui (Hoſpites & Saxones Regii, quorum terris cenſualibus Caſtrum hoc includebatur) ad commonicionem

„ obſtaculis confirmaret uſque ad montem Tatur, & in loco convenienti Caſtrum conſtrueret, „ cauſa cuſtodiæ Regni. Borſu vero —, factis metis per montes Tatur, reverſus eſt ad Ducem „ Arpad, — Dux vero Borſum in eodem Caſtro Comitem conſtituit, & totam terram illius „ partis ſibi condonavit. " *Cap. XXXI.* Poſtea Dux Arpad & ſui Principes egreſſi ſunt de „ Zeremſu (*Szerents*) & transnavigaverunt fluvium Souyou (*Sajó*) in illo loco, ubi fons „ Honrad (*Hornad*) deſcendit, — ibi etiam dedit Dux Bungernek (*Duci Cumano*), „ Patri Borſu, terram magnam a fluvio Topulucea (*Tapoltza*), uſque ad fluvium Souyou „ — & dedit eidem Caſtrum, quod dicitur Geuru (*Györ*), & illud Caſtrum filius ſuus „ Borſu, cum ſuo Caſtro, quod dicitur Borſod, unum fecit Comitatum. " *Cap. XXI.* „ Tunc Sobolſu (*filius Eleudiæ, unius in ordine ſecundi* (Cf. not. 1) *e principalibus perſonis*) vir ſapientiſſimus, conſiderans, quemdam locum juxta Thyſciam (*Tibiſcum*), „ & cum vidiſſet qualitatem loci, intellexit eſſe munitiſſimum ad Caſtrum faciendum, communi „ ergo conſilio ſociorum ſuorum, congregatione facta civium, fecit foſſatam magnam, & Caſtrum „ fortiſſimum ædificavit de terra, quod nunc Caſtrum Szobolſu (*Szabólts*) nuncupatur, „ Tunc Zobolſu & ſocii ſui *de incolis terræ ad Caſtrum illud multos ordinarunt ſervientes*, qui nunc civiles nuncupantur. " Cap. XXXII. Dux Arpad in ſilva Matra dedit terram „ magnam Edunek & Edumernek (*ſunt Dativi Hungarici, Ducibus quippe Cumanis*), „ ubi poſtea Pota, nepos eorum, Caſtrum inſtruxit, ex quorum etiam progenie longo poſt „ tempore Rex Samuel deſcendit, qui pro ſua pietate Oba (*Aba*) vocabatur. Cap. XXXVII. „ Cumque Zuard, Caduſa (*filii utpote Huleki* (*Cf. not. 1. med.*) *Neſtoris Olegi*), „ nec non Huba ad Ducem Arpad cum captivis ſuis (*Nitriæ accolis*) veniſſet, factum eſt gaudium magnum in curia Ducis, — & Dux Arpad Hubam (*unum e ſeptem principalibus „ perſonis*) fecit Comitem Nitrienſem, & aliorum Caſtrorum, & dedit ei terram propriam „ juxta fluvium Zitva uſque ad ſilvam Turſok (*Turótzienſem*). " C. XLVI. Dux Arpad „ Kundu, Patri Kurzan (*uni e ſeptem principalibus perſonis*), dedit terram a Civitate „ Atilæ Regis (*quæ juxta Priſcum Reth. & Jornandem hodierno Comitatus Heveſienſis prædio Fegyvernek reſpondet*) uſque ad centum montes (*Százhalom*),

„ &

& exhortationem Regiam ipſum caſtrum conſummandum aſſumpſerunt & ſervandum, imo penitus reclamaverunt, ſe non poſſe ſufficere ad ipſius caſtri edificia & onera ſupportanda, conſiderationis noſtre fuerat dictum caſtrum funditus demoliri, ne forte latrunculi, vel alii eidem Provincie (Saxonum, tertiam Caſtri Scepus partem Regiam colentium) nocere poſſiat, ſi ſe conferant ad ipſum Caſtrum in Provincie ipſius exterminium & convulſionem. Ob hoc meliori habita deliberatione dictum Caſtrum cum terris duarum villarum Caſtri Scypus Heymuth & Lethon (in quarum nempe metis Caſtrum Marcelli ſeu Lethonkö conſiſtebat) nuncupatis, cum omni-

„ & uſque ad Gyogy, & filio ſuo dedit Caſtrum ad cuſtodiam populi ſui, tunc Kurzan Caſtrum „ illud ſub ſuo proprio nomine juſſit appellari, quod nomen uſque hodiernum diem (*juxta RR.* „ *Katona Csürſzárk*) non eſt oblivioni traditum. " Cap. XLVII. Eudu, filio Ete, filio „ Oundi (*Unius e ſeptem principalibus perſonis*), dedit Arpad terram juxta Danubium cum „ populo non numerato, & in loco illo Eudu, ſubjugato populo illius partis, ædificavit Caſtrum, „ quod nominavit vulgariter Zekuſeu (*Székes fejérvár hodie, vel Alba Regalis*), „ eo quod ſibi ſedem & ſtabilitatem conſtituit. " Cap. LVII. Et audita pietate ipſius „ (*Thokſun, Avi ſcilicet S. Stephani Regis*), multi hoſpites confluebant ad eum ex „ diverſis Nationibus. Nam de terra Bular venerunt quidam nobiliſſimi Domini cum magna „ multitudine Hiſmaelitarum, quorum nomina fuerunt Billa & Bocſu, quibus Dux per diverſa loca Hungarorum condonavit terras, & inſuper Caſtrum, quod dicitur Peſt, in perpetuum contulit. Billa vero & frater ejus Bocſu, a quorum progenie Ethey deſcendit, inito conſilio, „ de populo ſecum ducto, *duas partes ad ſervitium prædicti Caſtri conceſſerunt, tertiam vero partem ſuis poſteris dimiſerunt.* " Cap. XI. Cui etiam (*Sunado, filio Dobuka*) „ prædictus Rex (*S. Stephanus*) pro bono ſervitio ſuo uxorem & Caſtrum Othum cum omnibus appendiciis ſuis condonavit, quod Caſtrum nunc Sunad nuncupatur. " Quibus omnibus, cum Colomani Decr. L. I. C. 78. Andreæ item II. Decr. Art. 29, relate ad S. Steph. Decr. L. II. C. 42. intra ſe comparatis, manifeſte patet:

a) Duas populi Caſtrorum, ſive Comitatuum, partes ad militaria Caſtrorum, ſeu Status publici, tertiam vero populi partem ad privata Comitum, ubi nimirum tales una perpetui, ac Domini, ut dicimus, terreſtres erant, ſecus vero ad Regum vel Reginarum ſervitia & utilitatem, inde ab origine conſtitutionis Regni pertinuiſſe. Duas illas Caſtrorum partes non ruſtici, verum Regnani Caſtrorum Milites, quales nempe paulo antea ex Anonymi C. XV. XXI. & LVII. retulimus, ipſi Donatarii ac perpetui Caſtrorum Comites conſtituerunt, & latifundiis, titulo ſtipendii militaris, condonarunt, ac propterea Jobagiones Caſtrorum dicti ſunt, tertiam vero partem caſtrenſes coloni, glebæ fundoque adſcripti, ſub conditione ſervilium operarum, proprietariis Caſtrorum præſtandarum, Cives item Iberique homines, erga liberorum denariorum ſolutionem excolebant; quorum priores Divus poſtea Stephanus Rex in poſſeſſoriis ſuis hereditario jure ſtabiliſivit, ac ideo naturales Jobagiones S. Regis dicti ſunt, quos nimirum cum reliquis, per ſuccedentes Hungariæ Reges conſtitutis Caſtrorum Jobagionibus, & ab horum ordine peculiariter exemtis Servientibus Regiis, prætorianam Regum turmam, ſeu Banderium Regium conſtituentibus, Ludovicus I. ad eandem cum Regni Nobilibus prærogativam collocavit. Atque hinc iterum patet, quinam fuerint ævo Belæ IV, hodie-

omnibus ſuis utilitatibus, terragiis, & victualibus, que ſingulis annis Comiti ſeu Caſtellano de Scypus dare & ſolvere (velut una Regiorum proventuum adminiſtratori) tenebantur, omnino eximentes a Caſtro de Scypus, dedimus, contulimus & tradidimus Eccleſie S. Martini de Scypus, & Prepoſito ejuſdem Eccleſie, pro remedio anime cariſſimi fratris noſtri Regis Colomani, clare memorie, habendum, tenendum & perpetuo poſſidendum. — — — In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem preſentes conceſſimus Literas privilegiales, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Achillis, Aule noſtre Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo, Nona Octobris, Regni autem noſtri anno decimo quinto.

---

hodieque ſint, ita dicti Provinciales. Scepuſienſe Caſtrum, prout alia complura, Regale fuit, cujus duæ partes inde ab origine conſtitutionis Regni ad Nobilitatem ſeu militiam Caſtri, liberis fundis loco ſtipendii proviſam, pertinebant, in tertia vero, privatis Regum utilitatibus ac ſervitiis reſervata parte, Saxones aliique hoſpites erant, qui Regibus, velut una Dominis terreſtribus, aurum, ſeu Cenſum, pro terragio ſolvebant, ac ceteroquin ſua duntaxat confinia contra hoſtiles irruptiones tueri obligabantur.

b) Huc pertinet Articulus 2. 1267, Belæ Regis Decreti, quo Libertates, a S. Stephano ſtabilitas (*Cf. Cl. Kovachich in Veſtig. Comit. Hung. p.* 136 -) confirmat: "Item: „ volumus, quod omnes terræ Caſtri, vel Udvarnicorum, ad quas populi noſtro nomine, vel „ Dominæ Reginæ ſunt congregati, Caſtro vel Udvarnicis reſtituantur, nec ipſæ illæ „ (*terræ, per Nobiles una cum ſuis incolis avulſæ*) gaudere debeant privilegiato no„ mine hoſpitum liberorum. " Quemadmodum enim S. Stephanus Decr. L. II. C. 20 *unumquemque in ſuæ induſtriæ libertate vivere, nullamque liberam perſonam ſervituti ſubjici voluit*, prorſus ita Colomanus L. II. C. 80 ſanxerat: *Ut liberi hoſpites, ſicut Slavi & ceteri extranei pro libertate tantum denarios dent;* Liberi homines hi ſe potiſſimum ad Vicos aut Oppida, Caſtris contigua, publicæ privatæque ſecuritatis cauſa, ubi nempe opificia tutius exerceri, & nundinæ haberi poſſint, contulerant, ac liberos denarios penderant. Et hæc fuerit ratio, quod Bela Rex diſtinctum aliud Caſtrum Lethon ædificari voluerit. Huc, inquam, pertinet Articulus etiam 5. " Præterea ſtatuimus, quod terræ Nobilium, quas populi liberarum Villarum „ noſtrarum, vel Dominæ Reginæ, ſeu Udvarnici, ſeu Caſtrenſes, quacunque occaſione occupaverunt & detinent, reſtituantur ipſis Nobilibus, ſecundum fidem & ſcientiam duorum Baronum „ noſtrorum, quibus Nos, & ipſi Nobiles fidem duximus adhibendam. " Lex hæc eſt conſectarium Articuli 2; ſicut enim juſtum fuit, ut terræ, a tertia Caſtrorum Regiorum aut Reginalium parte, dominali privatæ utilitati ſuæ deſtinata, illegitime avulſæ, reapplicentur, ita æquitas exigebat, ut viciſſim terræ Nobilium, in reſiduis duabus Caſtrorum partibus diffuſæ, ſive a Caſtrenſibus, ſeu vero ab Udvarnicis Regiis aut Reginalibus, occupatæ, iiſdem reſtituantur. Ceterum inter *Caſtrenſes*, vel Caſtro adſcriptos, referebantur hoſpites (prout in Scepuſio Saxones, ita dicti Provinciales) qui liberos denarios, vel cenſum, pro terragio ſolvebant: *Udvarnici* autem illi dicebantur, qui diverſas ad *Curiam Caſtri* neceſſarias operas & miniſteria præſtabant, eoque titulo a terragii ſolutione liberi, *Curialium* vel *Udvarnicorum* nomine venerunt, cujusmodi

XII.

Boleslaus Cracoviæ & Sandomiriæ Dux, una cum Matre ſua Primislava, Clauſtrum de Czyrzyc & Abbatem cum univerſis eorum Bonis in ſpecialem ſuam recipit protectionem, multiſque libertatibus donat. A. D. 1250.

Ex

modi ſunt: Regiæ Udvarnicales *Curriferorum* villæ *Zekeres* vocatæ; *Aratorum*, qui ſervirent cum equis curriferis; *Caniferorum*, qui canum venaticorum; *Draucariorum*, qui aucupii Regii & inſtruendorum falconum; *Vinitorum*, qui Regiarum Vinearum curam habebant &c.

*) Udvarnicos ejuſmodi, ſuos in privatorum quoque Dominiis Comites habuiſſe, teſtatur ſequens Diploma (*ap. Kat. T. VI. p.* 678): " Ladislaus, Dei gratia Hungariæ &c. Rex. — „ Dignum eſt & expediens — eos, qui in Dominorum ſervitiis & expeditioſis famulatibus diu„ tius ſe exercent, munifice opitulari, — Hinc eſt igitur, quod accedens ad noſtræ Majeſtatis „ præſentiam Petrus, filius Beten, de Budafalva, noſter Pugil (*Leventa*) ſpecialis, undecies „ ſe in area certaminis noſtro ex mandato, ut Pugil ſtrenuus probando triumphum laudabilem „ & optatum obtinuiſſe rememorans, — in prælio etiam noſtro cum Atakaro, Rege Bohemorum, „ juxta fluvium Marva habito, in quo quidem prælio idem Petrus, filius Beten, diris vulneri„ bus fauciatus, cum noſtris ceteris fidelibus more fidelium prælians, multipliciter meruit com„ mendari, eodem Rege Bohemorum in dicto prælio interemto ſeu mortuo. Tandem nos inſtan„ tiſſime ipſe Petrus, filius Beten, ſupplicando poſtulavit, ut in recompenſationem talium & tan„ torum ſervitiorum ſuorum, ſe cum fratribus & proximis ſuis, videlicet filiis Martini, item fi„ liis Bethus, nec non filiis Andoch ac filiis Mathiæ de eadem, a conditione & numero Co„ mitum Udvarnicorum, qui filii Comitum Udvarnicorum dicuntur, eximi ſeu eximendo, per „ noſtram Excellentiam in cœtum & conſortium Regni noſtri Nobilium, ſub vexillo noſtro famu„ lantium, ſimul cum terris & poſſeſſionibus ipſorum dignaremur aggregare. His igitur petitio„ nibus, prædicti Petri, filii Beten, noſtri Pugilis, qui pro ſuis fidelitatibus & meritorum ſervitiis „ ſumma eſſet per nos dilectione attollendus, ipſum cum ſuis fratribus & proximis una cum ter„ ris, & poſſeſſionibus ipſorum univerſis ex cœtu & conſortio ac conditionatu filiorum Comitum „ Udvarnicorum (*hinc patet officiolatus quoque hujuſmodi, hereditarios, ac terra„ rum, loco ſtipendii poſſeſſarum, uſui fructui affixos fuiſſe*) eximentes, & in cœtum ac „ conſortium Regni noſtri Nobilium, nobiſcum ſub vexillo noſtro exercituantium, de noſtra be„ nignitate Regia duximus adſcribendo conjungendum. — Volentes, quod de cetero idem Petrus, „ Pugil noſter, fratres & cognati ſui prænotati, illa & eadem gaudeant libertate, qua veri No„ biles Regni noſtri gratulantur. Ut igitur ſeries hujus gratiæ robur obtineat perpetuæ firmitatis „ nec proceſſu temporis per quemquam poſſit vel debeat revocari; præſentes conceſſimus literas, „ duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Diſcreti viri M (*Magiſtri*) „ Benedicti, ſanctæ Strigon. Eccleſiæ electi, ejuſdemque loci Comitis perpetui, Præpoſiti Buden„ ſis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri; præſentibus &c. "

EX AUTOGRAPHO, coram limitanea Hungarico-Galiciana Commiſſione per Galicianos producto.

IN Nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Amen. Licet cuilibet ſecundum merita ipſius reſpondere debeamus, illorum propenſius fidele ſervitium tenemur penſare, qui profeſſione Sancte Religionis noſtris Miniſtris arctius ſtudent inſervire. Notum igitur facimus veſtre (Clauſtri Czyrzycenſis) Univerſitati, quod Nos Boleslaus Dei Gratia Dux Cracovie, & Sandomirie, una cum dilecta Matre, Domina noſtra Primislava, pro remedio anime noſtre & Parentum noſtrorum, Dominum Tislinum Abbatem de Czyrzyc, & omnes ejus ſucceſſores, & ipſius Eccleſiam, in honorem Beate Marie Virginis (in Ludimir) conſtructam, in noſtram & noſtrorum Succeſſorum perenniter protectionem recipimus ſpecialem. (26) Villas etiam & Predia ipſorum in noſtro Ducatu, & eos, qui in iiſdem habitabunt, ſive liberi, ſive ſervi, vel adſcriptitii, ab omni liberamus, exactione, preſtatione, factione, vel ſervitute, quas vulgariter de verbo ad verbum volumus enarrare; videlicet Powor, Stroze, Poradlne, Stroza, Targowe, Prziwod, preter militale (tributum, ex Germanico Milichtheil Latine detortum) a vaccis, ab ovibus, etiamſi ſtationem habuerimus in Villis ipſorum, a ſtatione venatorum & aucupum, a ſtatione Pannificum & Braxatorum, excepto, ſi in eorum Villa ſteterimus, & ab omni Pogon & expeditione, excepto, ſi Pagani vel alii homines in terra noſtra, volentes eam deſtruere, ſteterint, & ab edificatione Caſtrorum, preter ſolum Caſtrum Cracovienſe, abſolvimus (27), & eos ab omni telonio noſtri

---

26) Teſtante aſſenſu Vislai, Cracovienſis Epiſcopi (IV), & Cromero *(Hiſt. Pol. L. VIII)*, „ Theodorus, Cracovienſis Palatinus, genere Gryphius — Monaſterium Ciſtercienſibus Monachis „— *in Ludimiro*, hereditario pago, ſub Carpato monte ædificaverat: verum ad pagum *Sciricium* „ transferre coactus eſt, *quod loeus ille, in confinio Ungarorum ſitus*, infeſtus eſſet latro„ ciniis. " Atqui poſſeſſio Ludimir, Polonice ab hominum copioſo confluxu ſic denominata, paulo ſupra hodiernum Oppidum Neoforum, quod Hungaris, ejuſdem incolis, populariter *Ofalu*, ſive *Antiqua villa* (prout alibi pateſcet) olim dicebatur, hodiedum ad lævam Dunajeci ripam & alium e vicina metalium Carpatorum ſerie delapſum amnem, cujus nomen in JOSEPHINA mappa (Not. 2) non exprimitur, hodiedum extat; teſtimonium igitur Cromeri, ex genuino fonte hauſtum probat, Theodori exſtirpaturas & Villarum locationes, erga inactivum Henrici (II) conſenſum factas, atque Ciſtercienſibus collatas, non modo in Confiniis Hungarorum fuiſſe, verum etiam illos ab his, ac præcipue Ofalvenſibus viciniſſimis, malas ex uſurpata Polonica tam ſpirituali, quam ſeculari coloniarum ſuarum Jurisdictione, conſecutiones metuentibus, continuo infeſtos, ultra metalem Carpatorum, verſus montem Obidova procurrentium, ſeriem, ad poſſeſſionem Scyrzyc ſemet recipere debuiſſe.

27) Henrico, Sileſiæ Duce, A. 1238 (N. 3) decedente, Conradus & Criſpus (Henrico eorum fratre ætu ſeniore a Tataris cæſo) filii Sileſiam, una cum nova Patris in Hungariæ limitibus aquiſitione

ſtri Ducatus Warum tantummodo rerum, que pro ipſa domo nomine ipſorum ad quamcunque Villam ipſorum deducentur. Abſolvimus & homines eorum liberos & ſervos a Judicio Caſtellanorum, & omnium Judicum forenſium, excepto, quod coram Nobis litera ſigillata citati, & coram Caſtellano ac Palatino Cracovienſi tenebuntur reſpondere. Ut autem hec donatio libertatis perpetue robur firmitatis valeat obtinere, eiſdem literam preſentem contulimus, Sigillo noſtro roboratam. Preſentibus his Nobilibus, quorum iſta ſunt nomina: Dominus Fulco Cancellarius Curie, Gothko Caſtellanus de Sandecz, Nicolaus Judex Cracovienſis, Petrus Pincerna Cracovienſis, Clemens filius Marci, Sando Succamerarius Cracovienſis, Slawa ejuſdem frater, Miſtislaus Vexillifer Cracovienſis, Marcus Sefenich, Hadantius, Alexander, Jacobus, Capellanus Curie, & alii quam plures. Acta ſunt hec in Grodnicz. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo. Undecimo Calendas Julii. Si quis autem hoc Inſtrumentum infregerit, idignationem Dei Omnipotentis incurrat.

XIII.

Boleslaus, Cracoviæ & Sandomiriæ Dux, ratam habet Henrici, Cracoviæ ac Sileſiæ Ducis, facultatem, ſilvas in hodierno Neoforenſi Diſtrictu exſtirpandi, & Villas locandi, Theodoro, Cracoviæ Palatino, conceſſam, eamque in Ciſtercienſium Scirienſe Cœnobium Jure Fundationis extendit & confirmat. A. D. 1251.

EX AUTOGRAPHO, ibidem per eosdem producto.

IN Nomine Domini Amen. Nos Boleslaus, Cracovie & Sandomirie Dei Gratia Dux illuſtris, notum eſſe volumus univerſis, preſentibus & futuris: quod dilectorum Nobis

ſitione, diviſerunt. Verum Boleslaus, Belæ gener, tam uxorio cognationis, quam Colomani affinitatis, & privato adjutæ impopulationis Jure fultus, Principem Sileſium ex Ófalvenſi (*ſerius Neoforenſi*), occiduo Comitatus Óvárienſis Diſtrictu ejiciens, non modo Ciſtercienſium villas, in Hungariæ confiniis habitas, & ad Sandecenſem ſive Óvárienſem (N. 11) antea Comitatum, jam vero Ducatum ſuum, relatas, in ſpecialem Hungaro-Polonicam protectionem ſuam recepit, verum etiam eaſdem a prioribus exoticis præſtationibus & ſervitutibus abſolvendo, novis libertatum prærogativis auxit. Atque iſtud Scyrzyceenſe, Cromero Scirienſe, Hungaris Szirienſe Monaſterium eſt illud, quod, velut ampliſſimis in Hungarico Neoforenſi Diſtrictu latifundiis proviſum, inter Hungariæ Ciſtercienſium Cœnobia, qvin locus & origo ejuſdem (*Kat. T. V. p. 541.*) amplius conſtiterit, refertur, ac potius Ludimirenſe appellari potuiſſet.

bis Petri Abbatis & Fratrum Conventus, Domus de Czyrzyc (28), Ciſtercienſis Ordinis, devotis precibus annuentes, ea, que ipſorum Domui & ipſis Theodorus Comes, Cracovie quondam Palatinus, contulit, & preſertim, que in Privilegio continentur Domini Henrici, Cracovienſis & Sileſie Divina providentia Ducis olim illuſtris, ipſi Palatino conceſſo, que in Domum memoratam dictus Nobilis transtulit, aſſenſu benigno inviolabiliter in perpetuum confirmamus; cujus Privilegii tenor talis eſt:

In Nomine Domini Eterni Amen. Cum vota, que a racionis tramite non diſcordant, effectu ſubſequente compleri deſiderent, cum eciam juſtis petencium deſideriis juris racio facilem preberi perſvadeat aſſenſum; eapropter Nos Henricus, Dei Gracia Dux Cracovie ac eciam Sileſie, notum facimus tam preſentibus, quam futuris, quod peticione Comitis Theodori Palatini Cracovienſis inclinati, libertatem, ſibi Theutonicos locandi in ſilva circa fluvios, qui ſic vocantur: Oſtrowno, Dunajecz, (*albus*) & Dunajecz niger, Rogoznik, Lipietnicha, Slona, Zataynicha, Nedelska, Stradomia; quantum eſt de ſylva illius, dantes eciam ſibi his pactis, & his condicionibus uti, quibus Theutonici Sileſienſes, in ſylvis locati, utuntur, in dicta ſylva, qualeſcunque fuerint, locandi inhabitatores, preſtantes eciam ſibi ab omnibus oneribus in ſylva nominata, angariarum ſcilicet & perangariarum abſolutionem, ita eciam, quod in eadem ſylva homines locati coram nullo alio, quam coram ſuo Domino, & ejus Sculteto, jure Theutonico, ipſis in omnibus ſuffragante, cogendi ſunt litigare, excepto jure Ducali, quod eſt deciſio capitis, vel membrorum mutilacio, quod Nobis, noſtriſque Succeſſorib s reſervamus. Ut autem hec Noſtra conceſſio in perpetuum robur obtineat, preſens proinde documentum Sigilli Noſtri corroboravimus impreſſione. Datum in Danczow. Anno ab Incarnacione Domini MCCIV.

Ut autem Noſtra confirmacio premiſſa ſuper univerſis & ſingulis, que in eodem Privilegio continentur, ſemper maneat inconcuſſa, nec poſſit calumnie ſeu oblivionis ſcrupulo prepediri, preſentem paginam, noſtri Sigilli munimine dignam, ſtatuimus muniendam. Datum Cracovie, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo.

28) Siquidem Oppidum Sczyrzyc, a quo nempe Conventus Ordinis Ciſtercienſium, poſt ſui Ludimiro translationem, denominari cœperat, in Zatoriæ Ducatu Henrici locatum, hereditas Theodori Palatini antea fuerit, Boleslaus vero Conventualem eorum Domum Scricienſem una cum Tislino Abbate, omnibuſque Succeſſoribus ejuſdem, necnon villis ad cœnobium hoc pertinentibus, in ſpecialem protectionem ſuam priore anno receperit, accedente hoc Petri Abbatis recurſu, & iterata Jurium conventualium confirmatione, clarum eſt, Boleslaum etiam Zatoriæ ac Oſviecimæ Ducatus, Neoforenſi Ciſtercienſium Diſtrictui contiguos, olim Sileſiæ (not. 4) adjectos, vi utique & armis eripuiſſe, ac Ducatui ſuo Cracovienſi poſtliminio applicuiſſe.

XIV.

Bonus & Strachota, fratres ac milites, hereditatem ſuam ſuper Dlubnam fluvium coram Boleslao, Cracoviæ ac Sandomiriæ Duce, aliiſque teſtibus, Abbati & Conventui Scirienſi perennaliter vendunt. A. D. 1252.

EX AUTOGRAPHO Sigiſmundi, Poloniæ Regis, A. 1559. Cracoviæ intra Octavas Corporis Chriſti emanato Diplomate, in quo Faſſio hæc inter alia Cœnobii Scirienſis Privilegia tranſumtive confirmatur, coram ſæpefata Commiſſione per Galicianos producto, cujus ſubſcriptio eſt ſequens: Joannes de Oeiſino, Regni Poloniæ Cancellarius, Cracovienſis Generalis, ac Olvianienſis (*Oſviecimenſis*), Zatorienſis, Sandecenſis, Olſtinenſisque Capitaneus. m. p.

IN Nomine Domini noſtri JESU Chriſti Amen. Nos Boleslaus, Dei Gracia Dux Cracovie & Sandomirie, notum facimus univerſis, tam preſentibus quam futuris: Quod, etſi Bonus miles & Strachota Frater ejus, filii quondam Nicolai, hereditatem ſuam ſuper Dlubnam fluvium, que Eſtibori nuncupatur, vendiderunt Abbati & Conventui Czyrzyc Cracovienſis Diœceſis, Ordinis Ciſtercienſis, pro Octoginta & tribus Marcis puri Argenti, Jure hereditario in perpetuum poſſidendam, ſicut in noſtra & aliorum multorum preſencia, dicti milites ſunt publice proteſtati, poſſeſſionem ejuſdem hereditatis ibidem predicto Abbati conferentes, & afferentes nihil ominus, ſibi pro ipſa totam pecuniam eſſe ex integro perſolutam. In cujus rei teſtimonium, & eciam firmitatem, ad peticionem utriuſque partis, preſentes Literas, Sigilli noſtri munimine roboratas, predicto Abbati duximus concedendas. Actum in Urzeth pridie Idus Maji. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo. In preſencia horum teſtium: Nicolaus Pincerna Cracovienſis, Thomas Theſaurarius Ducis, Sando Succamerarius, Januſius, filius Novaci, Marcus, filius Sczenie, Bozetha, Nicolaus, filius Petri, Martinus, Nepos Luce, Criſtinus, Sala, Oobes, Vilga, Przeslaus, Voislaus & alii multi.

XV.

Boleslaus, Cracoviæ & Sandomiriæ Dux, deſertos in Antiqua Villa centum Manſos Petro Abbati & Fratribus Cœnobii de Scyrzyc, pro-

pro illocandis Jure Teutonico Civibus attribuit, unaque jubet, Antiquam Villam deinceps Civitatem Neoforenſem, cujus Libertates & obligationes recenſet, appellari. A. D. 1252.

EX AUTOGRAPHO, ibidem per eoſdem producto.

IN Nomine Domini Eterni Amen. Nos Boleslaus, Cracovie & Sandomirie Dei Gracia Dux, notum teſtatumque facimus univerſis, preſentibus & futuris: quod dilectorum Petri Abbatis & Fratrum Conventus Domus de Sczyrzycz, Ciſtercienſis Ordinis, elevate peticioni annuentes (29), libertatem ſibi Civitatem locandi in fundo, pridem a nobis denotato, videlicet ſuper albo Donajec Jure Theutonico, moderni Fori (Antiquæ Villæ), indulſimus & conceſſimus fieri & locari, cujus Civitatis nomen ſit Novum Forum, ſingulos & omnes Manſos centum, ſi tot vel plures poſſint inveniri inter fluvios Oſtrovska & Rogoznik a fluvio Lepietnica ad Caſtrum Szaflarienſe, a quibus per. octo Scotos prefati Conventus Abbas, una cum Fratribus exigere poteſt. Statuimus in eadem Civitate Advocatum, per eundem Abbatem ex Civibus juratis, noſtro tamen conſenſu, requiſicione, facta electione, conſtitutum, ita eciam quod in his Manſis Cives & omnes homines locati, coram ullo, quam coram Advocato, Jure Theutonico Novi

29 Ut ſenſus Privilegii hujus plene intelligi & explicari poſſit, nonnulla rerum adjuncta præmitti debent. Teſtimonium Liberæ ac Regiæ Civitatis Késmarkienſis, ex Magiſtratuali Seſſione ſua die 21 Aprilis 1795 extradatum, & ex antiquiſſimis ejuſdem Protocolis erutum, perhibet, Civitatem Késmark vetuſtiſſimis temporibus Alte-Markt, ſeu *Veteroforum* fuiſſe appellatam, ſicut etiam hodiedum certa ejus pars ita vocaretur. Ex Diplomate porro Caſimiri, Poloniæ Regis, poſterius inducendo, patet, eundem Regem A. 1346 "Cuidam Theodorico, Advocatiam (*Gubernationem*) in *Antiquæ Villæ* Civitate, ac præterea Scultetiam in *antiquo Theloneo*, eidem contiguo, habenti, mandaſſe, ut inter fluvios album & nigrum Dunajec Civitatem jure Theutonico plantari faciat, cujus nomen ſit *Novum Forum*, & omnes Manſos (*quorum ſinguli juxta Drümel. Lexic. duodecim jugera efficiebant*) numero centum qvinquaginta, ſi tot, plures, vel pauciores erunt, ex illis Manſis, qui *ad priorem Civitatem*, jam dictam *Novum Forum*, & *ad Villam*, vocitatam *antiquam*, Theloneum, ex Privilegio dudum pertinebant, eidem Civitati adjungat". *Neoforum* proinde ad Dunajecum antea *Ófalu-x*, ſeu *Antiquæ Villæ* nomen habuit; & alioquin hodiernam *Antiquam villam* vel Ó falu ad amnem Pribicz, ubi Dunajeco miſcetur, ſerius Magiſter Kokos, filius Ricolphi, anno quippe 1305, juxta inſtrumentum, ſuo loco producendum, fundavit: ut adeo *Nova villa* ſeu *Ujfalu*, vel Neudorf ad Hernadum, una e XVI hodiernis, veteribus autem XXIV Saxonicis Regalibus Terræ Scepuſienſis Civitatibus, quæ A. 1248 (*Anal. Scep. P. II. p. 9*) jam coaluerunt, non poſteriori ad Pribicum, ſed priori *Antiquæ villæ* ad Dunajecum, quam Boleslaus *Neoforum* appel-

Fori, ipſi in omnibus cogendi ſunt litigare; ſed hec: deciſio capitis, membrorum mutilacio, conſenſui noſtro reſervamus, cui Advocato conceſſimus octo Manſos liberos ad fluvium Oſtrovſzko, in teloneo (Antiquæ Villæ contiguo) duos, molendina, tabernas, & omnem liquorem, una cum tota Communitate emulacionem, ex quibus Manſis ad expedicionem bellicam unum, aliquando duos, ex teloneo alterum expediat. Ad Extremum his Privilegiis gaudeat Novum Forum, quibus gaudet Civitas Cracovie, & alie Civitates Noſtre, Jure Theutonico fundate. Ut autem hec Noſtra Conceſſio, in omnibus punctis, condicionibus & articulis in perpetuum robur & vim obtineat, & ſemper ſine omni ſuſpicione permaneat, preſenti proinde Privilegio Sigillum Noſtrum eſt ſubappenſum. Datum Cracovie, Anno Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, in Octava Corporis Chriſti. Preſentibus Prandota Epiſcopo Cracovienſi, Clemente Cracovienſi, Bouslao Sandomirienſi Palatinis, Mirſone Cracovienſi, Ciſlao Sandomirienſi Caſtellanis.

XVI.

---

appellari præcepit, correlativa plane ita ſit, prout idem Boleslaus *Neoforum* ſuum, Késmarkino ſeu *Veteroforo* correlativum eſſe voluit.

Poſtquam igitur Boleslaus, Henrici filio, Sileſiæ Superioris Duce, ex Dunajecenſi Diſtrictu, Zatoriæ item ac Oſviecimæ Ducatibus, ejecto, Ciſtercienſium Scirlcienſe Cœnobium & Villas in ſpecialem ſuam protectionem (XII) recepiſſet, una Hungarorum Antiqvavillenſium coloniam ab arbitrariis telonialibus impoſitis, & inveteratis vicinarum Cœnobii colonarum vexationibus (N. 26) avocavit, quorum nempe aliqui, hanc ſui conſtrictionem pertæſi, Manſis vel aratris ſuis relictis, ad infimum Dunajeci, verſus Orientem defluentis, angulum, a quo nimirum ad Septemtriones deflectit, ac diſerte circa Pribici oſtia, telonio quoque translato, ſe collocarunt, ubi ſubinde coloniæ huic teloniali, a Magiſtro Kokos auctæ ac dilatatæ, ſpectata origine ſua, nomen *Antiquæ Villæ*, citra omne *inferioris* additamentum ideo adhæſerat, quod nomen *ſuperioris* Antiquæ Villæ, in novam *Neofori* compellationem traductum, evanuerit. Atque iſta nominum ac teloniorum confuſio, potiorem involvendis borealibus Terræ Scepuſienſis limitibus occaſionem præbuit.

Hungaris ergo, maxime factioſis, Superiore Antiqua Villa recedentibus, Petrus Abbas, opportunam adeſſe ratus occaſionem, qua Cœnobii ſui Villarum quieti ac ſecuritati conſulat; Boleslaum elevata petitione (mit aufgehobenen Händen) exoravit, ut Civitatem, Jure Theutonico per Advocatum gubernandam, & *Novum Forum* appellandam, in fundo *moderni Antiquæ Villæ Fori*, & contiguo huic *Teloneo* locare valeat: Cujus petitioni Boleslaus annuens, deſertos (*a diſcedentibus Hungaris*) centum circiter Manſos (*qui medias fere novem Seſſiones, hodiernas conſtituunt*) novis hoſpitibus, erga cenſum, Cœnobio præſtandum, illocandis, attribuit, libertates item & obligationes Neoforenſium defigit "quorum nempe tenuta ſubinde Caſimirus Rex, prout attigimus, in Centum quinquaginta & pluribus Manſis auxit, ac præmiſſum Boleslai Privilegium, nulla Cœnobii facta mentione, confirmavit.

XVI.

Bela IV. certam terram, per Saxones provinciales a Caſtrenſibus Caniferis, villam Somogy incolentibus, emtam, ſub conditione præſtandorum parium ſervitiorum confirmat, ea adjecta gratia, quod per Comitem Caſtri vel Centurionem ejuſdem (30) in omnibus cauſis more aliorum provincialium Saxonum ſuorum judicari debeant. A. D. 1254.

EX APOGRAPHO antiquo, inter acta Parochiæ Somogyienſis reperto. Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 188.

BELA, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæque Rex, omnibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tam præſentium quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: Quod accedentes ad præſentiam noſtram Saxones noſtri de

30) Ad pleniorem Diplomatum intelligentiam pertinet, Scepuſii qualitatem & incolarum ulteriorem cum adventu Saxonum diſtinctionem perſtringere. Itaque

a) Scyri vel Scvr ſenſes, Terræ Scepuſienſis incolæ Gothi, quod horum etiam opera Duces Hungariæ in diverſis ad Germaniam ſuſceptis expeditionibus uterentur, illi autem paci colendiſque agris inſveviſſent, hodierna Scepuſienſi Terra ſenſim relicta, ſe ad ulteriores contribules, Viſtulam accolentes, majorem ſub Dominio Patzinacarum (*Cf. N.* 9. 11. & 14.) quietem nactos, transtulerunt, ubi homonymum quoque in hodierno Zatorienſi Ducatu oppidum, populariter Scvric dictum, fundarunt. Scepuſio itaque hodierno, ad paucitatem incolarum redacto, in ſilvam (cujus memoriam Anonymus Belæ I. Notarius C. 52. Scepuſium ævo adhuc ſuo ſilvam Zepus vocando conſervavit) excreſcente, certum eſt (*Cf. Wagn. Anal. P. III. p.* 5), Saxones, Flandrenſes aut quocunque nomine veniant, Teutones, a Geyza II, Belæ III. Patre, in Scepuſium æque ac Tranſilvaniam circa A. 1142 accitos (*Vid. Cl. Schmitt. in Epiſc. Agr.*), pari, a S. Stephano hoſpitibus (*Decr. L. I. C.* 6. *L. II. C.* 20. *Colom. L. II. C.* 80) attributa libertate, donatos, non minorem eorum in Scepuſio, quam Tranſilvania numerum inter veterum Gothorum reliquias, Hungaros item & Slavos conſediſſe. Ut adeo etiam Præpoſituræ de Scvrps vel Scvps, in Almáſienſi terra conſtitutæ, primordia Scvrpſenſibus Gothis, parte potiori ad Carpatos & Viſtulam commigrantibus, attribuenda ſint. Præpoſitus quippe cum paucis aliquot Sacerdotibus in Eccleſia ſua rem Divinam, prout antea, reſiduis Scyris, necnon Hungaris & Slavis, e vicinia confluentibus, erga Decimarum præſtationem, & alias fidelium oblationes, faciebat. Saxonibus interim, qui primum ſub Scepuſienſem arcem, Duce Raynaldo (*Vid. Wagn. Anal. P. II. p.* 258), deinceps ita dicto Saxonum Comite, ſeu Judice, delati, vetuſtiſſimam Præpoſituræ Eccleſiam, Sancto Martino jam olim di-

Scypus, in villa Sumugh (hodie Somogy, Germanis Schnegen, Slavis autem, quod Saxonibus *commixti fuerint* Zmyssani nuncupata) cum caniferis noſtris (utpote Slavis, canum venaticorum curam habentibus, Regiis proinde venatoribus) exiſtentes, ſuppliciter a nobis poſtularunt, ut quamdam particulam terræ, Sumugh nominatæ, exiſtentem in Scypus, emptam per ipſos (incolatum iſthic aſſumentes) a Caniferis noſtris, ſuper eandem terram Sumugh exiſtentibus, noſtro dignaremur Privilegio confirmare. Nos, ſiquidem eorum petitionem in hac parte juſtam eſſe

---

dictatam, collique, ad occaſum arci vicino, inſidentem, populariter *Sanct Mertens Berg*; ſubjectam vero villam, in qua prius, quam per Scepuſium diſpergerentur, conſederant, Hungaris *Várallya*, Slavis Podhradze vocitatam, lingva ſua Kirchdrauf, vocabulis etiamnum perdurantibus, appellarunt, per diverſa Scepuſii loca diviſas, villas & Eccleſias ædificantibus, iidem nullas Præpoſito Decimas, verum ſuis nonniſi, quos pro arbitrio vocabant, Plebanis, & quidem tantum Duodecimas, titulo congruæ proviſionis, præſtari debere decreverunt.

b) Mirum proinde non eſt, Præpoſituram hanc, velut in medio ſilvarum, atque loco tam deſerto conſtitutam, nulla ſtabili alia, præter illam, ſibi contiguam, terræ Almás vallem, inde a Scyrpſentium Gothorum temporibus retentam, dote a S. Stephano, ipſoque Geyza II. proviſam fuiſſe, donec tandem Bela IV, Tataris A. 1242 recedentibus, illico ſolenne Regium A. 1243 Edictum (*ap. Kat. H. R. H. T. VI.*), virtute cujus "Regnicolis, in magna parte vel peremptis, vel abductis, & Hungaria in ſolitudinem redacta, de cunctis Mundi partibus homines tam agricolas, quam Milites (*Nobiles*), ad repopulandum terras depopulatas & habitatoribus vacuatas convocabat" divulgari curaſſet, auctoque ſubinde per Scepuſium populo, memoratam Præpoſituram, attributis pro congrua dote fundis, in Eccleſiam Collegiatam evexiſſet. Mathias equidem Præpoſitus A. 1248 inter alios incolas & advenas, qui pro arbitrio ſuo terras occuparunt, requiſitus (*verba ſunt Belæ IV. ap. Wagn. Anal. P. I. p. 295*), quo titulo eam (*terram Almás*) poſſideret, — Nobis retulit: — quod præfata Eccleſia S. Martini, Præpoſituræ in Scepus, a Progenitoribus noſtris, & a nobis careret dotalitiis. Nos eandem favore Regio proſequentes, cum ſit de monilibus Regni noſtri, eidem Eccleſiæ ex debito Regiminis providere tenemur; etiamſi (*proinde*) in nominata terra (*Almás*) ei proviſum (*Regio Diplomate*) non fuiſſet, dictam terram Almás ob remedium animæ Matris noſtræ (*Gertrudis*) claræ memoriæ, damus & conferimus Eccleſiæ memoratæ, ut nunc noſtra Donatio ſit munimen & firmatio præcedentis (*poſſeſſorii*)." Adjecit Bela terram Lizka-Olozy, ab Italis (*Cf. VII. N. 15*) excoli cœptam, adjecit poſſeſſiones Haymuth & Lethon (XI), ut quatuor Canonici congrue ali potuerint, quorum numerum Lucas Præpoſitus A. 1282 ſex Canonicis, a ſe fundatis (*ap. Wagn. l. c. p. 302*), auxit.

c) Explicatis jam Caſtri Jobagionum (VIII. not. 17), ac Servientium Regiorum, Regiſque Nobilium (not. 21) obligationibus & prærogativis, liberorum quoque Caſtri hominum veterem ſtatum proponemus, & Scepuſio noſtro, ac diſerte Oppido Somogy, uni ex hodiernis XI Csákvanis applicabimus. Liberorum duo erant genera, indigenarum ſcilicet, atque alienigenarum. *Indigenæ* non

esse, attendentes, prædictam particulam terræ Sumugh emptitiam eorundem, nostro duximus Privilegio confirmandam, illa tamen conditione interjecta, ut tam ipsi Saxones, qui (ex Provincia sua transeuntes) ad præsens ipsam terram habitant, quam illi, qui in societatem ipsorum causa commorandi ad eandem terram venerint, idem servitium exhibere teneantur, quod universi Caniferi nostri, super ipsam terram Sumugh existentes, tenentur exhibere, nec ultra id per eos (Caniferos quippe Sumughienses),

vel

---

non modo Servientes Castri, sed Castrenses etiam, ac Cives appellabantur: Cives quidem, Civilesque potissimum vocabantur illi, qui in vico aut oppido, Castro immediate subjecto, aut adjecto, Hungaris ex voce *Vár*, Castrum, *Város* nominatum, id est: *in Castri Civitate*, habitabant; non enim solum hi, verum etiam alii, qui terras Castri coluerunt, licet a Castro quam remotissimi essent, iisdem appellationibus designabantur; cujus rei ad nos exempla pulcherrima pertulit Registrum Varadinense, ubi §. CXLVI (*ap. Kollár. l. c. p. 78*), leguntur hæc: " Universi Castrenses de Corunst impetierunt villanos de Sob pro Concivibus suis, coram Mica „ (*Michaele*), Bichoriensi Comite; illi autem dixerunt, se Joubagiones esse, — qui liberi „ Sancti Regis (not. 17. d. e.) dicuntur, & — se alias etiam justificatos esse contra universos „ Castrenses de Centurionatu (*hodie Processu, ibidem. b*) Sapuri. §. CXCIV. " Universi „ Joubagiones Bichoriensis impetierunt ante Micam, Comitem eorum, universos Castrenses de Bi„ chor, — ubi tandem convenerunt, quod prædicti Castrenses darent præfatis Joubagionibus quin„ quaginta & tres boves, Judici autem & Pristaldo utraque pars simul satisfaceret. §. LXXIX. „ Cives Castri Carazna; CX. Békes &c. §. CCCLX. " Cives Castri Bolondus, de villa Le„ giner, impetierunt quosdam de eadem villa filios Joubagionum Sancti Regis, dicentes: quod „ eorum essent Concives, simili officio, id est, debito castrensi subjacentes; illi autem dixerunt, „ se esse filios Joubagionum S. Regis, hoc idem dixerunt — Joubagiones ejusdem Castri, videlicet: „ Matna, princeps exercitus, — — Henchu Centuriones, & alii, quorum testimonio Martinus, „ Comes eorum (*Cf. n. 17. a. fin.*), non contentus, — misit ad examen ferri candentis Va„ radinum, ubi prænominati Actores — recognoverunt, — se falso illos de civili servitio im„ petiisse. §. CCVIII. " Bichoriensis de Centurionatu Sceculzaz — impetierunt quemdam liberum „ hominem. — §. CCLIV. " Castrenses de Clus, de Centurionatu Agad, scilicet Sunad, Var„ don &c. §. CCLXIV. " Castrenses ob duas Marcas impetiti fuere, Judice Codaba, Centurio„ ne illorum &c. §. CCXLVIII. Multitudo Castrensium de Borsod, & quidam Joubagiones ejus„ dem Castri, scilicet: Petrus & Colman, vociferati sunt, contra Demetrium, Comitem ipsorum, „ Regi Andreæ dicentes: quod injustis judiciis & indebitis exactionibus eos aggravasset. " De„ nique §. XLIV. (*ap. Kollár. l. c. p. 147.*) Vincentius, Vendegu, Voca — impetiere contri„ lanos suos — dicentes, quod eorum falsa suggestione quidam potens, nomine Vajavoda, in „ sex marcis eos damnificasset. Illi responderunt, quod prænominatus Vojavoda — cum esset eo„ rum Centurio, & ipsi — Castrensium pensione tenerentur, pro debito censu, tantum — ab eis „ accepisset. Illi autem e contra dixere, se non Castrenses esse, sed Castri Joubagiones. Tobias „ igitur Curialis Comes-eos-misit Varadinum. Voca, portato ferro, probavit, — se non Ca„ strenses, sed Joubagiones Castri exstitisse. "

d) Ex his patet 1): Castrenses vel Servientes Castri, Jobagionibus Castri seu Militibus longe inferiores fuisse; erant enim, ut loqui solemus, Castri subditi, hoc est, liberi quidem homines,

vel per Comitem ipſorum (Saxonum, in Provincia degentem), pro tempore conſtitutum (ita dictum Grafium), in aliquo poſſint aggravari. Si quis etiam ex ipſis (emtoribus) portionem terræ, quæ ipſum contingit, in eadem particula terræ Sumugh vendere voluerit, eam hominibus, in eadem libertate conſtitutis, ſeu hoſpitibus, ad eandem libertatem venientibus, & non aliis, liberam habeant vendendi facultatem. Præterea ut iidem Saxones noſtri (Neoſumughienſes) pleniora nobis valeant exhibere ſervitia, talem fecimus eis gratiam, ut per Comitem ipſorum (de Scepus, qui tunc

---

mines, ſolvendis tamen partim liberis denariis, partim vero ſervilibus operis, quæ Slavico vocabulo *Robotæ* vocantur, præſtandis obligati, ut adeo poſteriores ob conditionem, qua obſtricti agrum Caſtri colebant, plene liberi haud fuerint. 2): Caſtri ſubditos non modo in ejus vicinia, ſed per totum Comitatum ſparſos, pro Caſtri Civibus habitos fuiſſe, qui eoſdem cum Jobagionibus Caſtri Centuriones, vel Judices, Comitibus immediate ſubordinatos, habuerint. Quemadmodum autem Caſtrorum Comites in Parochia ſua tam Civium quam Jobagionum Caſtri eminentes erant Judices, plane ita eminentem ſuam in reliqvum quoque Caſtri populum jurisdictionem, in cohærentia Legis, articuli utpote 5 Andreæ II, exercebant. Pro eadem poteſtate Regni quoque Nobilium & Eccleſiarum ſervientes, omnes præterea liberos, privatorum porro Jobagiones vel Colonos, Libertinos item & Servos, eodem Varadinenſi teſtante Regiſtro (*ap. Kollár. l.c.p.* 39), eminenter judicabant. 3): Patet, inquam, Veteres Centurionatus nihil aliud fuiſſe, quam hodiernos, ita dictos Proceſſus, vel Diſtrictus, curæ Judicum Nobilium concreditos. Licet enim Regii Servientes, Regnique Nobiles ab omni conditione Caſtri & jurisdictione Comitum Regiis literis exemti fuerint, exemtio hæc tantum ad militaria & collectas referebatur; Centuriones enim Comitibus Caſtrorum immediate ſubordinati, ac per ipſos Nobiles, in Centurionatibus degentes, electi, relate ad alia politica & juſtitialia, ſalvo primæ inſtantiæ minorum Cauſarum Judicatu, peculiares eorum Judices fuerant, unde ſcilicet hi Hungarice quidem *Szolga-bíró*, Slavice autem Служнỳ vocabantur, cujuſmodi popularis denominatio a Latine loquentibus re ipſa ſubinde in *Judicum Nobilium* compellationem tranſivit; cum nemo alter, veteri conſvetudine, niſi *Serviens Regius*, Nobilis appellatione deſignatus fuerit. Ut adeo perſonalis Nobilium, in Regiis literis frequentius occurrens, a Judicatu Comitum exemtio, & paſſivarum ejuſmodi Cauſarum ad Regem, aut Palatinum, vel vero Curiam Regiam delatio iſthuc potiſſimum pertinuerit, ne Nobiles perinde ac Jobagiones Caſtrorum, temerario illi eccleſiaſtico, in tota fere Chriſtiana Europa vigenti, aquæ ferventis aut ferri candentis Judicio, quale in Hungaria quoque Aradini, Magno-Varadini & Nitriæ celebrari ſolebat, exponi tam facile valeant.

e) Quod *alienigenas* reſpicit eos S. Stephanus (*Decr.L. I.C.* 6) hoſpitum nomine complectitur, *in quibus* nempe *maximam ineſſe utilitatem* ſtatuit, ac filio ſuo Emerico, *ut bona voluntate illos nutriat, honeſteque teneat*, ſvaviſſime ſuggerit. Hoſpitum libertatem, a S. Stephano conceſſam, Colomanus Rex (*L. II.C.* 80) clarius indicat, ſanciens: *ut liberi hoſpites, ſicut Slavi, vel ceteri extranei, qui in terris laborant aliorum* (robotas titulo terragii fundorum ſuorum (*Cf. d.* 1.) Dominiis terreſtralibus præſtando), *pro liber-*

tunc (*Vid. XXII.*) Arnoldus (*Cf. Not.* 24) erat) vel per Centurionem (hodie Proceſſualem (*Cf. VIII. not.* 17. *b*) Judicem Nobilium) more aliorum Saxonum noſtrorum, in Scypus exiſtentium (qui Provincialem pro Judice ſuo Grafium habent), & non aliter in omnibus cauſis debeant judicari. Ut igitur præmiſſa omnia robur perpetuæ firmitatis obtineant, nec per quempiam proceſſu temporum in irritum poſſint revocari, præſentes literas conceſſimus, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo qvinquageſimo quarto. Nono Kalendas April. Regni autem noſtri decimo nono.

XVII.

---

libertate tantum denarios dent; non alios etiam denarios inſuper pro opere aliquo (arte factorum ſuorum lucrificantium) *dare cogantur.* Ex hac lege duæ hoſpitum claſſes eruuntur, quorum alii *Robotas*, alii vero *Cenſum* pro terragio præſtabant, utrique autem pro qvæſtuoſa libertate, ita dictos quoque liberos denarios pendebant. Prioribus accenſebantur Somogvienſes vel Zmiſſaienſes Udvarnici Savi, tantum quod, loco liberorum denariorum, neceſſarium circa Regios canes venaticos Udvarnicale ſervitium præſtare debuerint, ad poſteriores referebantur Saxones Regii, ab omni ceteroquin conditionaria ſervitute Civium, excluſo tamen certo militum, quoties neceſſitas expoſcebat, numero, plene liberi. Illorum diſtrictualis Judex, teſtante hoc Belæ Privilegio, vocabatur Centurio, horum autem dicebatur Comes, familiari Saxonum vocabulo *Graf.* Uterque ad tempus eligebatur, ille quidem a Nobilitate Caſtri, iſte vero a Concivibus Provinciæ. Utriuſque ſubjectio relate ad Comitem Caſtri, cum Regale fuerit, perinde pro tempore conſtitutum, & activitas comparate ad populum diſtrictualem, erat eadem, ac in eo ſolum Judices hi diſtingvebantur, quod pro ratione diverſarum populi ſui conſvetudinum occurrentes cauſas diremerint, ſalva earum ad Comitem Caſtri appellatione, prout hæc ſuis locis adhuc uberius diplomatice patebunt. Huc pertinent ſequentia ex Varadinenſi Regiſtro exempla: §. CCLIII. " Joubagiones Caſtri Zounuk - - impetierunt quemdam, nomine Angelus, dicentes: quod eorum „ eſſet contribulis & Caſtri Zounuk Joubagio (*ſeu miles*). Ille autem contendebat, ſe filium „ Latini hoſpitis eſſe, abſolute liberum (*Italus igitur iſte militiam pro ſervitute habebat,* „ *non vero, prout Hungari, pro libertate maxima*) - ". §. CLXXIV. " Sama, Caſtren„ ſis de Zounuk - - impetiit Pouſam, filium Panli - - dicens: quod ſuus eſſet Concivis, - - „ juverunt ipſum Samam in hoc Joubagiones Caſtri Zounuk. - - Ille autem dixit: ſe eſſe liberum „ & Teutonicum genere - - - ". §. CCCLXVII. " Cives de Borſod, coadjuvantibus ejuſdem „ Caſtri Joubagionibus, - - impetierunt quoſdam de Villa Pelg - - pro Concivibus ſuis, illi au„ tem dixernat: ſe eſſe liberos, & filios hoſpitum Boëmorum - - -, quorum cauſam Judices „ a Rege Andrea delegati, - - - ad examen ferri candentis miſerunt Varadinum, ubi, peracto „ triduano jejunio, prædicti Actores candentis ferri ſubterſugerunt judicium, dicentes: quod „ omnes prænominatos adverſarios eorum injuſte pro Concivibus ſuis impetiiſſent. "

Atque hæc ad exhibendam populi Caſtrorum, ſive Comitatuum, tam Regalium & Regialium, quam Nobilitarium, Regnaporum, diverſitatem adduxiſſe ſufficiat.

XVII.

Innocentii IV. Papæ reſponſum, quo Salomeæ, Galiciæ olim Reginæ, jam vero Moniali, indulget, ut Villas aliquas, a fratre Boleslao accipiendas, pro ſuis & Monaſterii neceſſitatibus, donec ipſa vixerit, applicare valeat. A. D. 1254.

EX APOGRAPHO Vaddingi apud RR. Katona Hiſt. Reg. Hung. T. VI. p. 218.

INNOCENCIUS — Sorori Salomee (31) Ordinis S. Damiani, nate quondam L. D. (Leſconis) Cracovie ac Sandomirie Ducis, —. Tue Devocionis ſinceritas exigit, ut tibi, quam digne poſſimus, graciam faciamus. Hinc eſt, quod nos, tuis ſupplicacionibus inclinati, auctoritate tibi preſentium indulgemus, ut, ſi dilectum filium, Nobilem Virum B. (Boleslaum), Ducem Cracovie & Sandomirie, germanum tuum, contingat decedere ſine prole, tibique relinquere Villas aliquas, ad ſe jure ſpectantes (32); licite poſſis ad tuum & Monaſterii opus recipere, ac eciam, dum vixeris, etinere, ad ſucceſſores legitimos Ducis eiuſdem, poſt tuum obitum redituras. Datum Anagnie, tercio Non. Aug. Anno XII. (ſeu Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto. XVIII.

31) Teſtante Vaddingo, Actisque SS. Hungar. "Salomea, mortuo (*Cf. N.* 16) Colomano (*e Sclavonia redux*), operibus pietatis totam ſe dedit, & facultates refocillandis pauperibus, exſtruendisque Monorum (*Cracoviæ*) & Clariſſarum (*Zavihoſti*) Domiciliis, omnes impendit. Demum in Sanctimonialium cœtum ſe recepit, inter Divæ Claræ Virgines a Prandotha Epiſcopo Cracovienſi velata, præſente Fratre Raymundo, Poloniæ Miniſtro. — A. 1268. 17. Nov. ſancte mortua". Breviarium Romanum Salomeam vigenti ſeptem vitæ monaſticæ annos exegiſſe perhibet, ut adeo mox cum ſuo e Sclavonia reditu A. 1251 velari debuerit.

32) Salomeæ recurſus ad Pontificem, hujuſque reſponſio ad jus Boleslai reſtricta, ſatis probat, Salomeam abſolutum Hungaricæ Dotis ſuæ poſſeſſorium inde ab initio nuſquam adiviſſe, verum Primiſlienſem Terram quidem, velut prætenſam Priſlavæ Matris allaturam, nomine Ducatus ejuſdem; borealem vero Terræ Scepuſienſis partem, a Boleslao ex allatura Cunegundis impopulatam, titulo Principatus *Sandecienſis*, hoc eſt (N. 11) Comitatus *Ouárienſis*, per præfatum Boleslaum adminiſtratas & avulſas fuiſſe. Ut adeo Salomea, poſtquam pecunias & res pretioſas, e Sclavonia ſecum allatas, in opus ac dotem ſuarum Zavihoſtenſium Clariſſarum, nec non Monaſterii Minoritarum Cracovienſium ſtructuram erogaſſet, perficere nihilominus nequiviſſet, ac Minoritis quoque dotem in Villis aſſignare volens, eatenus apud improlem fratrem ſuum Boleslaum neceſſaria egiſſet, Pontificium indultum, Villas aliquas, ab eodem fratre ſibi relinquendas, ſine præmiſſo applicandi, ſolicitaverit. Verum Innocentius, Villarum poſſeſſorium Ordini Mendicantium haud congruere perſpiciens, diſpoſuit, Salomeam Villas ejuſmodi, ad Boleslaum Jure ſpectantes, licite

XVIII.

Clemens & Marek, Marconis condam Palatini Cracovienſis filii, coram Boleslao, Cracoviæ ac Sandomiriæ Duce, Primislava item, ejus Matre, omnes Donationes, quas Patruus ipſorum, Comes Theodorus Czader dictus, Cracovienſis olim Palatinus, Cœnobio Ciſtercienſium de Scyrzyc, fecit, non modo confirmant, verum etiam duas integras, & portionem in tertia poſſeſſionibus habitas, in puram Eleemoſynam e propriis facultatibus adjiciunt. Cujusmodi Donationes, tanquam legitime ac provide factas, Boleslaus, Ducali ſua & Matris Primislavæ authoritate, perpetuo valituras, approbat. A. D. 1254.

EX AUTOGRAPHO Sigismundi, Poloniæ Regis, Tranſumto ſuperius (XIV) *memorato, per Galicianos producto.*

IN Nomine Domini noſtri JEſu Chriſti, Amen. Noverint univerſi preſentes & futuri; Quod coram Nobis, Boleslao DEI Gracia Duce Cracovie & Sandomirie, & Sereniſſima Matre Noſtra Primislava, accedentes milites noſtri, Clemens & Marek, fratres uterini, filii quondam Marconis Palatini Cracovienſis, donaciones omnes, quas pie memorie Comes, (Theodorus) dictus Czader, eorum Patruus, quondam eciam Cracovienſis Palatinus, fecit Cenobio Sacro de Scyrzyc, Ciſtercienſium Ordinis Cracovienſis Dieceſis, quod ipſe fundavit & dotavit, tam in Poſſeſſionibus, quam in Decimis de Villis, hic nominatim expreſſis, videlicet Villa, que dicitur Scyrzic, Pobranczyn Abramovice, Podolan, Pogorzany, Goduſza, Krzyſzekovice, Kurdwanov, Vloſzan, Mogielany, Glogaczow, Ciſzow, Sciborzyce, aquis quoque his: Dunayecia nigra, Dunayecia alba, Rogoznik major, & Rogoznik minor, Lipietnica, Norowoſzowa, Slona, Stradomia, Mezvoza, Kaſina, que fluit de Snezna, Miſzena, que fluit de lapide

licite ad ſuum & Monaſterii opus perficiendum recipere, ac vita comite retinere poſſe, dein vero ad legitimos Ducis Succeſſores devolvi oportere; quaſi Pontifex, Minoritarum Cracovienſe Monaſterium perinde ita, ſicut Scirciense Ciſtercienſium e dotalibus ejuſdem Villis, ad Hungaros Jure ſpectantibus, dotari noluiſſet. Atque hæc inter ſimiles alias fabuloſa fuerit ratio, quod Cantipratenſis (*ap. Raynald. ad A.* 1254. *ſ.* 70. *Cf. Sandin. ad h. a. Not.* 5.) „ Innocentium, cœleſti ultione, ob reſciſſa Prædicatorum & Minoritarum privilegia, extinctum, „ repentinaque percuſſum paralyſi, vocis officium ad mortem amiſiſſe, tradat. "

eciam domus Scirycienſis Wloslova; que fluit in Mſzena, una cum Virbova, Cuna magna, que fluit de Obidova, de ſylva domus ejuſdem, item Cuna parva, ſimiliter fluit, item Wilowizal, item fluvius Ponecza, item fluvius Cobula, Sulicova, item fluvius Leznica ex utraque parte; item fluvius Cobula magna, item Pikelnic, item Raba in imo litore, item aque, que dicuntur Poronin, ambe, addentes & campos & prata, ſic nominatos, Dlugiepole, Ludzemer, Dambno, Oſztroviec, Oſci, Moſcisko, Wilczepole, & inſuper Sal de Rabſchycza, item mons, Gora nuncupatus, cujus medietas ad ſupradictum Clauſtrum, Szyrzyc pertinet: & ſciendum, quod in omnibus his nominatis aquis, ſylvis & montibus Fratres predicti Clauſtri Seyrzyc locare poterint Civitates, Villas & alias utilitates quaſcunque, prout eis melius & utilius videbitur expedire. Porro nihilominus Nyzelicze atque taberna de magno Sale, & ceteris ſuperius dictarum rerum attinenciis, & quibuſcunque Poſſeſſionum emolumentis & fructibus liberaliter & devote ratas habentes, confirmarunt. (33) Preterea prefati milites Clemens & Marek ſuorum Progenitorum veſtigiis pie devotionis affectuoſiſſime inherentes, ſicut veri heredes & devoti Patroni pro remedio animarum ſuarum, ſuorumque Progenitorum, in puram Elemoſinam ſupra dicto Cenobio de Scyrzyc, & Fratribus ibidem, Deo famulantibus, ex ſuis propriis facultatibus duas Villas, videlicet Droginam cum Molendino & taberna, & Brenozoviecz cum una Sorte Popowicz jure hereditario in perpetuum poſſidendas, conferentes (34), Nobis cum ſepedicti Cenobii Domino Checicio Abbate & Fratribus humiliter ſupplicarunt, ut eaſdem Patrui ſui, & eorum Donaciones & confirmacionem, tanquam legitime & provide factam approbaremus. Nos igitur cupientes dicti Cenobii Oracionum, vel pocius tocius Ordinis prefati participes effici, ipſam benigno favore recipimus, & ea, que a veris heredibus & Patronis facta dignoſcitur, clementer approbamus. Et ne quid eorum facto hujuſmodi deſit, quod minus forte poſſet aliquibus qualitercunque videri, authoritate Noſtra ſupplemus, volentes, ut illud ſemper maneat inconcuſſum. In cujus rei memoriam & perpetuam roboris firmitatem, preſentem paginam Sigilli Noſtri munimine duximus conſignandam. Datum Cracovie Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto, Menſe Majo ſexto Idus. Preſentibus his teſtibus, quorum hic nomina continentur: Michaele Caſtellano Cracovienſi, Nicolao Judice Cracovienſi, Sandeone Subcamerario, Bartholomeo & Sulislao filiis Briliconis, Svanloſio Wozni & aliis Militibus idoneis ac fide dignis.

XIX.

---

33) Hæc fundorum Cœnobii Scirienſis recenſio ſat's docet, Occiduo-borealem Scepuſienſem Terram circa hodiernum Neoſorum diffuſam, ſilvis horridam adhuc fuiſſe, ut adeo exciuſis 16 Villis, quarum aliquæ ad Zatorienſem Ducatum referuntur, jam exiſtentibus, maxima Cœnobialis Dotis pars non aliter, quam per ſeptem Campos, necnon viginti quinque fluvios, ex utroque Metallium Carpatorum latere, ac ex ipſo, ab illis divulſo, monte Tatur (N. 2) erumpentes, qui notabilem profecto Diſtrictum exhauriunt, exprimi potuerit.

34) Huc ſpectare videntur etiam illa, quæ Cromerus (L. IX.) refert: " Neque vero, inquit, uſ-

" que-

XIX.

Boleslaus, Cracoviæ ac Sandomiriæ Dux, una cum Primislava Matre & Cunegunde sua Conjuge Libertates, ante quinquennium Abbati & Cœnobio Scirciensi conceſſas, prout etiam obligationes, Villis eorum incumbentes, uberius explicat & confirmat. Anno Domini 1255.

EX AUTOGRAPHO Sigiſmundi, Poloniæ Regis, Diplomate, jam commemorato.

IN Nomine Domini Amen. Quoniam tempus imprimit quamdam infeccionem rebus, a qua res corrumpuntur, ne id, quod geritur in tempore, per corrupcionem temporis ab humana memoria elabatur, & ne poſſit ſcrupulo calumnie ullius prepediri, aſſolet ſcripto teſtium, & teſtimonio apicum perennari; quanquam eciam cuilibet ſecundum merita ipſius reſpondere debeamus, illorum propenſius fidele ſervicium tenemur penſare, qui profeſſione ſancte Religionis noſtris miniſteriis arctius ſtudent inſervire. Proinde noverit tam preſens Etas, quam poſtera: Quod Nos Boleslaus, Dei Gracia Dux Illuſtris Cracovie & Sandomirie, una cum dilecta Matre Noſtra, Domina Primislava, ac eciam chariſſima Noſtra Conjuge, Domina Cunegunda, filia Superilluſtris Regis Hungarie, Duciſſa Terrarum earundem, noſtrorum Progenitorum veſtigiis pie devocionis affectuoſiſſime inherentes, libuit Nobis ſuper Eccleſiam & Cenobium Sancte Marie in Czyrzyc ſpecialem habere devocionem: volumus itaque, & cupimus pro remiſſione noſtrorum omnium peccatorum, & pro animabus noſtrorum Parentum, ut hoc Monaſterium temporibus noſtris potiatur felici ac perpetuo incremento. Ideo Dominum Tislinum Abbatem de Czyrzyc, & omnes ejus ſucceſſores, & ipſius Eccleſiam in honorem Beate Marie Virginis conſtructam, in noſtram, & noſtrorum ſucceſſorum perenniter protectionem recipimus ſpecialem. Villas eciam ac Predia ipſorum in Noſtro Ducatu, & eos, qui in eiſdem habitabunt, ſive liberi, ſive ſervi ſive, adſcripticii, ab omni liberamus exaccione (35), preſtacione, faccione, labore vel ſervitute, quas vulgariter de verbo ad verbum volumus enarrare: Powor, Stroze, Porodlne, Lanove, Stroza, Targove, Pomocy, Opravcove,

„ quequaque incorruptus Judex ferebatur eſſe Boleslaus. — Erant & aliæ quædam cauſæ, quæ „ bonos etiam Viros, non paucos, infenſiores Boleslao reddiderant, nimirum: quod is indul„ gentia, aut negligentia quadam, calumnias in Judiciis regnare patiebatur, quibus implicati fim„ pliciores — multi patrimoniis exuebantur.“

35) Dubitari vix poteſt, Boleslaum Scircienſe Cœnobium, tanta Dote in fundo Hungarico proviſum, ad

cove, Slacye, Pedwody, Priwody preter militale (Cf. XII) a dacione caſei; Rogove, Stan, Woyna, Grod, a vaccis & ovibus, eciamſi ſtacionem habere Nos contingat in Villis ipſorum, a ſtacione Venatorum, & Aucupum, a ſtacione Pannificum, a ſtacione noſtrorum equorum, a ſtacione Braxatorum, ab omni Pagon & Expedicione, excepto, ſi Pagani vel alii homines in terra Noſtra, volentes eam deſtruere, ſteterint. Abſolvimus inſuper eorem homines, ubilibet conſtitutos, ab edificacione & reformacione Caſtrorum, preter ſolum Caſtrum Cracovienſe. Eciam abſolvimus eos ab omni telonio Noſtri Ducatus, illarum tantummodo rerum, que pro ipſo Monaſterio nomine ipſorum ad quamcunque Villam eorum deducentur. Abſolvimus inſuper homines ipſorum liberos & ſervos a Judicio Caſtellanorum, & omnium Judicum Forenſium. Et licet hec ante annos quinque late & large contulimus, tamen ob certitudinem gracie hec repetendo, majora addimus in fidem firmiorem. Demum predictos homines, Cmetones, Jobaiones (36), in Villis corun-

---

ad normam Hungaricam incolas Villarum ejuſdem in Liberos, Servos & Adſcriptitios diviſiſſe. S. Stephanus Monaſterio Benedictinorum S. Mariæ ad radices Montis ferrei (*ap. Kat. H. R. T. I. p.* 194) Manſiones mille centum ſedecim, quadraginta uni villis reſpondentes, A. 1015 contulit, quas populis, tam *liberis*, quam *ſervis*, donavit. Liberos ſcilicet ducentos ſub talem redegit militiam, ut, ſi forte in Regione ſuboriatur ſeditio, ad monaſterii armata manu concurrant cuſtodiam. His adjecit miniſtros, qui ſerviunt (*hodie Agazones dicuntur*) cum equis, centum quinquaginta ſex; item miniſtros, qui ſerviunt cum eqvis curriferis (*Colonos utpote*), quadringentos ſexaginta novem &c, quorum omnium Liberorum videlicet ſive militum, miniſtrorum quoque ac ceterorum cujuſvis ordinis mancipiorum loca, locorum nomi & numerum Privilegio ſuo, induxit. Hoc ipſum Ciſtercienſis quoque Cœnobii exemplo, e Varadinen. Eccleſiæ Regiſtro §. LXXX. (*ap. Bel. in appar. Hiſt.*) illuſtratur: "Ægidius Abbas & Curialis comes ejus, Nicolaus de Paztuh, „ impetierunt Dezmert, Viotestig, de Villa Vogoluptivan, quod eſſent Selliferi (e Slavico „ Sedlák *quod olim Clitellarium, hodie colonum aut ruſticum ſignificat*) agazones „ Eccleſiæ de Paztuh, qui reſponderunt, ſe eſſe Joubagiones bellatores prædictæ Eccleſiæ. Judi„ cibus Banco Comite, ſupradicto Ægidio Abbate, Priſtaldo Pernen de Villa Nekar, Dezmert „ pro ſe & pro aliis Varadini portato ferro (*candente*) juſtificatus eſt. Item idem Abbas Æ„ gidius, & Curialis Comes ejus, ſub eodem Judice & Priſtaldo impetierunt Zub de Villa Tur, „ quod eſſet Sellifer agazo Eccleſiæ Paztuh. Qui Zub cum vellet ſe probare eſſe Joubagionem „ bellatorem (*ſive Liberum*) ejuſdem Eccleſiæ, portato ferro, combuſtus eſt." Liberorum ſeu Jobagionum S. Regis Stephani, prout & S. Ladislai, aliorumque Regum & Eccleſiarum frequens in eodem Varadinenſi Regiſtro occurrit mentio. Hungaris *Szent Iſtván Szabadjai*, *Szent László Szabadjai*, *Érſek Szabadjai* &c. audiunt, & prædiales in duabus Caſtrorum aut Eccleſiarum tertialitatibus conſtitutos Jobagiones aut Milites, fundis, loco ſtipendii militaris proviſos, denotant.

36) Concipiſta Diplomatis hujus Hungaricam *Jobagionum* terminologiam cum Polonica *Cmetonum*, ſive agricolarum confundit, dum eoſdem ad metendum, falcandum & allodiales Ducis operas obligat. Ex vetuſtiſſimis enim monumentis per Jobagiones neutiquam Servos aut Subditos, vili duntaxat, eaque perpetua ſervitute obnoxios, verum emancipatos, ingenuos, liberos, imo ge-

neris

eorundem, licet ipſe Ville ſint juncte & contigue Villis, Civitatibus, Caſtris, Frediis, Fortaliciis Noſtris, aut aliquorum Nobilium Villis, a laboribus vel ſerviciis, ſi quos, vel que per conſvetudinem aut quocunque jure vel preſcripcione, Noſtri Predeceſſores & Nos habuerunt, & habuimus, ſeu habituri ſunt, aut predicti Nobiles noſtri habuerunt & habebunt, liberamus, abſolvimus & eximimus, harum ſerie literarum; excepto, quod in ſignum Dominii Noſtri pro noſtra Curia Ducali, in qua noſtra eſt generalis reſidentia, ex Villis, que ſunt propinquiores dicte Curie noſtre, duos dies infra annum ſingulis annis, unum ſcilicet tempore meſſis ad metendum, & hec in horreo reponendum, alium ad falcandum & in allodio ordinandum, ſint adſtricti, demptis Villis, que ſunt poſt Montem Obidova, qui Mons eſt Monaſterialis, (& quidem in metalium Carpatorum, cum Arvenſibus Conſtantini Porphyrogeniti Babagoris connexorum, ſerie procurrens) quia hominum, ibi habitancium terram, nives longo tempore obſident, puniunt, & frigora premunt, ac detinent: ideo hos homines a labore Fortalicii noſtri, ibi conſiſtentis, penitus liberamus & abſolvimus. Dum & Dominus Henricus Dux, & Fundator loci ejuſdem, hac libertate dictum Abbatem & Succeſſores dotavit, & que per pias largiciones ſiunt Predeceſſorum, dignum eſt, ut per Succeſſores confirmata, rata, & firma temporibus perpetuis

---

neris ac fortunæ melioris homines quoque, reſpectu relationis, quam habent, intelligi debere certum eſt. Andreas equidem II. in Diplomate ſuo, Equitibus Hieroſolymitanis A. 1217 elargito, & per Cl. Nicol. Schmitt (*in Epiſc. Agr. p.* 103) relato, nonnullos Regni Hungaros a Servientibus Regiis, Banderium alioquin (Cf. N. 17 & 21) Regium in militari ad Terram ſanctam expeditione, ac Jobagionibus Caſtrorum & Eccleſiarum, ſive Liberis aut Militibus Regnanis, exercitum conſtituentibus, diſtinctos, paulo que antea pro *Principibus* habitos, reſpectu relationis, quam habebant, etiam *Jobagiones* vocat.

Cl. Georgius Kalmár in ephemeridibus Hungaricis A. 1781. N. 19. p. 146. Hungaricum *Jobagionis* vel *Jobbagyonis* vocabulum repetit a *Regni Optimatibus*, quos *Országi-Jobbai*, vel *Országi-Jobbak* dicimus. Cum igitur Hungaricum etymon retinendo *Jobbakones* dicendi fuiſſent, Latinis litera *k* carentibus, huic elementum *g* Scriptores Latini ſurrogarunt, & non *Jobbakones*, verum leniori enunciatione, quam ipſi quoque Hungari ſunt amplexi, *Jobbagyones* vocarunt. Expoſitioni equidem huic maximopere adſtipulatur illud, quod ex Andreæ II quoque Decr. art. 10. 13. 19. & 30 doceamur, nobiliſſimos quoſque, imo primarios quatuor Aulæ Proceres, *Jobagiones* Regis appellari; ut adeo clarum ſit, per vocabulum iſtud homines, in genere ac relatione ſua potiores intelligi debere. Exempla diverſitatis Jobagionum in Regiſtro Eccleſiæ Varadinenſis complurima ſunt. Sic §. CXXVIII. liqvet, ſervum nomine Stephanum, per Socerum ejuſdem nomine Cruſt, Jobagionem Domini ſui, Bogha dicti, in ſimilem, qua ipſe Cruſt fruebatur, libertatem, ſeu Jobagionatum lytro aſſertum fuiſſe. §. CCCXXIV. videmus: "Igebenum exercitus (*Caſtri Zoloſlo*) Ducem, ac Bedam, Belam, Vadoſam & Iſaac Centuriones, *exercitus illius Jobagiones*, ſeu officiales Caſtri Zobosló, quorſum ratione ſui characteris referebantur, compellari. "Liberos autem omnino cujuſcunque ordinis Jobagiones fuiſſe ex §. CCLIV elucet, ubi

petuis perſeverent. Conferimus inſuper eidem Abbati liberam & omnimodam venacionem in ſylvis circumjacentibus uſque ad montes, qui dicuntur Tatry, & piſcacionem in aquis fluviorum, ibidem fluencium, quas aquas & ſylvas anno elapſo in Privilegio noſtre confirmacionis ad punctum conſignare demandavimus. Licet autem eodem in Territorio circumquaque Ville noſtri Ducatus, & Nobilium ſint permixte, tamen in ſylvis & fluviis dictis, eis venaturam & piſcaturam non debent prohibere. Inſuper ſi aliquod metallum in Territorio eodem ac Bonis dicti Monaſterii poterit reperiri, medietas ejus ad Ducale Dominium, Abbati medietas reſidua jure hereditario ſemper cedet. Poſtremo per has Literas Noſtras de Villarum Czyrzyc, Pobranczyn, Dobrogniew, Abrahamovice, Gruſovice, Goduſa, Pogorzany, Smykan, Ludzimirz, Kranſzow, Glogoczow, Wloſzan, jam dictus Abbas & Conventus, Decima aliqua tenentur & decernuntur reſpondere nemini; qvoniam a veris heredibus, & devotis Patronis he Ville & Decime, per eas provenientes, ſunt liberaliſſime exemte, & eidem Monaſterio collate, de Kryſchovice autem, Mogilany, Sczyborczyce, Kurdwanov (Decima) de agris duntaxat predialibus ad jam dictum locum dinoſcitur & definitur pertinere. (37) Et hanc inſuper graciam ſpecialem & libertatem, noſtra Jurisdiccione, huic Monaſterio conferimus, ſi aliquo caſu Decimam aliquam, aut partem earum de ſupra nominatis Villis ab hoc Monaſterio quis aliqua donacione aut conſvetudine in preſcripcionem Juris induxerit, ab ipſa preſcripcione, noſtra authoritate, hunc locum eximimus, & qui hoc abalienaverit, & is, qui tenuerit, & non cum ſatisfaccione reſtituerit, indignacionem Omnipotentis DEI incurrat, quoniam juſto Judicio Juris Canonici, quo pollet Ordo horum Cenobitarum, nec is, qui tenet, juſte dare poterit, nec accipiens juſte tenere poterit, eciamſi mille annis tenuerit, racione circumſtanciarum precedencium. Ut autem hec Noſtra

---

ubi Jobagiones *Nikus*, a Caſtrenſibus *(tertiæ parti glebæ fundoque Caſtri adſcriptis)* pro Concivibus impetiti, dixerunt ſe eſſe liberos, adducto ſuæ libertatis defenſore. "Privatorum Jobagiones abſque ſuis heris tribunali adſtare potuiſſe, ſatis clare videtur ex §. CCLXXXVIII. & CCCXXXIV. elucere, ubi Sacerdos, id eſt Parochus quidam Varadinum adveniens dixit: Jobagiones Ethæ ideo non veniſſe, quod Dominus eorum eſſet in Curia, & ſine Domino non eſſent juſſi venire; qui tamen a Judice Mika *(Michaele)*. Comite de Bihor, condemnati, & a Capitulo quoque Varadinenſi pro condemnatis habiti fuere: unde intelligas, heri præſentiam, non in Jobagionibus, verum ſubditis, perpetua ſervitute obnoxiis, ad Judicium evocatis, neceſſariam fuiſſe.

37) In prioris anni Diplomate (XVI) occurrerunt præterea Poſſeſſiones Podolan, Ciſzow, Drogina, Brenozoviecz & ſors Marci filiorum in Villa Popovicz, cujus alteram, Theodori quippe ſortem, jam antea Cœnobium poſſederat: iſthic autem accedunt Villæ Smykan, Ludzimirz & Kranſzow; numerus interim poſſeſſionum 16 utrobique idem eſt, ut adeo aliquæ illarum binomiæ fuerint. Ex Villarum harum poſterioribus quaternis Decimæ prædiales tantum, ſive allodiales, ad Cœnobium; Colonicales vero ad Epiſcopum, ex univerſali, Regno coæva (N. 10) diſpoſitione, pertinuiſſe; poſſeſſiones igitur illæ, non ex donatione Theodori, qui decimas quoque, Vislao Cracovienſi Epiſcopo (IV) aſſentiente, contulerat, profluxiſſe; atque ideo Ciſtercienſes cum Tiſſino Abbate ſuo,

Noſtra Donacio (38) inconcuſſa permaneat, in memoriam & teſtimonium ejuſdem, preſentes Literas Noſtri Sigilli digmate ſtatuimus conſignandas. Acta ſunt hec in Cracovia, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto. Preſentibus Michaele Caſtellano Cracovienſi, Sandeone Succamerario, Joanne Subpincerna Cracovienſi, Necidacio Capellano noſtro de Oſſeh, & Arnoldo Capellano noſtro, & aliis quam pluribus Militibus idoneis, Clericis & Laicis fide dignis.

XX.

Bela IV. terram quatuor aratrorum, in quarum poſſeſſorio quidam Mytſcheleth vocatus (39), & relicta Gyurkonis Vidua cum ſuis filiis exſtiterat, biſariam hereditarie poſſidendam confirmat. Anno Domini. 1255.

EX MANUSCRIPTO Ladislai condam Horváth Kiſſevits de Lomnitza, qui articulo 12. A. 1608 commemoratur, Tabularium Familiæ nominis ejuſdem ingreſſo.

BELA, Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Celſitudo Regia, per quam ſublevantur onera ſubditorum, Donationem ſuis ſubditis factam, literarum conſvevit teſtimonio confirmare, ne proceſſu temporum in irritum aliquatenus revocetur. Proinde ad univerſorum notitiam volumus pervenire: quod Nos terram, ad quatuor aratra ſufficientem, exiſtentem in Zepus, quam Magiſter Akus, fidelis noſter, quem pro

K ream-

ſuo, ne Decimæ colonicales a Poſſeſſionibus ac Terris Theodori, Fundatoris olim ſui, provenientes, aut provenire quentes, ad Epiſcopatum pertrahantur, ſolliciti fuiſſe dignoſcuntur. Ceterum Tiſſanus Abbas, jejuno ſilo, ut ipſi videbatur, ante quinquennium ejus Diplomate, haud contentus, a ſuſpicione illa, quod falſus hocce Diploma, jam paratum, Boleslao & Cunegundi, cujus prima iſthic mentio eſt, expediendum obtulerit, non liberatur.

38) Boleslaus nullas hactenus Terrarum in Hungarico diſtrictu Donationes feciſſe, veram priorem exſtirpaturarum collationes confirmaſſe, novas admiſiſſe, perennalibus aliorum Paſſionibus conſenſiſſe, ac prærogativarum & urbarialium, ita dictarum, obligationum ſpecies definiviſſe, comperitur.

39) Ab hoc Mytſhheleth, cujus frater fuerit Gyurko, prædium Mitſetelſalva in Superiore Nobilium

reambulandis terris in Zepus duxeramus tranſmittendum, authoritate noſtra Mytſcheleth, & Relictæ ac filiis Gyurkonis reliquit & aſſignavit, ſub eiſdem metis & terminis, quibus iidem ipſam antea poſſederant, ad eorundem petitionem authoritate præſentium cofirmamus; hoc tamen adjecto, quod ratione ejuſdem terræ tam Mythſcheleth, quam filii Gyurkonis nobiſcum in exercitum proficiſci, ac per omnia idem ſervitium exhibere debeant, quod alii filii Jobagyonum de Zepus Nobis exhibere tenentur, prout in communi Privilegio, ſuper libertate ipſorum conceſſo, plenius continetur (Cf. VIII). Dicimus tamen, quod medietatem ipſius terræ ſolus Mitſcheleth, aliam vero medietatem relicta Gyurkonis cum ſuis filiis poſſidebunt. Ut igitur hujus Confirmationis & Libertatis ſeries robur perpetuæ firmitatis obtineat, præſentes Literas dedimus, duplicis Sigilli Noſtri munimine roboratas. Datum per manus dilecti & fidelis noſtri Magiſtri Smaragdi, Albenſis Præpoſiti, Aulæ Noſtræ Vice-Cancellarii. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto. Regni autem noſtri Anno vigeſimo.

XXI.

---

bilium X. Lanceatorum Sede Comitatus Scepuſienſis exiſtens, denominationem ſuam hodiedum retinet. Ceterum Nobiles vel Jobagiones Caſtri Scepuſienſis (*Cf. VIII. & not. 17.*), inter quos etiam Mytſcheleth ac Gyurkonis filii referebantur, in Privilegio Wladislai Regis, quo idem A. 1511 aliud Belæ Regis (VIII), Nobilitati Scepuſienſi elargitum, confirmat, ſub ſpeciali *Univerſitatis Nobilium X. Lanceatorum de Terra Scepus* compellatione, prout autographum, in Tabulario ejuſdem aſſervatum, teſtatur, occurrunt, manifeſto indicio, quod ex omni Jobagionum Caſtri Scepus numero tantum decem lanceati, ſive, ut loquitur Bela, decenter armati milites, ad Vexillum Regium expediri debuerint. Poſtquam enim Majores noſtri militiam non inter ſervitutes, verum præcipuas libertates ac prærogativas, retuliſſent, factum eſt, ut Jobagiones Caſtrorum, excluſis proinde Regni Nobilibus, qui cum ſervientibus ſuis ſub vexillo concernentis Caſtri diſtincte aggregabantur, longo plures ad arma convolarent, quam a reliquis Contribulibus ſuis decenter provideri potuerint. Numerus proinde ad expeditiones bellicas mittendorum a proportione terrarum ſuarum definiebatur. Id quod e ſubnexo Belæ Regis diplomate anni 1255 (*ap. Kollár. l. c. p. 81.*) uberius apparet: " Bela &c. Regiæ ſublimitatis incumbit officio ſtatus fuorum ſubditorum taliter ordinare, ut quilibet, in ſuo certo ſtatu & numero, ſuæ libertatis officia ſine gravamine valeat exhibere. Hinc eſt, quod cum filii Jobagionum de Turuch debitum & conſuetum numerum exceſſiſſent, viſum fuit nobis ex officio regiminis, ut ipſorum numerum ſuperfluum in ſtatum debitum revocemus, quadragiata perſonas ex ipſis filiis Jobagionum per totum Comitatum Turuch relinquentes; ita quod ſinguli ſex ex ipſis filiis Jobagionum (*pro complendo quadragenario numero*) unum panceratum debeant ad noſtrum exercitum deſtinare; inter quos quatuor filii Uzda (*Cf. N. 17. fin.*), Mechk videlicet, Stremen, Mortun & Drachmel ſpecialiter computantur, &c." Beneficium quippe Regium conferebatur propter militiæ officium, ac ipſi eram Reges, æqui & juſti ſtudio, id maxime caverunt, ne militi cum egeſtate ſimul & noſte confligendum eſſet. Hæc porro Jobagionum Caſtri beneficia erant omnia nobilia, quia perpetua; quam ipſam o caſſam hujus quoque generis Nobiles, a Slavis Zemíny, ab Hungaris vero vocabantur *Földes-urak*, qvum alii Nobiles Regni *Kaſtélyos urak* appellarentur. Jobagiones hos Caſtrorum

XXI.

Boleslaus, Cracoviæ ac Sandomiriæ Dux, interventu Salomeæ, Galiciæ olim Reginæ, jamvero Monialis, veteres Epiſcopatus & Capituli Cracovienſis Villarum libertates confirmando, novas eiſdem poſſeſſiones attribuit. A. D. 1255.

EX APOGRAPHO Raynaldi, apud RR. D. Pray. Annal. R. H. P. I. p. 297.

IN Nomine Domini Amen. Quoniam, ut ait auctoritas, omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur, ne mortalium geſta, celebri & perpetua ſemper digna memoria, temporum decurſu queant in dubium adduci, & eorundem mutabilitate ambiguitatis diſcrimen in poſterum aliquatenus poſſint pati, operæ pretium eſt ea, quæ hujuſcemodi ſunt, teſtimonio & expreſſione Teſtium perennari. Hinc eſt, quod Nos Boleslaus, Dei Gratia Cracoviæ & Sandomiriæ Dux, per oppoſitum gerere nos volentes, Boleslao quondam, Polonorum Regi (40), reo mortis, & ſangvinis præclari Martyris, & Pontificis

rum a Divo adhuc Stephano immunitatibus donatos fuiſſe luculento nobis teſtimonio eſt Decreti " Andreæ II. Art. 19. " Jobagiones, *inquit*, Caſtrorum teneantur ſecundum libertatem a San„ cto Rege Stephano inſtitutam " quam tamen Legem rubrica recentior, qua originale carebat, contra univerſæ antiquitatis teſtimonium *de Ruſticis* intelligit *(Cf. not. 21 g)*

40) Quum Boleslaus iſte II. S. Stanislaum, qui ejuſdem vitia redarguit, A. 1079. 20 Maji ſacris operantem, confodiſſet, Gregorius VII atrocitate rei commotus, toti Poloniæ ſacris interdixit, Boleslaum diris devovit, eidemque Regnum ſolenni ritu abrogavit, Sanctus vero Ladislaus Rex, ad cujus patrocinium *(Cf. Crom. H. P. L. IV.)* exul confugerat, ſententiam Pontificis non modo ratam habuit, verum etiam Poloniæ gubernium Vladislao, ejus fratri, detulit. Pater eorum erat Caſimirus, Miſcislai ſeu Michaelis II, quem Turótzyus (C. 38) populari ſermone noſtro *Miskam* vocat, filius, ex Richeza, Ezzonis Ernfridi, Rhenano-Palatini Comitis, filia natus, quem ſcilicet pro addiſcendis manſvetioribus diſciplinis CluniacenſiMonaſterio concreditum Mater, promiſcuam Miſcislai libidinem pertæſa, ſublatis inter alios plures theſauros duabus Poloniæ ac Bohemiæ coronis, in maritum ſuum devolutis; ad Saxoniam *(Brunvill. Monach. ap. Kat. H. R. T. I. p. 413)* profugicas, non modo in Monachum attonderi admiſit, verum etiam memoratis Regiæ dignitatis inſignibus, Conrado Imperatori, (qui *Salicus* ideo appellatus eſt, quod Saxonicam Ditionem ſuam uſque ad *Salam* fluvium in Bohemiam extenderit) oblatis, bellorum in Apoſtolica, ſive Hungarica *(Turótz. C. 29)* Monarchia ſomitem accendit, quem ſubinde, Petro ac Salomone rerum potientibus, ab Henrico III. Conradi; & Henrico IV, tertii filiis, callido amicitiæ vinculo

ficis Stanislai, & animadvertentes, quomodo mirabilis in ſuis Deus Sanctis, miris virtutum prodigiis dignatus eſt eundem mirificare pluſquam admirabiliter Sanctum ſuum; & ideo cupientes ipſum honorare in terris, quem Deus glorificavit in Cœlis, pro remedio felicis animæ Patris noſtri, claræ memoriæ, Cracoviæ & Sandomiriæ Ducis Leztconis, & incolumitate generoſæ noſtræ Genitricis, Duciſſæ Primizlaviæ, (quam vere Boleslai Mater, Primislienſis Duciſſa dici potuerit, ac non potius filia ejuſdem Salomea, Galiciæ Regina vidua, eſſe debuerit, priora (*Not.* 16) ſufficienter evincunt) & noſtra, & ingenuæ Conſortis Noſtræ Cunegundis, præcordialis Filiæ Regis Inclyti Ungarorum, intuitu Beneficiorum & ſervitiorum, quæ Nobis Venerabilis in Chriſto Pater, Dominus Prandotha Epiſcopus, & Capitulum Cracovien-

culo ſufflatum, in apertas flammas erumpentem, Bela & Geyza, ipſeque S. Ladislaus, Magni Hungarorum, ſacluſis Partibus Reges, reſti xerunt quidem, ſed nuſquam obtriverunt.

Miſcislao interim ſive Miska Duce, A. 1034 decedente, Richeza in Poloniam redux, clavum gubernii, Polonis (*Cf. Dlugos. H. Pol. L. III. Crom. L. IV*) femineum regimen paulo poſt aſpernantibus, arripuit: quum Stephanus, Rex Hungarorum, interveniente Vaſulis vel Baſilii (*Turócz. C.* 33. 34), Cumaniæ Ducis, Nitriæ recluſi, Patruelis quippe ac deſignati Succeſſoris ſui, a Giſela, ejuſdem ſorore (*antea Vilhelmo, Burgundiæ ac Longobardiæ Comiti* (Kat. H. D. p. 603 & H. R. T. I. p. 608.), *A.* 996 *fatis cedenti, collocata, jam vero poſtquam in Hungariam una cum filio ſuo Petro, quod in Longobardia Veneta natus fuerit, ſubinde Veneti quoque nomen adepto, rediviſſet, Nitrienſi, Boronenſi* (Brunenſi), *& Sárvárienſi* (Olomucienſi, Cf. Anon. Not. C. 37. & Hübn. Geogr. T. III. p. 80) *Comitatibus Hungaricis proviſa, unde Turótzyo Regina* (hodieque cum eo, quod ſupereſt, Moraviæ) *dicitur, Gyulæ junioris, Tranſilvaniæ multati* (Cf. Turótz. C. 29. Anon. Not. C. 24. 27.) *filio, ex Nitrienſi cuſtodia elabenti, ac in Procopium* (Cf. Dubr. H. Boh. L. VI. Ditmar. ap. Kat. T. I. p. 642) *baptiſato, Bohemiæ Beliaenſis* (Belzimov, Pilgram) *Comiti nupta*), oculis orbati, miſerando caſu commotus " filiis ejuſdem (in Aula ſua Regia educatis) Andreæ ac Belæ (*Cf. Turótz. C.* 4. 15. 33. 38. 42.) conſuluit, ut ſalutem & corporum ſuorum integritatem conſervaturi „(*ad aliquam Hungariæ Partium, ubi amice reciperentur*) quantocius fugerent. Illi „ igitur ſalubri conſilio Sancti Regis acqvieſcentes (*fideli Servientium ſuorum turba ſtipati*) „ a facie malorum & doloſorum in Bohemiam (*ulteriorem ad Bracislaum, Beloslai II.* „ (Cf. N. 9. med.) *filium*) fugerunt " Verum Bohemis, amuſatione Conradi exhauſta, tranſierunt in Poloniam, & a Richeza, Miskæ Ducis Vidua, benigne ſuſcepti, Pomeranos, annua tributa pendere nolentes, conferto prælio vicerunt, Belæ inſuper Ducem ipſorum, eqvo deturbatum, ſingulari certamine congreſſus, interfecit, *Leventæ ſeu Pugilis* nomen, Richſam præterea, Richezæ ſil'am, & cum hac Pomeraniam aſſecutus. Quia vero Poloni geſtum Richezæ inſolens ex Petri ſententia regimen ſeditionibus, contra eandem excitatis, turbarent, Petrus Caſimirum, e Cluniacenſi

covienſe impenderunt, & ſunt in futurum, auctore Domino, præſtituri, omnes Villas Capituli Cracovienſis Eccleſiæ (a Boleslao I, ſive Ladislao Calvo fundatæ) cui memoratus Sanctus, dum adhuc vita ipſe potiretur præſenti, præſedit, in eadem Pontificali officio dignitate functus, interventu Venerabilis Sponſæ Chriſti, germanæ Sororis videlicet Salomeæ, quondam Galiciæ Reginæ, plena in perpetuum gaudere concedimus libertate: item ex noſtra devotione (iſthic Locorum ac Villarum, Epiſcopo & Capitulo Cracovienſi hoc Diplomate collatarum, nomina deeſſe, manifeſtum eſt) rationis arbitrio, decernentes, ut omnes liberi homines Capituli ſupradicti prædictarum coloni, & inhabitatores Villarum, eam

niacenſi Monaſterio liberatum, & in parem ſecum ſeritatem conſpiratarum Poloniæ præfecit quidem, verum paulo poſt a ſuis popularibus ejectum, Andreas Petro, ab erutis oculis defuncto, ſuccedens, Palatio ſuo (*Cf. Diploma Tihonienſi Cœnobio conceſſum ap. Kat. H. R. T. II. p.* 112, *ubi ſub populari nomine Polonico Zache ſubſcriptus legitur*) præfecit, Belam vero, iuniorem natu fratrem ſuum, eidem in Poloniæ Ducatu ſubſtituit, cui nempe A. 1055 in Hungariam (Tur. C. 42.), velut futuro Andreæ Succeſſori, evocato, Caſimirus, ejuſdem affinis, iterum in Polonia ſucceſſit, hoc autem ſatis A. 1058 cedente, Bela Poloniæ Ducatum præ Corona Hungariæ (*Idem C.* 44), quod Andreas interea filium Salomonem, in Monarchiæ Hungaricæ Regem, corona incinctum, genuerit, eligere ac reverti coactus eſt, unde nimirum A. 1060 cum exercitu redux, fratrem Andream, fortuna parum felici congreſſum & occumbentem, in ſolo Hungarorum excepit.

Quod Boleslaum I, Caſimiri Patrem, Turótzyani Anónymi (C. 15. 27. 42.) Zaar, ſive Album aut Calvum Ladislaum attinet, S. Stephani Patruelis erat, ac proinde Toxi, ex altero Sororum Michaele ſeu Miſcislao nepos, qui Juditha, S. Stephani Sorore, ob nuptias, pro inceſtis; habitas, A. 985 (*Cf. Cornid. Geneal. Reg. Hung. ap. Kat. T. I. p.* 479) dimiſſa, Premislava porro, ſecunda uxore, Vlodimiri, Chazariæ vel Albæ Ruſſiæ Principis, filii utpote Svatoslai, ex Igore & Olga ſuſcepti, filia, ex Anna, Baſilii Bulgaroctoni, Græcorum Imperatoris (*Cedren. & Zonar. ap. Stritt T. II. p.* 1009), Sorore, genita, ad Romanæ Eccleſiæ unionem traducta, erectis præterea duobus (Cf. Not. 9) Gneſnenſi & Cracovienſi Epiſcopatibus, necnon corpore S. Adalberti (*populariter* Voitich *ſeu* Voitec, *quod Bohemis ac Polonis diminutive Ducem ſignificat, e Zvzezislava, Phalitzini ſive Boleslai II.* (Cf. Kat. H. D. p. 604) *ſorore, adeoque Arpadana nepte progeniti*) Martyris, ex Pruſſia honorifice Gneſnam deportato, meritum pro eo ſufficiens adeſſe putabat, ut Patris Miſcislai exemplum (Cf. N. 9. med.) ſecuturus, per Coronæ a Romano Pontifice Silveſtro impetrationem, Hungaricæ toti Monarchiæ præficiatur. Verum S. Stephanus, in rem Chriſtianam longe plura operatus (Cf. Not. 10), & alloquin per directam Summorum Hungaricæ Monarchiæ Principum, ſive Imperatorum, lineam propagatus, atque matricem Partium Regionem gubernans, æmulo ſuo palmam jure merito præripuit, ut a Silveſtro per Coronæ ac Inſignium Græci orientalis Imperii collationem, Apoſtolicum Orientis Regem, plane ita, ſicut antea Leo III. Carolum M. velut Principem de Romana Eccleſia bene meritum, Romanorum occidentalium Regem, aut Imperatorem

hoertatem habeant, quæ adſcriptitiis Sacræ Cracovienſis Sedis inducta eſſe dignoſcitur ab antiqo, & per Nos poſtmodum roborata. Datum in Cracov per manus Fratris Bartholomei, Ordinis Minorum (41), mediatoris inter Nos ex una parte, & Capitulum Cracovienſe ex altera parte. Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto. Indictione XIII, XV. Kal. Junii, & poſtmodum confirmatum, & publicatum in colloquio habito apud Baſonam, eodem Anno Domini Nonis Septembris.

XXII.

---

torem, proclamavit, una cum ſucceſſuris, ritu præſcripto coronandis, Principibus, conſtitueretur. Corona hæc ſymbolica dependentes aureas novem catenulas (*Cf. Petr. de Réva de Sacr. Regni Cor. Hung. Kat. H. R. T. I. p.* 50. *Sam. Decſy. p.* 75.) habet, quibus, & Coronationi Regum noſtrorum præferri ſolitis novem vexillis, totidem Regna orientali huic Imperio adnexa, inde tamen a Conſtantini Porphyrogeniti (Not. 9. fin.) ævo, & Zoltani conſtitutione limitum, quos ab Oriente (*Cf. Anon. Not. C.* 57) definiri nec voluit, nonnihil variata, reſpondent ſequentia; utpote: ſolitaria poſterior catenula, quam laterales aliæ quatuor & quatuor ambiunt, Hungariæ, incluſa Tranſilvania, matrici Regno, velut præcipuæ Hungarorum ſedi, convenit; reliquis catenulis Bohemiæ; Poloniæ; Galiciæ; Lodomeriæ; Cumaniæ; Bulgariæ, incluſa (*Cf. Anon. Not. C.* 42) Servia; Croatiæ, incluſa itidem Stiria, Carniolia & Carinthia, nec non Dalmatiæ Regiones, tanquam Partes adnexæ, indicantur. Atque hæc Partium, *Magnis*, vel *Senioribus*, aut *Supremis* Hungariæ Ducibus obnoxiarum analyſis, eſt ratio, cur primi Reges noſtri ſe *Hungarorum* aut *Pannoniorum* Reges compellaverint, donec ſubinde Partium quoque nomina titulis Regum inſeri cœpiſſent. Sanctus equidem Ladislaus Belam I, Genitorem ſuum; *Regem Magnum*, appellat (*ap. Pray. Hier. P. I. p.* 268), ita etiam Belæ filius Geyza, qui Salomoni, adhuc minorenni A. 1063 in Corregentem (*Turótz. C.* 51. *Cf. Kat. T. II. p.* 282) datus erat, *Magnus Hungarorum Dux*, poſtea vero Salomone Rege, Anno 1074 conſerta pugna, victo, ſe in Moſonienſi & Poſonienſi Comitatibus conſtringente, ſuſcepta Regni, compellentibus Hungaris (*Turótz. C.* 53. 55. 56.), corona, *Magnus Hungarorum Rex*, ut a reliquis minoribus, inter quos jam Salomon quoque relatus erat, Regibus aut Regulis diſtinguatur, appellari conſvevit. Aperta hæc Regum totius Hungariæ a Regulis Partium, eidem obnoxiarum, diſtinctio ac eminens prærogativa etiam in Literis Gregorii VII, ad Geyzam 14. Apr. 1075 (*ap. Kat. l. c. p.* 362) datis, elucet: " Unde (*inquit*) nobis cura eſt, — „ quatenus inter te & conſanguineum tuum, Salomonem Regem, faciamus pacem, ſicque fiat in „ pace nobiliſſimum Regnum Hungariæ, quod hactenus *per ſe principaliter viguit, ut Rex ibi* „ *non Regulus* fiat. Verum ubi (Salomon) Rex ſubdidit ſe Teutonico Regi (*Henrico IV.* „ *Imperatori*), Reguli nomen obtinuit. Dominus autem injuriam, ſuo illatam Principi „ (*Geyzæ ſcilicet, ſummo Hungarorum Duci*), prævidens, poteſtatem Regni ſuo ad te ju„ dicio transtulit. " Diſcrimen igitur iſtud inter Hungarorum & Partium, eis obnoxiarum, Reges, propterea fuſius hoc loco illuſtrandum cenſui, quod Boleslaus, Cracoviæ ac Sandomiriæ Dux, Deceſſorem ſuum, Boleſlaum II, Polonorum (majoris quippe ac minoris Poloniæ) Regem vocet.

41) Poſteriora docebunt, unum e tribus, Regiarum Belæ Venationum locis, Detrico, filio Mohol, Servi-

XXII.

Bela Rex Comiti Jordano, Arnoldi Comitis de Scepus (42) filio, certam Regalem silvam (*ubi hodie inter alias possessiones Toportzinum est*), in Scepusio confert. A. D. 1256.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario illustris Familiæ Görgeyanæ habito. Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 134.

BELA, DEI gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens Scriptum inspecturis, salutem in omnium Salvatore: Regia Celsitudo, que sublevat bona subditorum, collaciones fidelibus suis factas, ne eis antiquitas valeat nover-

Servienti suo, ante septennium collatis, ac diserte Veresalma (Not. 22) nuncupatum, sive Mussinensem Districtum, ab Episcopis & Capitulo Cracovienſibus ad nostra usque tempora possessum fuisse. Detricus quippe, Veresalmensis ad, & ultra fluvium Mussina plagæ usum fructum capturus, facile sibi a Boleslai fidelibus persvaderi passus est, eandem ad Sandecensem sive Óvárienſem Comitatum, ac proinde ad Salomeæ Dotem, spectare, non vero Újvárienſem, vel, prout Belæ Donatio loquitur, Sároſienſem Comitatum pertinere, & alioquin sufficientibus curis agebatur, ut reſidua duo Venationum loca coloniis providere possit. Satis est, possessionem Veresalma, ad fluvium Tártza sitam, a Venationis Beiæ quarti, Detrico donatæ, loco, longe diversam, per Stephanum quiatum, ejus filium, testante Ladislai Cumani Diplomate anni 1285 (*Vide Wagnerianum Sároſienſe Diplomatarium p.* 297), Stephano, filio Czyze, collatam fuisse, atque adeo Mussinensi Veresalma cum Sároſienſi possessione Veresalma, quam subinde filii Detrici emtam, cum Kokos & Joanne, filiis Ricolphi, A. 1296 cambiarunt (*ibid. p.* 308), neutiquam confundi posse. Satis, inquam, est, Salomeæ opportunam plane occasionem faviſſe, ut illum Veresalmensem tractum, constructis a Boleslao hinc inde tuguriis, *ad suum & Monasterii opus* ab eodem fratre suo consequeretur quidem, verum Pontificio indultu (Not. 32) ad alienationem, pro Mendicantium Ordine faciendam, haud impetrato, in Capitulum & Cracovienſem Episcopatum, Bartholomæo, Minoritarum Provincisli mediatore, transferret. Privilegii hujus conclusionem, contra omne Boleslai Diplomatum, hactenus productorum, systema emanatam, historiæ temporum, non valori privilegiorum intenti, disputare nolumus, sufficiat indicasse, Boleslaum Diplomati huic ex illa, quam erga Belæ, Soceri sui, Donationem, pro Detrico factam, habebat reverentia, nec Sigilli sui munimen, neque Testium nomina, more alias consveto, adjeciſſe.

42) Castro scilicet Regio, qui Regiam per totum Comitatum in Judiciis (*Cf. S. Steph. Decr. L. II. C.* 43) personam sustinebat. Comites Regiorum aut Reginalium Castrorum (*S. Steph. D. L. II. C.* 42) primo erga indeterminatam, sub Colomano autem (*Decr. L. II. C.* 77. & 79 *Decr. Andreæ*

R.

vercari, literarum consuevit testimonio, perennare. Proinde ad universorum tam presencium, quam futurorum noticiam tenore presencium volumus pervenire. Quod cum Comes Jordanus, filius Arnoldi, Comitis de Scepus, a primevis puericie sue temporibus, nobis gratum exhibuisset servicium, & sedulum famulatum in legacionibus nostris in Ruthenniam (43), & Poloniam deferendis, ac in convocacione populorum ad Terram Scepus, de circumjacentibus Regnis, & diversis Regionibus congregatorum, nolens

---

R. aff. 29.) allisque Regibus erga tertiam proventuum, quos una velut Castellani etiam plerumque administrabant, partem alii aliis pro Regum arbitrio sufficiebantur, & omnia ea, quæ Nobilibus, perpetuis Castrorum Regni Comitibus, convenerant, perficere, eminentes utpote Casarum Parochiæ suæ Judices agere, ac pro re nata Milites, in duabus Castri tertialitatibus diffusos, contra hostem educere &c. solebant.

43) Ruthenorum origo ad Sarmatas, horum vero ad Medos refertur (*Plin. L. VI. C. 7. Mela L. IV. C. 3. Bochart. ap. Assem. T. I. p.* 200);

a) Sarmatarum quippe, antiquissimis temporibus Mæoticam & Caspiam paludem accolentium, potior pars, ad ulteriores Asiæ Septemtriones progressa, eousque oberrabat, donec circa A. C. 320 *Tebeluboejo*, novum in boreali Asia Imperium fundanti, jungerentur, &, quod initatione Hunnorum, vel Magyarorum, præcipuo Duci suo *Tanjoi*, sive *Ilfenfii* titulum attribuere præsumsissent, a Magyaris & Sinensibus *Geongen - i - ek*, nobis *Gögeny - ek*, hoc est *Superbi* compellarentur. Satis est Gögenyos Magyaris, Asiæ mediterraneæ dominantibus, continuo infestos, jam A. 448 per Atilam, Magyarorum sive Hunnorum (respectu Asiæ) occidentalium Imperatorem, *Oneg - ür - o*, Prisci Onegesio Duce, decies centenis hominum pecudumque millibus (*Priscy. Diff. de Avar. ad A.* 445. 448 & 449) traductis, coercitos, anno autem 553 a *Mok - kano*, Magyarorum orientalium Imperatore, penitus profligatos, finem Imperio suo fecisse (*Cf. Pray. ibid. p.* 185 - 191); pars enim ad Topaos profugiens, crudeliter cæsa est, ceteri Magyarorum orientalium tyrannidem fugientes, ab Askelo, Atilano per Irnachum pronepote, Magyarorum occidentalium Imperatore, in clientelam recepti sunt. Mikola interim (*Dugon. in Etelka p.* 243.) alicujus *Ó gor* - orum, seu veterum Magyarorum, occidentalem Volgam, quem Turci Nigrum (*Theophylact. ap. Strit. T. III. p.* 68. *T. I. p.* 574. 643) propterea vocabant, quod nonnisi ab ostiis Kamæ amnis albescere incipiat, accolentium, partis Dux, cum exigua *Oneg - ó - & Új - vár*-orum (*quæ nimirum castra hodie Karel - ó - gorod & Wj - burg dicuntur*) necnon Chunorum vel Chunorum, qui Metropolim Chue (seu Kioviam, nostis Kewe - hánam, a Kewe, mediocri natu Atilæ fratre, olim fundatam) habebant, ad decem millia evalentium, manu, assumtis adhuc facile ducentis *Gögeny*orum millibus, Caucasum versus processit. Postquam autem A. 555 ad Alanos vel *Alba* - nos, *Unog* - vel *Oneg* - uros (ab Oneg - ür - o, Albæ Sarmatiæ vel Russiæ olim Duce, ita dictos) & promiscuos Savirorum populos, Albæ Sarmatiæ defertores (*quorum nempe Hungarica periphrasis hæc est*: Zár - fzelt, Onogor - ok, Zaver - ok) pervenissent, gentes hæ magno metu perculsæ sunt, quod *Ó - gur* - os, *Gögenyis* intermixtos, pro Avaris homologis (Atilano - Caucasibus, inferiorem Volgam & Jaicum flumen accolentibus) habuerint.

b.)

nolens parcere rebus nec perſone, propter que ex Regali munificencia digne fuerat commendandus; Nos qui ex officio ſuſcepti regiminis, tenemur metiri merita ſingulorum, & unicuique laudabiliter pro meritis reſpondere, quandam ſilvam noſtram regalem in diſtrictu Scepes, ab utraque parte fluvii Poprad, inter indagines Regni noſtri, & confinia Polonie, & inter montes Scymina, & Alpes Thorchal (Cf. N. 24) exiſtentem, cum omnibus utilitatibus ſuis, & pertinenciis univerſis, ſecundum quod ad

L no-

---

b.) *Gögenyi* proinde cum Onego- & Kewe-Caſtrenſibus Ó-gor-is liberaliter habiti, errorem ſeſe honorantium amplectentes, Mikolam Ducem ſuum, deinceps Csá-kan-um (*Gentis Ducem*), ſe ipſos autem Avaros (*a voce* Avar, *qua ſe occiduo-Aſiatici primævam a diviſione Imperii Regionem retinentes Magyari, ab aliis Europæo-orientalibus diſtingui volebant, ita nuncupatos*) dici voluerunt; quorum bellicam operam oblatam qvum Juſtinianus Imp. A. 557 acceptaſſet, *Uj-gor*-is, hoc eſt: *novis Magyaris*, qui Metropolim ſuam ad oſtia Birumæ amnis, in Kumam fluvium ſemet exonerantis, *Madsiar* vocitatam, habebant, deinde *Salis* (Phaſin amnem (*Chron. Paſch. ap. Stritt. T. IV. p.* 228) accolentibus, & Græcos continuo infeſtantibus) Hunnicis gentilibus, debellatis; *Saveris* autem (vel Zavar-is, quorum centum millia A. 528. ad Græcos defecerant (*Theophan. ap. Stritt. T. I. p.* 577.), & in Iberiam collecata, Perſis perfide adhæſerant, everſis, ad Iſtrum, ac diſerte juxta *Novas ſuperiores*, hodiernam quippe veterem (*Theophylact. ap. Stritt. T. I. p.* 717) Orſovam, conſidentes, Pſeudo-Avarorum; partim vero ad Volgam una cum adventitio generis ſui Duce, in *Or-kan-um* (*Cf. Nicephori Or-gan-am ap. Stritt. T. II. p.* 51), ſive *limitaneum* contra Græcos *Ducem*, conſtituto (unde nimirum ipſi quoque Gögenyi populariter a Magyaris *Oroz-ok*, hoc eſt *limitum cuſtodes*, appellati ſunt) remanentes, *Bulgarorum* aut *Vulgarorum*, a Vulga vel Bulga fluvio Græcis ita dictorum, &, quod Slavis Europæis fere homologi fuerint, *Sclavinorum* quoque nominibus venerunt.

c) Dizabulo, Askelis filio, Turcorum ſive Hunnorum occidentalium Aſiatico-Europæorum Imperatore, apud juniorem natu filium ſuum Turumum in urbe Atila ſeu Etelvár aut Etelburg, ad lævam Volgæ oſtiorum ripam ſita, cujus veſtigia in recentioribus quoque Dœtſchianis mappis Viennæ A. 1787 editis, per voces: *rudera urbis Tartaricæ* indicantur, A. 576 (*Cf. Menand. ap. Stritt. T. III. p.* 57-) fatis cedente, inter filios ejuſdem, quorum ſenior Tardu Europæo-orientalis quoque Hunnorum Imperii partem, præter occiduo-Aſiaticum, ſibi attribuere, junior vero Turum nihil e contiguis ditionibus Europæis (*quarum limites alibi referemus*) cedere volebat, tantæ circa Imperii paterni diviſionem enatæ ſunt inimicitiæ, ut A. 580 in apertum civile bellum, pluribus annis duraturum, eruperint, malo pro parte Turumi eventu. Poſtquam enim Tardu Khanus omnes uſque ad Tanaim (*ibid. p.* 60. 65. *T. I. p.* 643) ditiones a Stenphiſchada (*hoc eſt:* Sten-*vel* Iſten-ſi-'s hadà-*tól*, *ſive ab orientalium Hunnorum Iſtenſio*, qui tunc *Arſilas*, rectius *Arſzlán*, ſive *Leo* erat, veterique Imperatorum axiomate utebatur) & copiis ejuſdem adjutus (*meg ſegéttetett*) occupaſſet, Tur Khanus copias ingentes, ipſis quoque Hunno-Pſeudavaris cum eorum Duce Bajano, ſibi obnoxio, evocatis, contraxit,

noſtram pertinuit Majeſtatem, eidem Comiti Jordano, & poſt eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum & poſteritatum ſucceſſoribus, dedimus, donavimus, contulimus, & tradidimus, jure hereditario, ac irrevocabiliter poſſidendam, eo titulo, ea plenitudine, eo jure, eaque libertate, qua omnes Nobiles Regni noſtri ſuas poſſeſſiones, poſſident, atque tenent. Conceſſimus inſuper eidem Comiti Jordano, & heredibus ſuis, ob ſpecialiorem favorem dilectionis; quod ipſum Jordanum Comitem, vel heredes ſuos, ac Jobbagyo-

---

traxit, & collatis cum fratre ſignis victor evaſit. Verum Tardu Khanus, unitis trium ſuorum Ducum viribus A. 596 in campis Ikar (*hoc eſt: intra geminum* (Hungarice ikar vel iker) *Tanaim*) late patentibus, cum Tur Khano congreſſus, eum fortiſſime dimicantem non modo trucidat, verum etiam Bajano, in fugam (quam eidem, ad Iſtrum reduci, Priſcus, Mauricii Dux (*Theophylact. ibid. p. 718*) objecerat, conjecto, victor ad Imperii dem ſedem ſuam, ſub aureo monte (*Eg-tag*) ſitam, populariter Úr-kény (*hodie Urkend*) dictam, reverſurus, Atilam urbem ſolo æquavit, ex qua nempe Tur Khani vidua opportune ad Irtiſchi oſtia, unde paulo antea Kótza-gor-i exceſſerunt, cum filiis ac fidelium ſuorum turba evaſerat, quorum nempe oſteri, quod nullius unquam Khanorum imperio ſubfuerint, Conſtantino Porph. (*ap. Stritt. T. III. p. 607.*) Zabad-eos-phal-i dicuntur, & ex hacce Chazarorum vicinia ſubinde Imperium Atilano-Europæum jure poſtliminii (Not. 1) inſtaurare meruerunt.

d) Græci, de ſe alioquin ſolliciti, hac Europæarum rerum Hunnicarum turbatione uſi, non modo pepetuam cum Crobato, Hunnorum Or-khano, pacem conciliarunt, verum etiam Patriciatus honore auctum (*Niceph. CP. p. 16*) eo induxerunt, ut idem circa A. 632 Batbajam filium, de Regni ſucceſſione cum Hudino, Hunno-Pſeudavarorum Duce, arma collaturum, irrito tamen eventu, exmiſerit. At Crobato, fatis erepto: „ Numeroſa Chazarorum (*quos etiam Turcos* (Cf. Theophan. Anaſt. ap. Stritt. T. II. p. 504. T. III. p. 550) *vocant*) „ genus ex interiori Berzelia (*Belo-zeriæ*), quæ eſt primæ Sarmatiæ (*Albæ Ruſſiæ*) „ receſſu prorupit; omnibus (*perfidorum Bulgarorum ſive Gögenyorum*) uſque ad mare „ Ponticum ſub ditionem ſuam redactis, trans fluvium (*occidentalis Volgæ*) poſitis provinciis: Batbajam primogenitum in patrio ſolo (*ad Volgam, ubi homonyma metropolis Bulgar hodiedum extat*) - conſiſtere; ſecundum natu Cotragum, Tanai fluvio (*quem Theophanes cum aliorum Volga confundit*) trajecto, ex adverſo fratris primogeniti ſedes ponere, ſibique ſubeſſe; quartum & quintum in Pannoniam recedere; tertium denique Aſparuch „ vocatum, Avarorum Principi (*Hudino*) cum ſuis copiis immediate ſubdendos, Danapri & „ Danaſtri fluminibus trajectis, ad Onclum (*Oltum vel Alutam fluvium, quem Theophanes ob inexpugnabilem Vallorum Hunnicorum conſpicuam ad oſtia ſtruem ita Græce compellavit*) habitationem collocare juſſit. “ Aſparuch interim, Katanum, Hunno-Pſeudavarorum Ducem, Hudino ſuccedentem, expeditione in Rhætiam ſuſcepta, profligatum, aſpernatus, “ cum ſuis Bulgar's anno Conſtantini Pogonati XI (C. 680) die 6. Apr. trajecto Iſtro in Mæſiam irrupit (*Cedr. Zon. Conſt. Proph. ap. Aſſem. T. I. p. 485*), „ &, Sclavinorum ſeptem generationibus, illic degentibus, in poteſtatem redactis, ditionem ſuam „ trans Iſtrum non modo dilatavit, verum ipſos etiam orientales Romanos ſibi veſtigales fecit. “

At-

bagyones ipſius, quos ad ipſam terram proceſſu temporis poſſet convocare, ſeu congregare, nullus Comes noſter de Scepus, pro tempore conſtitutus (quorum alter Caſtro, alter Diſtrictui Saxonum Regiorum præfuit) valeat, ſeu preſumat judicare; ſed omnes cauſas inter Jobbagyones ſuos exortas, tam furta, quam homicidia, ſeu effuſiones ſanguinum, ac eciam latrocinia, & alias minores qualiumcunque cauſas accidentes, idem Comes Jordanus judicabit, ipſe vero Jordanus Comes in omnibus Cauſis contra quoslibet, in preſencia noſtre Majeſtatis (quam Palatinus in Curia Regia ſuſtinebat) tenebitur comparere, & ad plenum reſpondere; & eundem

Atque ab hoc tempore Aſparuchi Regio, Moſia quippe inferior cum hodierna Valachia, *Bulgariæ minoris* vel etiam nigræ (*Conſt. Porph. & Chalcocond. ap. Stritt T. II. p.* 1042. 1052); Bathajæ vero & Cotragi ad Volgam & Tanaim Regiones, Chazaris vel Turcis Belo-zerienſibus, in hunc uſque diem, quo Theophanes hæc (*ap. Stritt T. III. p.* 553) longe ſerius, anno ſcilicet 817 vivens (*Stritt. in Præfat. T. I. N. VIII*) adhuc ſcribebat, tributariæ, partim *Magnæ Bulgariæ*, partim etiam nomine Chazariæ veniebant, ut adeo Bulgaros, vel potius Gôgenuyos, Tanais Volgæque accolas, pro Pſeudo-Chazaris ideo habere debeamus, quod cum genuinis Chazaris, vel Turcis, Belozeriæ ſeu Albæ Ruſſiæ prædominantibus incolis, confundi nequeant.

e) Mortagon Crumi, utriuſque majoris nempe ac minoris Bulgariæ Principis, ſucceſſor, gravem *Eunedi*, Beli (*vel Chazariæ*) Csá-khani (*cujus nempe filiam Emeſam Ugekus* (Anon. Not. C. 5. & 7. Turotz. P. II. C. 1.) *Hunnorum, in hodierna occidentali Siberia, Conſtantini Porph. Szabad-ôs-fali-a, diffuſorum, inter alios Dux* (Cf. Not. 1), *A.* 819 *uxorem acceperat*) ob Chriſtiana ſacra, ſub tricennalibus induciis per Græcos captivos propagata, indignationem veritus, multos ad Chriſtianam fidem d ferendam ruſtra perſvaſos, circa A. 824 acerbe interfecit quidem, ſed tanto majore cum fidei orthodoxæ incremento. *Vladimiro* quippe (*quod magnæ Regioni dominaretur, Sclavinice ita dicto, Græcorum Valdimero, a quo nimirum Bunda, Suſdaliæ Civitas* (Cf. VI) *Vlodimeria dici cœperat*) in majore; *Bogore* autem in minore Bulgaria Patri ſuo Mortagoni ſuccedentibus, Macedonici aliique Græci captivi rem apud Pſeudo-Chazaros eo dirigere noverunt, ut fidei Chriſtianæ, ſecurius amplectendæ gratia, Theophili Imp. clientelam aſſumerent, ipſeque adeo Vladimerus cum Pecho, uno e Grecis potioribus captivis (*Cf. Conſt. Porph. & Leon. Gram. ap. Stritt. T. II. p.* 563-566.) conſpirans, caſtrum ſibi ad minoris Tanais (*Donetz*) fontes, partim contra Chazaros Eunedianos, annua tributorum exactione moleſtos, partim vero ad incurſiones Patzinacarum ſive Avarorum, Volgam & Jaicum fluvios (*Cedr. & Conſt. Proph. ibid. T. III. p.* 796-) accolentium, verſus majorem Tanaim arcendas, erigendum expetierit. Theophilus, hac Pſeudo-Chazarorum adhæſione animatus, Petrona illico cum numeroſis Græcis in Pſeudo-Chazariam (magnam quippe Bulgariam) exmiſſo, urbem Sarcel (*nobis Zárbel*), quod apud ipſos (*genuinos nempe Chazaros vel Hunnos*) hoſpitium album ſignificat (*hodiernis vero Ruſſis eodem ſignificatu, Bielgorod dicitur*) A. 834 conſtrui, ac non modo

hanc

Comitem Jordanum in corporalem poſſeſſionem ejuſdem ſilve per Detricum, filium Vikon, Comitem de Scepus, & per diſcretum virum Dominum Albertum Abbatem de Scepus (Schavnik) dilectos, & fideles noſtros, fecimus introduci. Cujus ſilve mete & termini, prout nobis iidem Detricus Comes, & Dominus Albertus Abbas, quos nos ad reambulandam ipſam ſilvam tranſmiſeramus, perſcripſerunt, hoc ordine diſtinguuntur: prima meta, ſeu terminus incipit, in parte Regni noſtri verſus Poloniam tendendo in aſcenſu cuſtodie (Eurvel Straska) uſque montem niveum, Thorchol vocatum, deinde directe vadit ad quendam parvum rivulum, fluentem in quadam valle ſupra villam Podolin, & infra aquam, Toporch vocatam, & abinde de illo rivulo directe eundo vadit ad fluvium Poprad vocatum, & per ipſum fluvium deſcendendo verſus orientem vadit uſque in fluvium Lyblo vocatum, & per ipſum fluvium aſcendendo, vadit uſque ad caput ejuſdem fluvii, & de capi-

---

hanc auſtralem Chazariam per conſtitutum in Cherſoneſo Taurica Prætorem adminiſtrari, verum etiam Macedonicos, una cum Baſilio, 25 annorum Juvene, poſtea Imperatore, alioſque Græcos captivos, beneficio navigiorum, Bardæ Macedoni concreditorum, A. 837 per CPolim in Patriam revehi curavit.

f) Anonymus, Annalium Bertinianorum Auctor (*ap. Aſſem. T. I. p.* 239.), teſtatur, Gentem Sveonum (*Svevorum ſive Svecorum, Baltici maris, quod Plinio Sinus Codanus, a Gothis ita dictus, Ptolemæo Venedicus, Tacito autem mare Svevicum appellatur, accolarum*) RHÓS dici, Regem vero eorum Chacanum (*CSÁ KANUM, Cf. Dugon. Etelk. p.* 250. *not.* 49) vocari, cujus Legati A. 839, itinere per barbaras & nimiæ feritatis Gentes immaniſſimas (*paulopoſt nomine Ruthenorum venturas*) CPolim confecto, alia ſecuriore per Germaniam via rediverint. Legationis hujus præcipuum inter alia caput fuiſſe, ſubreptitiam auſtralis Chazariæ jurium perturbationem, dubitari nequit. Rerum porro adjuncta probant, ſub CSÁKANO Gentis Rhos *Eunedum*, Ugeki Socerum, intelligi, qui duos præterea filios *Hulekum*, orientalis, & *Ruricum*, occidentalis Bellæ poſtea Duces habuerit, quorum ille quidem ſubinde paternam Belozeriæ ſedem occupaverit, iſte autem avitam Ducalem in Carelia Svecica, diſerte in Karelogorod (*etiam Keksholm dicto, nobis Karel-Ó-vár, hoc eſt in veteri Careliæ caſtro*) ſibi aſſignatam ſedem, Novogrodum transtulerit. *Ovárino* huic correlativum eſt *Wiburg*, ſive *Új-vár*, novum Caſtrum. Culcinius (*ap. Aſſem. T. IV. p.* 5.) ex Annalibus Ruſſiæ, qui Stepennia Knighi, ſeu Libri gradales nuncupantur, docet: Ruricum Várægorum (*vel Ruſſorum Caſtrenſium, ab Ó-& Új-vár Caſtris ita dictorum*) Ducem Novogrodi (*quod in hac* Rufforum, *Germanicæ*; Gögenyorum, *ad plura centena millia evalentium, A.* 448 *ab Onoguro Atilani Palatii Comite, ex Aſia traductorum, Slavicæ; ac ipſorum quoque* Onogurorum *Cuno-Magyaricæ originis populorum, commixtione, Conſtantinus Porph. Nem-ó-gard-am, hoc eſt: Non vetus Caſtrum, per Onoguro-Ruſſos, ut a duobus Caſtris prioribus diſtinguatur, ita dictum, recte vocat*) ſedem ſuam delixiſſe, ac Ducatum annis 17 (*ab A. ſcil.* 861 ad 878) exercuiſſe.

g)

capite ipſius fluvii vadit ad montem Scemene vocatum, & de ipſo monte tendit, & vadit, ad caput fluvii majoris Lompnicha vocati, & deinde tendit, & vadit iterum ad partem, ubi prima meta eſt incepta, & ibi terminantur. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam eidem Jordano Comiti noſtras conceſſimus Literas duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Smaragdi, Albenſis Eccleſie Prepoſiti, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, Regni autem noſtri Anno Viceſimo primo.

g) Memorati captivi & Chriſtianæ Græcorum operæ, ad propria reverſæ, ſui non minus, quam Religionis Chriſtianæ deſiderium apud Gôgenyos reliquerunt. Miſſis proinde A. 846 ad Imperatricem Theodoram Legatis, nonnullos ad ſe ſpectatæ pietatis doctrinæque viros, divini verbi præcones expetierunt. Illa initis cum S. Ignatio, urbis Regiæ Patriarcha, quem Sedi huic eodem anno menſe Julio præfecerat, conſiliis, *Cyrillum* Theſſalonicenſem Monachum, Græcæ, Latinæ, Slavinicæque linguæ peritum, antea Conſtantinum vocatum (*Cf. Baudur. ap. Stritt. T. II. p. 965 n. l*) eo cum ſucceſſu exmiſerat, ut idem, aſſumtis compluribus ad ſacram expeditionem hanc ſociis, Vladimero vel Bogare (*ſeu Bulgaro, per eminentiam ita dicto*), eorum Principe, in Michaelem baptiſato, Bulgarorum ſive Gôgenyorum aut Pſeudo-Chazarorum gentem, ad Volgam, Tanaim & Boryſthenem fluvios diffuſam, fidei cognitione imbutam, *ſacriſque undis & chriſmate* ab ore draconis flammivomi *liberatam*, unde ſcilicet ipſi Pſeudo-Chazari ex vocabulo Græco *Roos*, contracte *Rus*, quod *undam* vel *fluentum* & *Rythenos*, quod a verbo *ryomai*, *liberatum* ſignificat, a Græcis quidem & Latinis *Ruthenorum*, a ſeipſis autem *Ruſznak*-orum nomine appellari cœperunt, intra decennium Chriſto adjecerit, quos nempe Photius ipſe, Ignatio ſede ſua ejecto, Eccleſiam CPolitanam ab A. 857 uſque 867 deformans, ad Schiſma incaſſum pertrahi quæſitos: *crudelitate ac cædibus omnes alias gentes ſuperare* (ap. Pag. T. II. p. 651), *atque Ruthenos dici teſtatur*. Quum interea *Methodius*, Cyrilli frater, aliique Presbyteri diſtinctam in minore Bulgaria meſſem Apoſtolicam feciſſent. Alter enim Bogar, ſive Bulgarus, ejuſdem Princeps, compoſita cum Græcis (*Sym. Logoth. Leo Gram. Georg. Mon. Conſt. Contin. ap. Aſſem. T. III. p. 8-*) A. 860 pace, conſpectaque terribili, quam Methodius confecerat, ſecundi Dominici Adventus pictura, Chriſtianam Religionem amplexus, a Michaele Auguſto, Michaelis itidem nomen accepit, exemploque hoc primum ejus domeſtici baptiſati ſunt, deinde, tumultuantibus primoribus, opreſſis, populum quoque ſacro baptiſmate initiari fecit, tum vero, quod gens locorum anguſtiis premeretur, Regionem trans Hæmum ſitam (Bulgari Sclavini *Za-goram*, hoc eſt: *transmontanam* vocant) a Michaele Imperatore petiit & obtinuit. Eandem Nicetas (*in vita S. Ignatii ap. Aſſem. T. III. p. 34-*) utrorumque, illorum quippe, jam Ruthenorum, & horum, ſcilicet Bulgarorum, converſionis epocham (a Ruſſorum converſione tardius, anno quippe 870, occepta diverſam) refert.

h) Ratislaus quoque, Moravæ Princeps, audita Bulgarorum converſione " miſſis ad „ Michaelem Legatis (*Cf. priorem SS. Cyrilli & Methodii vit. ab Henſchen. edit. ap.*

„ *Aſſem.*

XXIII.

Boleslaus, Cracoviæ & Sandomiriæ Dux, terram Sandecenſem (*orientalem, quippe Comitatus Óvárienſis partem*) Dominæ Cunegundi, Beke Regis filiæ, conforti ſuæ, in compenſationem pecuniarum ejus paraphernalium, perpetuo poſſidendam confert. A. D. 1257.

EX AUTOGRAPHO, coram limitanea Hungarico-Galiciana Commiſſione per Galicianos producto.

IN

„ *Aſſem. l. c.*), — talem hominem ad partes illas dirigi petiit, qui populum in legendo eru-
„ dire, — ac divinæ legis ordinem oſtendere valeat. — Imperator Cyrillum & Methodium fra-
„ tres — in terram Slavorum — tranſmiſit. — Manſerunt ergo in Moravia (*Magna*) per
„ annos quatuor & dimidium, & direxerunt populum illius in fide Catholica, & ſcripta ibi reli-
„ querunt omnia, quæ ad Eccleſiæ (*Ritus Græci*) miniſterium videbantur eſſe neceſſaria.
„ His auditis, Papa Nicolaus, valde lætus, ad ſe illos literis Apoſtolicis invitavit. — Mox
„ igitur iter ingreſſi, duxerunt ſecum aliquos de diſcipulis ſuis, quos ad Epiſcopatus honorem
„ recipiendum dignos eſſe cenſebant. — Sed quum ante non multos dies (*Idib. Novembr. A.* 867)
„ Papa Nicolaus tranſiiſſet ad Dominum, Adrianus II. eidem (*19. Kal. Jan.*) ſucceſſit "
„ qui Cyrillo, ſatis, incunte A. 868, Romæ erepto, Methodium in Archiepiſcopum Pannoniæ
(*Cf. Leges Eccl. Comitis Ign. de Batthyán T. I. p.* 338) conſecratum, ad Moraviam re-
miſit, ubi etiam A. 910. (*Timon. L. II. C.* 16) ad plures abiit. Ex præmiſſis patet, Slavos,
aut Bohemos & Moravos, non modo a Ruthenis diſtingui, verum etiam Ruthenianam longe ſupra
utraque Tanaim protenſam fuiſſe, quam ſcilicet, ſicut Græci Chazariam, plane ita ſerius cum
Latinis Ruſſiam vocarunt. Necte his ea, quæ de Almo & Levedia (Not. 1) retulimus.

1) Jordanus proinde Legationes apud Danielem, Belæ fiduciario jure ſubjectum, Ruthenorum Regem, Domicilium Volodimeriæ Suſdalorum habentem, populariique Tzari (*ſeu Regis*) titulo uſum, Ratislai ſcilicet, Galiciæ una & Sclavoniæ Ducis, ac Belæ Generi (*Cf. Kat. T. VI. p.* 81 - *Timon. in nov. Hung. C.* 13.) æmulum, bello ſecum decertantem, eo ſucceſſu obiverat, ut Daniel non modo ad obſequium rediret, verum etiam filius ejuſdem Leo, accepta uxore, filia Belæ (*Longin. Hiſt. Pol. L. VI. Pray Annal. R. H. P. I. p.* 324) Conſtantia, non tantum Patri ſuo Danieli in Lodomeria, verum etiam Ratislao circa A. 1263 (*Cf. Kat. ibid. p.* 413) obtenti, in Galiciæ Ducatu ſuccederet, urbemque a nomine ſuo Leopolim dictam, fundaret. Cujus nempe filius, itidem Leo, Hungaris Lothka dictus, æque Dux Galiciæ, Carolo, Hungariæ Regi (*Turócz. P. II. C.* 98) A. 1338 in Caſtro Viſſegrad fidelitatis homagium præſtitit, ob quam ultimum ſubjectionem, teſte Bonfinio, Ruſſi defunctos Reges Hungariæ rafa barba lugebant.

IN Nomine Domini Amen. Quoniam plaſmator Hominis Deus, poſt creacionem primi Prothoplaſti volens, ut propago humani generis pociora primordii ſui nanciſci valeat incrementa, previdendo & predeſtinando, liquidoque preoſtendens in ſe Individue Trinitatis unitatem, legitur dixiſſe: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adjutorium ſimile ſibi, ut hac sanccione indultove ſalutari, inter cultores fidei orthodoxe, carnis identitas, prolis pluralitas, pacis tranquillitas in univerſi orbis plantario uberius creſceret, Domino irrigente: Hinc eſt, quod nos Boleslaus, Dei gracia Dux Cracovie & Sandomirie, notum eſſe volumus, preſentibus & futuris, preſencium noticiam habituris; quod nos, ab ineunte etate nutui ac beneplacitis optimi conditoris geſtientes parere per omnia, & ut melius & quiecius, opitulante Deo, poſſemus noſtri Principatus gubernacula poſſidere, de Conſilio maturo venerabilis in Chriſto Patris, Domini Vislai, Cracovienſis Epiſcopi, Decretoque omnium Optimatum noſtrorum & Baronum, adjutorio Dei previo, convinximus nobis copula maritali, generoſiſſimam Dominam, Dominam Cunegundim, Illuſtriſſimi Regis Hungarie, Domini Bele, filiam, non ſolum auro, argento, & lapidibus preciosis, glorioſe regali providencia & magnificencia ditatam, verum virtutum eciam ac nobilium morum dotibus plurimum redimitam, quæ inſpirante Deo temporalis ſuffragii adminicula nobis tempore noſtre permaxime neceſſitatis preſtitit copioſe, ut ex his, que ſubnectuntur, liquebit luculenter. Cum enim tempore malo, permittente Deo, peccatisque noſtris exigentibus, Tartari terras, nobis ſubjectas, mucrone crudeli depopulati fuiſſent, terramque ſubito & inopinate debriaſſent profluvio ſangvinis Chriſtiani, denumque, pereunte cultore, omnia deperiiſſe viderentur. Nobis more principali ac magnificencia omnibus gracioſum reddentibus, nil perfunctoriarum pecuniarum ſub duri cordis lapide, ex inolite largitatis, imo laudabilis prodigalitatis ſitibundo eſtu avaricie retinentibus, magiſque nobilis milicie cohorte, quam diviciarum, vel pecuniarum cumulacione, in archivis deliteſcentibus, noſtre conſciencie ſtipati mercedem gaudemus, ac ob id conſequenter ad notabilem inopiam fuiſſemus devoluti, ex eo, quod ſtipendia ſolita milicie noſtre, unde ſolveremus, penitus non inveniremus, & ex premiſſis ſepedicta venerabilis glorioſa Domina, Conſors noſtra Chariſſima, cernens nos plurimum anxiari, in ineffabili & inffallibili glutinio fervide charitatis, quo noſtris aſpectibus jugiter inheſit concitata, compaciens ex intimis, ſepe dictas pecunias ſui dotalicii per plures vices in penſionem ſtipendiorum, jam dictorum, largiſſue exhibuit expendendas (44), ea tamen condicio-

44) Dicit Boleslaus, omnem Cunegundis allaturam, in ſtipendia militaria erogatam fuiſſe. At nullum belli, per Boleslaum geſti, niſi aliquod cum Henrico, Sileſiæ Duce, Neoforenſi, Oſvicimenſi & Zatorienſi terris ejecto (Not. 26) interveniſſe admittamus, indicium reperitur. Tatarorum autem parti, A. 1241 per Poloniam & Sileſiam in Hungariam feſtinanti, ſe non oppoſuit, verum ad Socerum ſuum Belam cum omni Familia & ſupellectili evaſit, dein vero quum Polonia eidem longe tutior, quam Hungaria eſſe videretur, ad villam ſuam Corcin (Schorſtein), ubi nempe præſens quoque Diploma emanavit, ſe receperat, in cujus turri, edito ad levam Dunajeci ripam colli, e regione arcis Nedeczenſis, impoſita, conſque delituit, donec Poloni de Ducatu

dicione adjecta, coram aliquibus Nobilibus Terre Noſtre, ut, data ſibi fide, ſepius dictam pecuniam mere & integre, ac ſine omni diminucione, tempore & loco ſolvere obligaremur, quod & fecimus, preſtantes ſibi ſuper noſtris ſponſionibus debitam caucionem, & quod tantas pecunias, ad quas nos ſolenniter & fideliter obligaveramus, tempore & loco, ut premittitur, perſolvendas, urgentis neceſſitatis ſtimulo impellente, atque, quod promiſeramus, crebris & variis infortuniis ſuccedentibus, dum ad ſolucionem tantarum pecuniarum inſufficientes & invalidi reperiremur, uſi ſalutari Conſilio venerabilis Patris Domini Prandote, Cracovie Epiſcopi, & ex Decreto omnium noſtrorum Baronum, ac unanimi voluntate pariter & aſſenſu, Terram Sandecenſem pure & integre, & ſine omni diminucione, cum pleno Dominio, ſicut ipſi tenuimus, tibi damus & conferimus, irrevocabiliter tradimus, & in perpetuum poſſidendam cum pleno Dominio Thelonei & omnibus attinenciis, pertinentibus ad eandem, ſylvis, uſque ad metas Hungariæ ſe ſe extendentibus, (45) fluviis, piſcaturis, piſcinis, tabernis, molendinis, pratis, paſcuis & omnibus aliis attinenciis, & pertinenciis, quibuſcunque nominibus cenſeantur, ita quod dictam terram, liceat ſibi vendere, commutare, donare, locare, & quolibet modo a ſe alienare. In qua Terra noſtris ſuccedancis nihil aliud Juris relinquimus, niſi Jus, in ſolacium prefate noſtre conjugis predilecte, tuicionis, defenſionis, & conſervacionis, ut generoſa Domina, ſi nos, vocante Domino, prius de ergaſtulo carnis migrare contigerit, ſolaciis delibuta, ac ſuffragiis ſuffulta, in gravamen temporum, quoad vivet, aut poſt obitum ſuum terram memoratam alterius gentis non applicet populo, aut a Polonica natio-

---

catu ejuſdem, quorſum devenerit, ignorati, in Henricum Calvum, Henrici Pii, a Tataris in Sileſia cæſi, filium, transferendo concluderent. Habebat porro Bela pluſes in Ruſſia expeditiones, quin veſtigium aliquod occurrat, ut a Boleslao, Genero ſuo, hujuſque militia fuiſſet adjutus. Bela in Diplomate A. 1245. (*ap. Kat. ibid. p.* 82. *e*) Comitem Prinz, filium Comitis Raynaldi, laudat ob ſervitia " quæ a primis pueritiæ temporibus, — nobis impendit, tam in corpo„ re Regni Hungariæ, quam in *Partibus Ruſſiæ*, quoties ad exercitum illuc nos ire contige„ rat." E quibus Belæ verbis eruitur, theatrum belli aliquot annis in Ruſſia Hungarica, quæ Galiciam & Lodomeriam complectitur, apertum fuiſſe. Habebat, inquam, Boleslaus plures nobilem militiæ cohortem ſuam in vicinitate Ruſſica pro Socero Bela, & affine Ratislao producendi occaſiones, & non fecit. — Ut adeo militarium ſtipendiorum ſimulatio ad involvendam notabilem Hungaricam Cunegundis allaturam, ne caduca evadat, in villarum, pro Cracovienſi Ducatu deſtinatarum, locationes profuſam, potiſſimum pertinuerit.

45) Quos Latini *Carpaticos* montes vocant, eos Poloni & Galiciani *Beskid*, Slavi *Karpak*, veteres Hungari *Howos*, ſubaudito epitheti hujus nomine ſubſtantivo *Erdö* vel *Tatur*, quorum ſcilicet priore *havas erdü*, nivoſam ſilvam, montibus quippe Carpaticis aſperam; poſteriore autem *howos Tatur*, nivoſos Regni limitum *Satellites* vel *Satrapas* intelligimus, appellarunt. Vox enim Tatur (*Cf. Anon. Not. C.* 18 & 57) eſt vetus Hunnica radix alterius vocis Tatarorum, quod Gyngis (*nobis Gyöngyös*) Khanum, ſtipaverint, ipſique Duces ejuſdem, ad ſubigen-

natione divellat indignata (46), ſed ſemper materno affectu ac fide illibata, quam ad gentem ſupradictam, inviolabiliter immutabiliterque tenuit, ipſam egentem confovendo, indeſinenter foveat, more ſolite pietatis. Ut autem hec noſtra irrefragabilis donacio, imo verius incomparabiliter minus ſufficiens retribucio, ac recompenſacio, obtineat robur perpetue & inconcuſſibilis firmitatis, & ne aliqui, inſtigante ſpiritu malicie & nequicie, timore Dei prorſus abjecto, pluries dictam Dominam, vel legitimos ejus ſucceſſores preſumant injuriis vel moleſtiis quibuslibet, modo quolibet, indebite laceſſere, preſentem paginam, ſuper his diligenter confectam, ſigillo noſtro fecimus communiri. Acta ſunt hec in Corcin (Schorſtein), villa noſtra, Anno ab Incarnacione Domini Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Sexto nonas Marcii. Preſentibus his teſtibus: Illuſtribus Caſimiro, Cujavienſi & Lancicienſi, Zemovito, Maſovienſi Ducibus; Sanctiſſo Gnesnenſi

M

---

bigendas Regiones exmiſſi, hoc nomine per excellentiam compellati fuerint (*Cf. not.* 13. d), ita dictorum. Circulus iſte ſatellitum aut ſatraparum Carpaticorum, ſive, prout Hungari actu vocamus, *Havaſok* vel *Tátrák*, inde a fluviorum Temes & Cſerna fontibus hodiernam Tranſilvaniam a Valachia, fluvio Aluta perruptus, dividit, porro Cumaniam occidentalem a Tranſilvania per metalem Oytoſenſem & Ghimeſenſem Alutæ; Berctzenſem Maruſii; denique Mezeſinam (*Cf. Anon. Not. C.* 26. *Turótz. C.* 49) Portas, Borgenſem quippe ac Rodnenſem paſſus, Samuſii fontibus adſitos, dirimit, dein Galiciam ab ulteriore Silvania per Magnam Galiciæ, fontibus Nadjag in Maramaroſienſi; & Antiqnam Galiciæ ſeu Fritskenſem, fontibus Topla, fluviorum, in Sároſienſi Comitatu, exiſtentium, adjacentes portas; ac Poloniam, Sileſiæ junctam, continuata ſerie, altero tamen amne Popradǫ (Cf. Not. 2) infra novam Sandeciam perruptus, divellit, hinc hodiernam Moraviam, ubi ad Moravæ fontes Hungarica olim duo Caſtra Borona (*Bruna*) & Sárvár (*Olomucium*) proſtant (*Cf. Anon. Not. C.* 37. *Hübner. Georg. T. III. p.* 80), a Bohemis ſeparat. Fauces igitur vel indagines Carpatorum auſtrales, olim ſilvis horridæ, ac per Henricum Sileſiæ, necnon Boleslaum, Cracoviæ Duces, utplurimum impopulatæ, metis Hungariæ includuntur. Atque hunc majorem minorum Carpatorum ſive Tatrarum, non vero minorem illum majorum gentilitiorum (*Cf. Not.* 2 & 11 *med.*), a reliquis divulſorum, ac per excellentiam ita vocatorum, Carpatorum vel Tatrarum circulum, ab Arpade nec non Zultano pro metali conſtitutum fuiſſe, Anonymus, Belæ I. Notarius (C. 17. 18 & 57), teſtatur.

46) Hæc alieni juris, limitanei quippe Hungarici, notitia, fuit unica ratio, cur Boleslaus, minorem Poloniam in ſolo Hungarico dilatare ſtudens, Cunegundem, ſuam Conſortem, tam ſolicite obſtrinxerit, ne Terram Sandeconſem, ſive Comitatum Óvárienſem (Not. 11), a Polonica natione divellat. Certe vel ſola hæc Boleslai ſolicitudo, firmum Hungarorum, fluxum vero & nullum Polonorum Jus in Terram Sandeconſem, tantoque minus in Scepuſienſem probat. Si Terra hæc ad Poloniam de Jure aliquando pertinuiſſet, nihil plane, quod Boleslaus metuat, habuit. Sed enim, quemadmodum Miſcislaus I. (*Cf. Not.* 9. *med.*) & Boleslaus I. (*Cf. Not.* 40. *fin.*) æmulationis inter Hungaros & Patzinacas, veteres æmulos (*Cf. Not.* 1. *fin.*), Slavis, jam vero Polonis, intermixtos, facem denuo accendit; Vladislaus porro (*Cf. Not.* 40. *init.*) Boleslai II. frater, Henrico IV. una cum Wratislao, Bohemiæ Duce, perfidus adhæſit, Boleslaus deni-

nenſi Prepoſito & Cancellario Ducis Caſimiri; Fulcone Cracovie & Sandomirie Cancellario, per cujus manum hoc Privilegium datum eſt; Nicolao Cracovie, Zegnevo Sandomirienſi, Abracham Maſovienſi Palatinis; Bogufalo Sandomirie, Iohanne de Czechov, Bromiſio de Biegedi Caſtellanis; Varſio Dapifero, Iulislao Agazone Sand. & aliis quam plurimis Clericis & Laicis fidedignis. XXIV.

---

denique III. Terram Scepuſienſem ac Premislienſem, ipſamque Galiciam involvere (*Cf. Not.* 16) quæſivit, plane ita Boleslaus iſte, in ordine V, Poloniæ minoris Dux, veſtigia priorum ſecuturus, Terram Scepuſienſem, *Antiquæ villæ, in Novum Forum* transformatione (*Cf. Not.* 29.), Comitatum vero *Ovárienſem*, in Principatum *Sandecenſem* elevatione, involvit; ac univerſe non ea, quam primævus Juramenti, a ſeptem Ducibus mutuo præſtiti, ſtatus exegiſſet, fidelitate in Hungaros & ſummos eorum Principes ferebatur. Juramentum quippe, fundamento cujus Monarchia Hungarica, incluſis Partibus (*Cf. Not.* 40 *med.*), Jure Atilano inſtaurabatur, erat ſequens (*Anon. Notar. C.* 6.): „ I. Ut quamdiu vita duraret, tam ipſis „ (*ſeptem Ducibus, Almo utpote, Patri Arpadis, Eleudiæ, Patri Zobolsu* (*Cf. Not.* 1), „ *Cundu, Patri Curzan, Oundo, Patri Ete, Toſu, Patri Lelu, Hubæ, a quo genus Zemera deſcendit*), quam etiam poſteris ſuis, ſemper Ducem haberent (*ſupremum*) „ de progenie Almi. II. Ut, quidquid boni per laberes eorum acquirere poſſent, nemo eorum „ expers fieret. III. Ut iſti, principales perſonæ, qui ſua libera voluntate Almum ſibi Dominum „ (*unde ſcilicet ſummi Hungarorum Duces populariter NAGY-Úr-i dicebantur*) „ elegerant, quod ipſi, & filii eorum nunquam a conſilio Ducis, & honore (*adminiſtrandarum*) Regni „ (*Partium*) omnino privarentur. IV. Ut, ſi quis de poſteris eorum infidelis fieret contra „ perſonam Ducalem, & diſcordiam faceret inter Ducem & cognatos ſuos, ſanguis nocentis fun„ deretur, ſicut ſanguis eorum fuit fuſus in juramento, quod fecerunt Almo Duci. V. Ut, ſi quis „ de poſteris Ducis Almi, & aliarum perſonarum principalium Juramentum, Statuta ipſorum in„ fringere voluerit, anathemati (*ex Hungarico átkozott légyen*, verflucht ſeyn) ſubja„ ceat in perpetuum. “

Talia quippe Polonorum molimina Statibus & Ordinibus Regni jam ſub Andrea II, Hungarorum Rege, occaſionem dederunt, ſequentem A. 1231 (*ap. Kovach. in Veſt. Comitior. p.* 118 *Cf. Not.* 16 *fin.*) articulum, in ordine 33. condendi: “ Poſſeſſiones extra Regnum „ non conferantur, &, ſi aliquæ ſunt collatæ, vel venditæ, populo (*ſeu Nobilibus*) „ Regni ad redimendum reddantur, vel ſimpliciter recipiantur (*Cf. art.* 16. & 26. 1222).“ Huc pertinet articulus 32. 1486, per poſteriorem quoque articulum 94. 1647 confirmatus: “ I„ tem; quia Poloni, omni arte, omnique via, & technis conantur ad terras & domi„ ad Sacram Coronam pertinentia, pedem inferre, & illa uſurpare, prout etiam aliquam partem „ de facto uſurparent: ſtatutum & ſancitum eſt *ſub Nota perpetuæ infidelitatis*, ut nemo Re„ gnicolarum audeat illis, aut eorum alicui, caſtra, fortalitia, Civitates, Oppida, Poſſeſſiones, „ aut alia bona immobilia vendere, vel qualitercunque dare aut aſſignare. “ Libet iſthic virile Arpadanum Stemma (*ex Conſtant. Porpyr. ap. Stritt. T. III. p.* 624. *Kat. H. D. & R. H. Cromero & Gundlingo*) temporum quoque illorum ſubjungere, quæ Baronius (*ap. Luc. de Dalm.*

Dalm. & Croat L. II. C. 9) deplorans ait : " Apud Græcos, ſive Latinos Hiſtoricos, quorum de „ rebus orientalibus brevis tantum, & inops narratio ſcripta legitur, ſi quid aliunde afferre poſſe, con„ tigerit, magnum ad ipſarum notitiam in tanta obſcuritate res ipſæ accipient incrementum. "

Col.

TABELLA I.

I. ALMUS DUX, DOMINUS *(NAGY-ÜR-US)* HUNGARORUM. † A. C. 889.

II. Arpad, ſummus Hungarorum Princeps. † 907.

III. Jutotzas. | Zoltan, ceteris fratribus præmortuis (Conſt. Porph. l. c.) Patri ſuccedens † 947

IV. Phale. Vid. Tab. ſeq. | Toxus, Dominator ſuper totum Regn. Hungariæ (Anonym. Notar. C. XVII.) † 972.

V. Geyza, ſummus Hungaror. Dux, † 997. | Miscislaus I, Poloniæ Dux, † 992. (Cf. Not. 9. med.)

VI. Stephanus I, Hungaror. Rex, † 1038. | Baſilius Cumaniæ, † 1038; | Boleslaus I. Pol. Dux, † 992.

VII. Leventa, † 1049. | Andreas I, H. R. † 1061. | Bela I. R. H. † 1063. | Miscislaus II, † 1034.

VIII. Gilko, Dux Cumaniæ. | Salomon, H. Rex. | Geyza I, R. H. † 1077. Uxor Polona. | Ladisl. I, † 1095. Uxor Adelhais. | Lampertus D. Galiciæ. | Caſimirus I, † 1058. Palat. Hung. D. Polon.

IX. Coloman. II, Epiſ. Varad. dein orient. H. R. † 1113. Uxor I. Juditha Polona (Cf. not. 16. med.). | Almus Abaújvárienſis Dux. | Coloman. I, Galiciæ, dein occid. H. R. † 1114. ux. I. Baſilla, II. Predslava. | Almus Croatiæ Rex. | Boleſl. II, † 1081. Vladisl. I. † 1102. Uxor (Cf. not. 40) Juditha.

X. Stephan. II, † 1131. ux. Adelhais, Landgrafii de Steffning fil. | Irene, Joannis Comn. Græc. Imper. Uxor. | Bela II, † 1141. ux. Helena Servia. | Ladislaus & Stephanus (Cf. Kat. H. R. T. III. p. 131), præmortui. | Boleslaus III. Crivouſtus, † 1139. Ux. Sbislava Halicienſis.

XI. Geyza II, R. H. † 1161. Ux. Euphroſina, Ruſſiæ Principis Filia. | Ladislaus II, † 1162. | Stephanus IV, † 1163. Uxor Maria Græca. | Almus, Ux. Gertrudis, Polona. | Vladislaus II, Regno pulſus, dein Sileſiæ Dux † 1159. | Caſimirus II, pulſo Miſcislao, fratri ſuccedens, † 1194.

XII. Stephanus III, † 1173. Uxor Auſtriaca. | Bela III, † 1196. Ux. Anna Antiochena (Cf. Kat. T. VI. p. 862.). | Boleslaus, Miscislaus, Conradus, Sileſiam intra ſe dividentes. | Lesko Albus, Cracoviæ, D. † 1226. | Conradus Maſoviæ, Cujav. D.

XIII. Emmericus, H. R. † 1204. ux. Conſtantia Aragon. Regis filia. | Andreas II, † 1235. uxor I. Gertrud. Meraniæ D. filia. | Ex Beatrice tertia Uxore Germana. | Henricus, † 1238. uxor Hedvigis. | Vladislaus, Laskonogus. | Boleslaus, † 1279. uxor Cunegundis Belæ IV. filia. | Salomea, Coloman. III. Galiciæ Regis, A. 1241. a Tatariſ cæſi Uxor.

XIV. Ladislaus III, R. H. infans A. 1205. †. | Bela IV. † 1270. ux. Maria Græcor. Imp. filia. | Colomanus III, Galiciæ Rex, 1241. cæſus. | Stephanus poſthumus, Uxor Catharina Thomaſina, Veneto Manrocenorum genere orta.

XV. Stephanus V. † 1272. Uxor Eliſabetha Cumana. | Cunegundis, Boleslai Cracoviæ; Anna, Ratislai Galiciæ; Agatha, Conradi Maſoviæ; Conſtantia, Leonis Ruſſiæ; Jolenta, Boleslai maj. Polon. Ducum conjuges. | Andreas III, Rex Hungariæ, cum quo virilis Arpadana Stirps lineæ hujus Anno 1301. extincta eſt.

XVI. Ladislaus IV, † 1290. Uxor Eliſabetha, Caroli, Apuliæ Regis, filia. | Andreas, Clementinæ, Rudolphi Imperatoris filiæ, Sponſus, ante A. 1278. mortuus (Cf. Kat. H. R. T. VI. p. 860.)

Col.

TABELLA II.

I. Turótzyani Anonymi (*P. II. C.* 1) ELEUD, Anonymi Notarii (*C. I. & III.*) UGEK, Uxor Emesa, Eunedi, Beliæ vel Belozeriæ aut Albæ Russiæ Principis, filia. (*Cf. Not.* 43.)

II. Almus Dux, electus Hungarorum Dominus — Eleud junior, primus ab Almo inter septem Duces.

III. Arpad, summus Hungarorum Princeps. — Zobolsu, a quo genus Chák descendit (Cf. Not. 1.).

IV. Tarkatz. — Jelech. — Jutotzas. — Zoltan.

V. Tebeles (Cf. Not. 9. fin.). — Ezelech. — Phale seu Belivud, Boh. Dux, †967. — Vide priorem Tabellam.

VI. Termatz. — Thaze. — Phalitzin, Bohemiæ Dux † 999. (Cf. Not. 9.).

VII. Udalricus, Dux Bohem. † 1037. Uxor Bozena.

VIII Bretislaus I, Boh. Dux, † 1055. Uxor Juditha Germana.

IX. Sbignens, Boh. Dux, † 1061. — Wratislaus Boh. Dux, † 1093. Uxor Adelhais, Adreæ I. filia. — Conradus I, Moraviæ D. † 1093. — Otto I, † 1086. D. Morav. ux. Euphemia, Belæ I. filia — Jaromir. Episc. Prag. † 1090 Strigonii.

X. Bretislaus II, D. B. † 1100. ux. Lucretia, Palat. Comitis Alb. fil. — Wladislaus I, D. B. † 1125. uxor Amabilia. — Sobieslaus I, D. B. † 1140. ux. II. Adleta, Almi, Galiciæ Ducis filia. — Svatoplucus Dux Bohemiæ, † 1109. uxor Hidda.

XI. Wladislaus II, Rex Boh. † 1174, uxor Gertrudis, Leopodi IV, Austriæ Ducis, Filia. — Sobieslaus II, † 1178. Uxor Elisabetha Polona. — Bretislaus † 1136. — Sobieslaus, † 1136.

XII. Fridericus, † 1190. — Premislaus, Boh. R. † 1230. ux. Constantia, Belæ III. R. H. filia — Wladislaus III, Moraviæ D. † 1221. — Conradus, † 1227. uxor Maria, Soror Friderici II, Romanor. Imper.

XIII. Wenceslaus, Monoculus appellatus, Rex. Bohemiæ, † 1235. Uxor Cunegunda, Philippi Svevi Imp. filia. — Premislaus, Moraviæ Dux, † 1235.

XIV Ottocarus, Bohemiæ Rex, A. 1278 a Ladislao IV, Hung. Rege, ad Castrum Sidirid prope Moravam cæsus. — Beatrix vel Bozena, Ottonis Pii, Marchionis Brandeburgiæ Consors, † 1267.

XV. Wenceslaus, cognomento Pulcher, Hungariæ, postea Bohemiæ Rex, A. 1307. ex insidiis occisus, cum quo virilis Arpadana stirps lineæ hujus extincta est. — Otto Longus, Marchio Brandeburgiæ, Tutor & Corregens Wenceslai Boh. Regis. † 1298.



XXIV.

Beia Rex terram quatuor aratrorum, ex terra Nadoſth, Slavis hoſpitibus erga ſolvendum cenſum data, reſiduam, Geublino & Termanno fratribus, ac per eos heredibus ſuis, heredumque ſucceſſoribus ita confert, ut pro eadem annue fertonem auri ſolvere teneantur. A. D. 1258.

EX TRANSUMTO authentico V. Capituli Scepus. de A. 1319. *in Tabulario Szepes Várallyenſi habito. Cf. Wagn. Anal. Scep. P. I. p.* 80.

BELA Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie Comanieque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, preſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ut Donaciones Regum perpetua firmitate ſolidentur, literarum ſolent teſtimonio communiri; proinde ad univerſorum noticiam tenore preſencium volumus pervenire: quod cum Terram Nadoſth in Scepes hoſpitibus Slavis (*Cf. Not.* 30. c.) dederimus, ut nobis de eadem cenſum ſolvant, ſicut in ipſorum Privilegio plenius contineretur, terram quatuor aratrorum, que ex eadem vacua remanſerat, quam quidem antea quidam Conradus nomine dicebatur tenuiſſe, fidelibus noſtris Geublino & Termanno ejuſdem fratri (47) ac per ipſos ſuis heredibus, heredumque ſucceſſoribus duximus conferendam, ita quod pro eadem fertonem auri (*Cf. not.* 20.) annis ſingulis in Feſto Purificacionis B. V. pro cenſu nobis ſolvere teneantur, ac eadem libertate perfruantur, qua alii de Scepes, qui nobis aurum pro terragio ſolvunt, gratulantur, quam etiam terram per fideles noſtros M. (Mathiam) Prepoſitum de Scepes, & Detricum, Comitem de Zolum & de Scepes, eiſdem fecimus aſſignari, cujus eciam mete, prout nobis idem Comes Detricus in ſuis literis intimavit, hoc ordine diſtinguuntur. Incipit enim a parte orientali in quodam monticulo juxta metas Heydrici, & deſcendit per pratum unum, & venit ad unam paludem, que mochula

47 Saxones fuiſſe argumento eſt illud, quod alibi Geublinus de Leutſcha dicatur, & Scriptor ſeu Notarius Detrici, Saxonum Comitis, fuerit. Terræ hujus Nadoſth, hodie Terſztzani, alteram medietatem, ſive duo Termanni aratra in Magiſtrum Guebelinum de Leutſcha ſubinde devoluta, A. 1280 Eliſabetha, Major Regina Hungariæ, de Machov, Boſoa & Scepus Ducilla, Vidua, pro eodem Guebelino & heredibus confirmavit. Vid. Anal. Scep. P. I. p. 81. Pro Terra proinde Nadoſth quatuor aratrorum Belæ Regi ſolvebatur olim annuus cenſualis aureus, hodie Civitati Leutſchovienſi per Scepuſio-ſubarcenſe Dominium titulo cenſus perpetui annue ſolvuntur aurei duo.

chula dicitur, abhinc progreditur & venit ad quoſdam frutices, ubi eſt meta terrea, inde vadit ad magnam viam, que ducit ad villam Olozy aſcendendo unum montem, & per eundem montem deſcendit ad metas ville Nadoſth & ville Doman ad duas terreas metas, inde tendit ad partem occidentalem, & venit ad metas ville Gargou, inde flectitur ad partem ſeptemtrionalem ad metas ville Kulchvan, ubi ſunt due mete terree, hinc deſcendit ad unum fontem juxta pratum, ubi ſunt due mete terree, & juxta idem pratum vadit inferius, & circuit aliud pratum, quod eidem terre eſt annexum, & inde vadit ad priores metas, & ibi terminatur. In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem, preſentes dedimus Literas duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Smaragdi, electi Colocenſis, aule noſtre Vice Concellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo. XVII. Kal. Julii Regni autem noſtri A. XXIII.

XXV.

Bela IV. Eliæ, Rynoldo, Michaeli, Gregorio, & Svap, Saxonibus Regiis Várallyenſibus, terram Andreæ, unius e filiis Jobagionum de Scepus, cognati ſui, titulo emtionis comparandam, oblata unciæ auri ſolutione annua, dimitttit. A. D. 1262.

EX PROTOCOLO Oppidi Szepes Várallya, unius e XVI. Scepuſienſibus de A. 1451.

BELA, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæque Rex, omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium ſalvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: quod, cum Andreas de filiis Jobagionum de Scepus, terram ſuam hereditariam vellet vendere Saxonibus (48), Helyas, Rynoldus, Michael,

48) Jam ſuperius (vid. XVI) occurrerat venditio terræ, per Somogyenſes Cauſſeros vel Udvornicos Saxonicos, incolatum inter ipſos aſſumentibus, facta, & ab eodem Bela Rege ſub conditione præſtandorum parium ſervitiorum confirmata; iſthic alia occurrit venditio terræ, quam Jobagio Caſtri, ſeu Miles titulo militiæ poſſederat, Saxonibus nonnullis Várallyenſibus, cognatis utpote ſuis, inſtituta, & per Belam Regem juxta conſuetudinem Regni approbatam, ut quippe conditio militiæ inhærentis & annua unciæ auri oblatio more Saxonum, Militem una & aurum pro terragio præſtare ſolitorum, expleatur, æque confirmata; unde nimirum terra hæc, antea pura Jobagionalis (*Jobágyos*), deinceps Aranyas (*Auraria*) vocitari cœpit. Terram hanc prædialem ſubinde Venerabile Capitulum Scepuſienſe acquiſiverat, cujus intuitu a nonnullis Várallyenſibus Oppidanis, Heliæ ac Rynoldi ſuccelloribus, coram Excelſa Curia Regia inde a pluribus annis impetitur.

chael, Gregorius & Svap, cognati Andreæ antedicti, ad noſtram accedentes præſentiam, nobis inſtantiſſime ſupplicarint, petendo a nobis, ut terram dicti Andreæ, cognati ipſorum, voluntariæ venditioni exponentis, eis dimitteremus comparandam, ſecundum Regni noſtri conſvetudinem approbatam, & voluntarie aſſumpſerunt, ſe de illa terra empt'a, & pariter de terra, ipſorum hereditaria, quam habere ibi (Szepes Várallyæ, cujus Cives erant) dinoſcuntur, ſoluturos unciam auri (duodecimam marcæ *(Cf. not.* 20 *)* partem) nobis annuatim. Nos itaque petitionem eorumdem Heliæ, Rynoldi & aliorum præfatorum, attendentes fore juſtam in hac parte, dictam terram Aranyas nominatam, juxta conſvetudinem Regni noſtri, ſub debito unciæ auri prætaxato, quam iidem voluntarie tam de illa terra, quam de terra ipſorum hereditaria, nobis annuatim ſe ſoluturos aſſumpſerunt, dictis Helyæ, Rynoldo & aliis ſupradictis, dimiſimus comparandam & comparatam eiſdem, eorumque heredibus ſub debito memorato pacifice poſſidendam. Et ne ſupradictæ terræ valeant moleſtari, præſentibus eiſdem duximus confirmandam. Quam quidem terram, rerris eorum hereditariis per Stephanum Comitem, Caſtellanum de Scepus, (49) conſignari ſeu adjungi facientes, de terris Saxonum de Scepus, & aliorum circumjacentium per metas diſtingui fecimus, quas metas in eiſdem Stephani Comitis literis vidimus contineri, hoc ordine diſtingvuntur: Prima meta incipit a prato Caſtri de Scepus, ſeparans terram eorundem a terra Saxonum (Várallyenſium), & tendit per lapidem acutum verſus Orientem ad montem, ubi ſeperatur una via ad villam Comitis Johannis, & alia ad villam Sighra *(Cf. IX.)*, & ibi eſt meta ſecunda, deinde vadit per medium Durnik (hodie Drevenik) verſus Auſtrum uſque ſciſſum lapidem, ibique eſt meta idem lapis, & ab inde vadit ad pontem Tryk, & ibi tenet metam cum Villa Latina (Olaſzi), ab inde tendit directe ad ſupercilium montis verſus Meridiem, ibique eſt meta; deinde vadit ad arborem tiliæ, ſub qua eſt meta terrea, inde procedens verſus Meridiem directe per vallem vadit ad unam viam, juxta quam ſunt tres metæ terreæ, deinde incipiendo tendit ad arbores ad montem, & declinat iterum ad prædictas diviſas vias, ibique eſt meta terrea. Ab inde itaque incipiendo deſcendit de monte directe ad aquam, & de aqua vadit ad foſſatum, in quo quondam currebat dicta aqua, ab inde itur ad pratum, ſuperius memoratum, & ſic terminantur metæ terreæ Helyæ, Rynoldi & aliorum præfatorum. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, Regni autem noſtri viceſimo ſeptimo.

XXVI.

---

49) Hinc patet, Stephanum Comitem, Caſtellanum de Scepus, ad ſeriem Supremorum Comitatus hujus Comitum, ex qua Scepuſii Analectorum Parte III emanſit, referri oportere. Quemadmodum enim Nicolaus, filius Dionyſii de Sigra, Caſtellanus & Comes de Scepus, inter Supremos Comites A. 1308. *(ibid. p.* 204*)* relatus eſt, plane ita Stephanus iſte utroque, Comitis & Caſtellani de Scepus, munere A. 1262 functus, quive terram Aranyas a terra Saxonum & aliorum per metas diſtinxit, ac Heliæ, Rynoldo & aliis impetratoribus conſignavit, ad reliquam Supremorum Comitatus Scepuſienſis Comitum ſeriem pertinet.

XXVI.

Bela IV. metalem inter Saxones Regios Illyésfalvenſes & ſuos Draucarios (50) differentiam, diviſa per Michaelem, Comitem de Scepus, contentioſa terræ particula, ſopitam, approbat. A. D. 1263.

EX AUTOGRAPHO, apud Illyésfalvenſes habito.

BELA, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex. Omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. Solet Cauſarum diffinicio literarum teſtimonio communiri, ne per litigancium abuſum falſitas prejudicet veritati, aut iniquitas prevaleat equitati. Proinde ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: Quod accedentes ad noſttam preſenciam Saxones noſtri de villa Urſi (das Bärendorf, hodie Sperndorf vel Illyésfalva) in Scepus ex una parte, & Draucarii noſtri (Dravetzenſes) cum Michaele, Comite eorum de Scepus ex altera, ſuper terra, inter villam Urſi & inter villam Drauch (hodie Germanis die Auß, Hungaris Darotz, Slavis Dravetz) exiſtente, ſuper qua contencio vertebatur inter ipſos, taliter concordarunt, ſicut Michael Comes & Partes coram nobis recitarunt: quod ipſe Comes Michael prefatam terram diviſit in duas partes per unam viam, que de villa S. Ladiſlai (Quintoforo) vadit

50) Per Draucarios Falconarii ſeu Regii Aucupes intelliguntur, qui olim in hodierna gremiali poſſeſſione Darótz vel Dravetz habitabant. *Auca* ſcilicet femellam avium, *Aucarius* accipitrem, gloſſario du Freſnisno perhibente ſignificat, Auß Germanice locum cibationis pullorum notat, unde außen, äßen, pullos cibare, derivatur. Ut adeo ab Aucariis Regis vel Falconariis, quorum inter cetera obligatio fuit, falcones inſtruendi, villam *Drauch*, ſive in der Auß compellatam fuiſſe pateat, ac prorſus eandem poſſeſſionum, in Sároſienſi, Borſodienſi aliiſque Comitatibus *Darótz* vocatarum, compellationis originem eſſe nec dubitemus. Draucarii proinde Darótzenſes non ſecus, quam Caniferi Somogyenſes (*Vid. XVI & Not.* 20. c) ad Hernadum, & alii Caniferi, olim ad Popradum iſthic infra Tatras in *Villa canis* Latine, *Hundsdorf* Germanice hodiedum compellata, degentes, inter ceteros Regales Udvornicos referebantur. Atque ut hac occaſione Udvornicorum quoque conditionem abſolvamus.

Udvornici erant populi Caſtrorum Regalium vel Reginalium, qui ſervitutis conditione ipſi Aulæ Regum aut Reginarum (*Cf. Kollár. l.c.* 116) addicti fuere. *Dwor* enim Slavis *Aulam* notat, ex quo factum eſt vocabulum Hungaricum *Udvar*, quod idem ſignificat. Hungari quip-

pe

vadit ad villam Lywche (51), tali modo, ut una pars ejusdem terre a parte meridionali cessit Saxonibus prenotatis de villa Ursi, ab altera vero dicte vie, videlicet ab Aquilone, cessit in jus & proprietatem Draucariorum nostrorum predictorum. Et ut ipsa divisio, cum consensu Parcium per prefatum Comitem Michaelem facta, semper salva & inconcussa permaneat, ad peticionem Parcium literas nostras concessimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farcasii (Wolfgangi), electi Albensis, Aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis nostri. Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo tertio. Regni autem nostri vicesimo octavo.

N XXVII.

---

pe voces peregrinas, a duabus consonis incipientes, præpositis aut interpositis vocalibus, emollire solent. Omnes porro inferioris ordinis Udvornici Regales (primi enim ordinis Udvornici Nobiles ad Aulam Regiam (*Cf. Not.* 21) translati, Servientes Regii, & familiares Aulæ Regiæ appellabantur) propriæ Coloni fuere, quorum villæ, titulo gratuiti aratrorum suorum possessorii, ruralem suam in excolendis allodialibus Regum aut Reginarum terris operam navantes, *Curriferorum* vel *Zekeres* vocabantur; harum aliæ denarios quoque liberos (*Not.* 30 c) aliæ vero nullos, titulo peculiaris, quod præterea præstabant, servitii, solvere consveverant. Inter posteriores referebantur villæ Draucariorum, Caniferorum, Sagittariorum, Piscatorum, Silvanorum ac diversorum Armentariorum, qui suis ministeriis periodice defungebantur, & suos Judices villanos, testimonio Literarum Belæ Regis (*ap. Wagn. Anal. P. I. p.* 296.), tenore quarum Villanus, *Centurio* Draucariorum de villa Drauck, & populi de eadem sibi quamdam terram Ecclesiæ S. Martini de Scepus, Vizoka vocatam, dari petierunt, Centuriones, ad imitationem districtualium Centurionum castrensium, vocitabant. Horum utriusque generis Udvornicorum naturam alia quoque Diplomata illustrant. A. 1255 Rex Bela IV. omnia Jura Conventui Præmonstratensium de Jaszow, quæ Privilegiis, per Tataros exustis, continebantur, confirmaverat, ubi hæc ait: "„ Prima meta terrea Monasterii nostri de Jaszow incipit a parte meridionali in uno monticulo lapideso, inter duas valles, & est contigua villæ *curriferorum* nostrorum *Zekeres* vocatæ." A. 1300 Rex Andreas III. (*ap. Wagn. Diplomat Sáros. p.* 314)" terram suam Asguthi „ Erdew nuncupatam, in districtu de Sáros sitam, vacuam & habitatoribus destitutam, super „ quam quondam *Custodes* silvarum Regiarum residebant, ad Sáros pertinentem, cum aliis pertinentiis Magistro Synka, filio Comitis Thomæ, jure perpetuo contulerat." Huc faciunt exempla Registri Bubekiani, quæ jam alibi (*Not.* 17 e) de Piscatoribus & Lapicidis Regiis retulimus.

51) Villa hæc, a præterfluente fluvio Lintsbach olim compellata, ævo Belo Regis coli, hodiernæ *Leutschoviæ* ad meridiem contiguo; insidebat, qui nucdum Alte Leutsch appellatur. Saxones quippe, recedentibus Tataris, petrosam & sterilem Lapidis Refugii terram reliquerunt, ac villis eorum, Tatarica rabiei expositis, penitus evastatis, altiorem una & fertilem alium collem, *Speculationis usuntem*, populariter Leutschau dictum, in omnes futuros casus elegerunt munendum, ubi hodierna *Leutschovia* consistit, inter quos non modica de terris, testante Chronico Leutschovienſi (*Cf. XI*), contentio erat: petrosa enim & sterilia loca fugientes, medullam *Terræ* occuparunt, unde non immerito *Terranorum* quoque ac *Terrigenarum* nomen retulerunt. Ceterum ex hoc Diplomate manifestum est, metalem inter Saxones villæ Ursi, ad Consti-

XXVII.

Bela Rex Comiti Botyz, filio Comitis Marci, quod gratiſſimum de Stephano, Rege Hungarorum (52), filio ſuo, nuncium attulerit, ſilvam Chetene, in Diſtrictu Scepuſienſi ſub alpe Tortol ſitam, confert. A. D. 1264.

Ex AUTOGRAPHO, in Tabulario illuſtris Familiæ Mariáſyanæ habito.

BELA Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex, omnibus Chriſti fidelibus, preſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore: Ad univerſorum, tam preſencium, quam futurorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: Quod cum nos una cum Domino Stephano, Rege

ſtitutivum Regiorum Saxonum, qui peculiarem ſuum Comitem ſeu Grafium (*Cf. Not.* 30 c) habebant Judicem, pertinentes, & Draucarios, diſtrictuali ſuo Centurioni, ſeu Judici Nobilium immediate obnoxios, enatam contentionem, a Michaele, Supremo utrorumque Comite, judicialiter diremtam, &, Partibus coram Rege ipſo conſentientibus, reali per eundem Michaelem, Caſtri ſeu Comitatus Scepuſienſis Comitem, executioni mancipatam fuiſſe.

52) a) Hungarorum, a conſtructo ingenti, ad Alutæ oſtia Caſtro, *Hunni* - vel *Honni* - vár, in nexu alterius eorum Sinicæ *Hiung* - nu compellationis, ita vocitatorum, nomen, cum aſpiratione, jam ſub tempus primæ Majorum noſtrorum, qui ſe Magyaros vocabant, Seculo IV. per orientalem Europam diffuſionis, cognitum fuiſſe patet ex eo, quod iidem paulo poſt Atilæ mortem a Scriptoribus hoc nomine compellentur. *Raderus* hypogeum, Salisburgi erutum, cum hac epigraphe (*ap. Hanſiz. Germ. Sacr. T. I.*) exhibet: " Anno Domini CCCCLXXVII. Odoacer „ (*Priſci Rhet. Edecon, præcipuus Atilæ antea Miniſter*), Rex Ruzenorum (*vel „ Rugorum*), Gepidi, Gothi, *Hungari* & Heruli contra Eccleſiam Dei ſævientes, B. Maxi„ mum cum ſociis ſuis LV, in hoc ſpeleo habitantibus, ob confeſſionem fidei trucidatos, præ„ cipitarunt." Jornandes (*de reb. Get. C. 5*), Scythiæ ſitum deſcribens, ait: *Hunugari* (lego Hungari) *autem hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium.* Idem (C. 52.) Atilæ filios, a Valamiro, Gothorum Rege, in fugam verſos, eas partes Scythiæ petiiſſe narrat, *quas lingua ſua* (Magyarica) *Hunni - vár* (ſive Honni - vár, id eſt: gentilitium caſtrum) appellant. Ex hocce pellium murinarum, ſive Zobolinarum, quibus, teſtante Anonymo Belæ I. Notario (C. I.), Magyari etiam ignobiles veſtiebantur, *commercio*, per Jornandem Hungaris attributo, & Hungarorum Caſtri, ad Iſtrum conſtructi, ſitu, patet Atilanorum Hunnorum extenſionem inde ab Albo & Baltico mari uſque ad Iſtrum pertinuiſſe.

b) Veteris hujus Hunnorum Caſtri ſitum & memoriam Græci Scriptores retinuerunt. Procopius (*de Ædific. L. IV. C. 6*) ait: " Non procul ab *Hunnorum Caſtro* geminis hinc inde præ„ ſidiis munitus Iſter fuerat; ac *Palatiolum* quidem appellarunt, quod erat in *Illyrico*, oppo„ ſitum

Rege Hungarorum, cariſſimo filio noſtro primo genito, Exercitus noſtri procedentis potencia inſurrexiſſemus contra Regem Bohemorum (Ottocarum, conſpirationem Stirorum & Auſtriacorum, ſubdolis contra Stephanum, illorum Ducem, molitionibus (*Cf. Kat. T. VI. p.* 303) adornantem), inimicum noſtrum capitalem & hoſtem, non valentes inopinatis eventibus obviare, ſiniſtra fortuna inter ceteros caſus noſtrorum multiformes, de vita dicti Domini Stephani Regis, filii noſtri chariſſimi, nobis veritas non conſtabat, nec de morte, cujus rei ambiguitate adeo fuerunt noſtra precordia diri doloris jaculo ſauciata; ut non poteramus invenire

„ ſitum vero *Sicibadam*. Hæc vero poſſumdata, Imperator Juſtinianus renovavit. " Georgius „ Monachus vel Syncellus Procopianæ huic Topographiæ facem præfert, ad A. C. 274 ita ſcri„ bens " Aurelianus, Dacia Trajana (*Iſtro, Tibiſco, Carpatis & Danaſtro limitata*) „ barbaris relicta, viros ac mulieres ſinum Meſiæ medium juſſit incolere. Meſis nimirum eos „ hinc inde ambientibus, ſpacio medio Dacia (*Aureliana*) vocato " Ex hac Hunnorum Caſtri, a Jornande Hunni-vár dicti, ad gemina Romanorum præſidia, quorum aliud *Palatiolum* in Illyrico, ſeu ſuperiore Maſia, erat, vicinitate manifeſte patet, aliud præſidium, *Sicibadæ* dictum, ad *Ciabri*, Aurelianam Daciam, ab Illyrico ſeparantis, confluentem, adeoque *Palatiolum* in læva, *Sicibadam* vero in dextra Ciabri confluentis ripa, non procul ab Hunnorum Caſtro ſubſtitiſſe, prout etiam hodiedum Sicibadæ memoriam Caſtrum *Zibritza*, a cognomine fluvio *Zibritz*, ſeu Ciabro, ita dictum, retinet.

c) Ingentia Hunnorum, vel potius Hung-vár-ornm Caſtri, ad utramque confluentis Alutæ oſtiorum oram latiſſime diffuſa valla terrea, Viennenſium Novorum Ephemeridibus adnexa Charta cum Epigraphe: " Charte des bei recognoſcirung den 13. Maj „ 1790 bei der Feſtung Turnul vorgefallenen Scharmitzels der Königl. Truppen unter Comman„ do des General Majors Kray gegen die Türken Nro 66 " quam diſtinctiſſime exhibet. Mentione autem immortalis memoriæ Ducis hujus, ex occaſione prælii, cum Turcis in gentilitii Hungarorum Caſtri ruderibus proſpere conſerti, jam enata, id quoque hoc loco diſſimulari amplius nequit, eundem *Paulum Kray*, Liberum Baronem *de Krajowa*, Cæſareo-Regiis armis anno priore contra Gallos in Italia feliciſſime reſeratis, dum hæc Menſe Martio 1800 ſcriberemus, in Supremum Exercitus Cæſareo-Regii Ducem ad Rhenum Clementiſſime renunciatum, genere Hungarum, Kétmárkino-Scepuſienſem, eſſe.

d) Anonymus Notarius (C. II), Hungarorum nominis originem indicans ait: " Hungari dicti ſunt „ a Caſtro *Hungu*; omnes Nationes circumjacentes vocabant Almum, filium Ugek, Ducem de *Hung*„ *vár* & ſuos milites vocabant Hungvaros. " In eo tamen (Cap. XIII) lapſus eſt; quod nomen *Hungu* hodierno *Ungvár*, ad Ungum amnem ſito, non autem veteri ad Alutæ oſtia Hunnorum Caſtro, applicuerit, adeoque recentius Caſtrum Ungvár cum veteri Caſtro Hunni-vel Honni-vár confuderit. Ruthenі, Slavis homologi, Ungvárinum accolentes, illud hodiedum genuino veteri nomine *Uch* ſive *Uch-grad*, *Uch-grod* vel *Uch-gorod*, pro ratione dialectorum, appellant, cui ſcilicet expugnato, qvum Almus *Ung-vár*-ini, hoc eſt Ungenſis Metropoleos nomen ab alluente *Ungo* amne indidiſſet, Germani, Oſtrogothorum reliquiæ, novam Almi nomenclationem ſecuti, Provinciam lingua ſua *Ungard* vocarunt. Quod enim Germanis Gard; id Slavis Grad; Ruthenis

remedia, quibus animi noſtri acerbitas potuiſſet recuperari: Sed ecce Comes Botyz, filius Comitis Marci (a quorum ſcilicet priore Batiſzſalva, poſteriore autem Márkusſalva, Mariáſyanorum Dynaſtiæ capita, nuncupantur), fidelis noſter, tamque devotus patris filius, ad nos citis veniens greſſibus, & fecundis dixit: ipſum Dominum Stephanum, filium noſtrum perdilectum, ſanum eſſe, & incolumem, graciam per Divinam, manuſque integritate ſui corporis evaſiſſe noſtrorum emulorum (53): Et quia Divina grácia largiente, a qua procedit omne datum optimum, ipſa fortuna primitus noverca, vice verſa, proſperitatis oculo nos reſpexit: Nos igitur, quibus ex officio ſuſcepti regiminis metiri debemus, & penſare merita ſingulorum, & amicui-

---

& Moſcis Grod vel Gorod; Moravis & Bohemis Hrad; Hungaris Vár, Latinis autem provinciale Caſtrum eſt. " Ruzia (*quippe, ſeu Ruſſia, teſtantibus Slavorum Chronicis, Autore incerto conſcriptis, quæ Lindebrogius* (Coll. Petrop. T. X. p. 355) *edidit*) " a Danis (*Origine Gothis*) Oſtragard, id eſt, in Oriente poſita, — vocatur. Dicitur " enim Chunigard ideo, quod Sedes Hunnorum primo ibi fuerit, cujus Metropolis Chue " (*Kiow, nobis Keme-bäza, quam Atilæ mediocris natu frater Keme ad Boryſthenem, ſicut Buda Budam ad Danubium, & Atila Atilam urbem* (N. 42. init.) " *ad Volgam fundavit*). Ut adeo" Salanus (*Bulgarorum, origine Gögenyorum*) Dux " (*& ipſe Slavinus*), Arpadum (*teſtante An. Not. C. 14 propterea*) Ducem Hungariæ, " quaſi deridendo, ſalutaverit" quod idem Arpad, licet Caſtrum Hungu, ſive Hunni-vel Honni-vár adhuc per Geloum (*Cap. 15. 16.*), Ultraſilvaniæ Ducem, poſſideretur, inſigne ac vetus *Hungariæ Ducis* axioma, occupato duntaxat limitaneo ac viliore Uch, ſive Uchgrad, vel Ungard, nobis Ungvár, Caſtro, uſurpare ſuſtinuerit. Atque hinc facile concipi jam poteſt, cur ab aliquibus Germanorum nobis Ungar-orum ſine aſpiratione, cum tamen alii nos rectius Hungaros; ita etiam cur ab aliquibus Slavorum nobis impropria Uchri-orum, cum tamen iterum alii, ac diſerte Illyrii, nos proprio populari *Madzar*-orum nomine vocent, compellatio adhæſerit?

53) Cauſam belli hujus, A. 1260 geſti, & æmulorum conſpirationem ſynchronus Paduanus (*ap. Kat. H. R. T. VI. p.* 309) Monachus ita exponit: " Bela, Rex Ungariæ, — ad inimicandum contra Regem Bohemiæ (*Ottocarum*), Conſanguineum ſuum, ſe magnifice præ" paravit. Exorta namque fuerat contentio inter eos propter Ducatum Auſtriæ & Stiriæ, quem " Rex Bohemiæ dicebat ad ſe totaliter pertinere, quod (*Friderico II, Auſtriæ Stiriæque* " *Duce, ultimo e ſtirpe Babenbergica A.* 1146 *ab Hungaris juxta Leitam fluvium* " (Kat. l. c. p. 76) *cæſo*) Ducis Neptem (*Sororem Margaretam, Henrici quondam* " *Regis, Friderici quippe II. Imperatoris filii, viduam, A.* 1252) duxerat in uxo" rem, ad quam (*A.* 1261 *repudiatum omnique alioquin heredum ſolatio deſtitutam*) " erat paterna (*Leopoldi VII, Auſtriæ Stiriæque Ducis*) hereditas devoluta. — Congre" ganſque exercitum de diverſis nationibus copioſum, in quo fuerant centum mille equitum armatorum, caſtra metatus eſt juxta quemdam fluvium (*Moravæ*) in extremis finibus Regni ſui. " Tunc Rex Bohemiæ, tam propria virtute, quam *Principum Alemaniæ, qui magnum*

unicuique respondere juxta exigentiam suorum serviciorum, considerantes fidelitatem, & meritoria servicia ipsius Comitis Botyz, tam eximio leticie bajulo, quandam sylvam Chetene vocatam, desertam incultam penitus, & omnino habitatoribus carentem, in Districtu Scepusiensi sub monte seu Alpe Tortol (est specificum unius ex alpibus Tatur nomen) adjacente, sitam in medio duarum aquarum, que trahunt originem de ipso Alpe, una videlicet gyrat ipsam sylvam a parte septemtrionali, que Veres-Viz nuncupatur, alia vero a parte meridionali, que Poprad nominatur, dedimus,

„ *gnum ei auxilium præbuerant*, processit illi obviam cum ingenti multitudine militum electorum & ex opposito fixit castra super fluvium memoratum. " — Verum hæc belli causa plane futilis & injusta erat;

a) Præterquam enim quod Ottocarus, velut Almi Ducis per Phalitzinum (*Cf. N. 9. med. & Tab. gen. p. 92*) nepotem progenies, illius juramenti, quo septem Duces, ex Asia egressi, Præceptorem sibi, sive summum Ducem, qualem hoc tempore Bela IV, legitimæ coronatus, agebat, constituerunt (*Anon. Notar. C. 5 & 6 Cf. Not. 1. fin.*), violator esse non debuisset, ita neque caduca Austriæ Stiriæque hereditas ad privatam Ottocari, verum Coronæ Hungaricæ dispositionem tanto magis pertinebat, quo certius est, Austriam & Stiriam veteribus matricis Hungariæ Regni limitibus inclusam esse. Huc accedit, quod Gertrudis, filia Henrici, fratris quippe cæsi Henrici, licet ex Hermanno, Marchione Badensi (*Cf. Notit. Urbis Vindob. p. 76 & Tabel. X*) filiolam Fridericum habuisset, eminens hereditatis Hungaricæ jus agnoscens, se suaque caduca, in Austriam & Stiriam jura, Belæ Regi commiserit: quæ sinceritas optimum Regem eo permovit, ut Gertrudem, in Austriæ ac Stiriæ possessione conservaturus, eandem Romano, Russiæ Hungaricæ Duci, Danielis filio, Leonis fratri (*Cf. Not. 43 h*), eodem, quo Margaretam Ottocarus duxerat, A. 1252 collocaret, verum Romano per Ottocarum ex Austria ejecto, idem in Russiam redivit, Gertrudis vero se in Stiriam recepit, cui Bela Rex Stephanum III, Uroshorum, Serviæ Principum, familia oriundum, ac totius Sclavoniæ Ducem, Stiriam quoque gubernaturum, adjecerat, id quod ex eo Diplomate patet, cujus nonnisi titulum Erasmus Frölich S. J. (*in Diplom. Stiriæ P. II. p. 83*), ne jus Hungaricum Comitatus Gratzensis prodatur, exhibuit in hæc verba: " *Stephanus, Capitaneus Stiriæ 1254 sub Stephano Rege & Duce* „ *Stiriæ.* " Nos Stephanus Banus (*Cf. N. 1. init. vel*), Dux totius Sclavoniæ, ac Capitaneus „ (*Comes vel* (Cfr. Not. 17. a) *Hadnagy*) Styriæ, universis Castri fidelibus: *Ita initium* „ *ejusdem Diplomatis sub dato apud* (Castrum) *Gratz M. CC. LIV. quarto Idus* „ *Septembris.* In quo villas duas adjudicat Cartusiæ in Seitz, contra Dominum Vienionem, „ militem de Gybel. "

b) Austriam porro & Stiriam Hungariæ limitibus includi certum est: Ex Ludovici quippe, occidentalis Europæ (*Cf. Not. 78*) Regis Diplomate (*ap. Hansiz. Germ. S. T. I. p. 181*), quod A. 901. Richario, Pataviensi Episcopo, concessum paulo infra producetur, & Fuldensi Annalista (*ap. Murat. T. II. p. 576*) patet, Hungaros, ultra fluvium Anasi progressos, ingentem hodiernæ superiori Austriæ, rectius Austrichiæ, seu orientali a Comagenis mon-

ſeu donavimus eidem Comiti Botyz, & per eum ſuis fratribus, & eorum heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus jure perpetuo, & irrevocabiliter, habendam, & poſſidendam (pro ingenti hac olim ſilva, jam vero camporum plaga, Oppidum Felka, unum e XVI Scepuſienſibus, annuas duas I. Mariáſyanorum Familiæ placentas, titulo cenſus perpetui, offerre ſolet): nec

---

montibus, qui Carnicis vel Julis alpibus innectuntur, Germaniæ limiti, vel Marchiæ (*Slavis Kraynæ, unde ſcilicet Comites, tuendis limitibus præpoſiti,* Markgrafen *vel Marchiones, appellabantur, ipſaque adeo Carniolia, hodie* Krain, olim Hungaricus *Krainenſis aut Krainburgenſis Comitatus erat*) ſtragem intuliſſe, ac propterea Leopoldum, Bavariæ Ducem, & orientalium Germaniæ limitum Comitem, vel Oſtrichiæ Marchionem, necnon Richarium, Patavienſem Epiſcopum, pro tuitione ſui validiſſimam in lævo Anaſi litore, veteribus quippe Lauriaci ruderibus, limitaneam cum Caſtro Urbem oppoſuiſſe. Anonymus Belæ I. Notarius limitem hunc pontem Gucil vocat: " Dux vero Zulta - fixit metas Regni Hungariæ - ex parte Teutonicorum uſque ad pontem Gucil (*Anaſo, infra majorem & minorem Aniſias defluenti, impoſitum*), & in eiſdem partibus dedit Caſtrum conſtruere " Ruthenis (*Medilik, Hungaris* Megyelék, *quod* Marcham *vel* Confinium *ſignificat* " (Cf.N.43.b), *Latinis Melicium, Germanis* Melck *dictum, altæque ad Danubium rupi* " *impoſitum*), qui cum Almo Duce in Pannoniam venerant; & in eodem Confinio ultra lutum Muſun (*a quo Moſonienſis Comitatus nomen accepit*) collocavit etiam Biſſenos " non paucos (*qui hodiedum ultra Leitam fluvium in Auſtria diffuſi*, Waſſer - reius Boßner - Kroaten *appellantur*), habitare pro defenſione Regni ſui, ut ne aliquando Teutonici fines, Hungariæ devaſtare poſſent. "

e) Aniſia nempe Urbs, & fluvius Anaſi Germanis Ens dicitur, cujus ponti, per Hungaros ad procurſiones, in Oſtrichiam facilius inſtituendas, conſtructo, & ab injuriis cuſtodiendo, qvum iidem Aniſiæ Urbi & Caſtro ſingula utrinque Caſtella objeciſſent, hæc Germani diminutive Ens'l compellarunt, quorum memoriam hodiedum duo Enſek & Ensdorf loca retinent. Anonymus igitur Hungarus, ex quo ſua Belæ I. Notarius hauſerat, exoticam pontis, inter majorem & minorem Aniſias impoſiti, vocem ad ſimilitudinem alterius Hungarici Caſtri Guncz (*Göncz*), ubi notabilis perinde verſus Germanicas colonias, hodiedum Németi vocatas, commercialis pons Herardo impoſitus erat, ex duabus Melicienſis Caſtri Aniſiolis ad majorem Oſtrichiæ Aniſiam, Orientalem ſcilicet Germaniæ limitem, conſtructo ponti, a Germanis Ens'l-bruck dicto, ex utriſque Guncz & Ens'l vocibus compoſitum nomen Gucil, ſeu Gunſil, conflavit. Ut adeo cum ex Ottonis quoque II, (*ap. Hanſiz. l. c. T. I. p. 225*) Volfgango, Ratisbonenſi Epiſcopo, A. 979 (*ap. Pez. in theſaur. Anecd. T. I. Cod. Ratiſp. p. 56.*) necnon Ottonis III. Piligrino Patavienſi Epiſcopo A. 995 elargitis Diplomatibus, quorum nempe prior Ibiſe (*Ips*) fluvium Ruthenos accoluiſſe, certumque ibi montem etiamnum Sclavonice Ruznik appellari teſtatur, poſterior autem Patavienſis Epiſcopatus Colonos, ad lævam Anaſi, montiumque Comagenorum, Oſtrichiam ab Hungaria ſeparantium, oram diffuſos, ab omni tam tributaria, quam judiciali Juriſdictione Leopoldi, hactenus Oſtrichiæ Germanorum Marchionis, jam vero Melicienſis Hungarorum

nec hoc pretermittendo, ut, ſi ad ipſam terram, ſeu ſylvam populos, & Jobbagyones congregare poterunt temporis proceſſu, ex tunc iidem populi congregati, more aliorum populorum liberorum de Scepes, liberam habeant recipiendi, ſeu eligendi Plebanum, quemcunque volunt, facultatem; eximendo eciam eoſdem populos a Judicio, & Jurisdictione Comitis de Scepes, pro tempore conſtituti (qui tum Michael, Comes de Zoulum & Scepus, erat). Ceterum, quicunque de Diſtrictu (vicinorum Saxonum Regiorum) de Scepes, dictos populos Comitis Botyz, & fratrum ſuorum voluerit convenire, coram Villico eorum

rorum Comitis, abſolvit, evidenter pateat, occidentialem Hungarorum, ab Anonymis noſtris deſignatum, & prævia ratione deſcriptum limitem, trium, utpote Ludovici II, Ottonis item II. & III. Imperatorum Diplomatibus confirmari, quorum duo ita ſonant:

d) In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ludwicus Divina favente Clemencia Rex. „ Si erga Divino cultui mancipata, more paterno, noſtri juvaminis benevolenciam oſtenderimus, „ hoc nobis ad Regni noſtri divinitus collati, ſtatum, necnon & perhennis juris premium, feli„ citer capeſſendum, liquido credimus profuturum. Ideoque omnibus Sancte Dei Eccleſie pre„ ſentibus fidelibus & futuris notum eſſe volumus: qualiter Vir Venerabilis, nomine Richarius, „ Patavienſis ſcilicet Preſul, per quorumdam Procerum noſtrorum, Adalberonis quoque, Reve„ rendi Antiſtitis, ac ſtudioſiſſimi nutritoris noſtri, & Valtonis Friſingenſis Epiſcopi, necnon „ Luitvaldi (*Leopoldi*), illuſtris Comitis (*limitanei Oſtrichiæ, ſeu Marchionis*) „ & dilecti propinqui noſtri, interventum, Regalitatis noſtre eminenciam, merore confectus Epi„ ſcopus, ſui dampnum lamentando, interpellans, eo quod ſeviente, proh dolor! paganorum (Cf. „ Not. 60. d) impugnacione, quedam pars dieceſis ſue, ubi Sancti Floriani Martyris monaſterium „ (*in hodierno Auſtriæ* Traun-viertheil *intra homonymum & Aniſiam fluvios*) „ conſtructum eſſe dinoſcitur, ex improviſo devaſtata eſt, deprecans, ut civitatem illam „ (*Aniſiam*, Ens), quam fideles noſtri Regni pro tuicione Patrie unanimiter contra eorumdem, „ Chriſtiani nominis perſecutorum, inſidias noviter in ripa Onaſi fluminis, in proprio jam dicti „ Martyris, partimque in terra Prefecture terminalis (*Marchionatus Oſtrichiæ*) ſtatuen„ tes conſtruxerunt, ad ſupradictum ſacroſanctum locum, in quo ejuſdem beatiſſimi Martyris „ corpus venerabiliter inumatum eſt, traderemus, jurique ipſius Sancti atque poteſtati largiendo, „ firmaremus. At nos divino compuncti amore, Beatique Floriani confiſi interceſſione, conſul„ tui cunctorum Procerum noſtrorum gratanter ſatisfacientes, necnon prenominati ipſius Epiſcopi „ proviſioni libenti animo annuentes, decrevimus ita fieri, eandemque civitatem (*Aniſiam*) „ cum omni apparatu municionis, ſeu utilitatis, cum conveniencia terminalis Comitis, per hoc „ preceptum noſtrum, Chriſtiano Martyri Floriano, abſque ulla retractacione, perhenni jure, „ pro remedio anime noſtre, parentumque noſtrorum eterna liberacione, contulimus atque tradidi„ mus. Inſuper eciam quidquid ſervus noſter (*Servicus*) quidam, nomine Perhart, in aqvilonari parte Danubii (*hodierno* Mühl-viertheil) proprii, in terra & mancipiis, in ipſa Marca „ (*orientalis Germaniæ vel Oſtrichiæ*) tenuit, eidem Sancto Dei perpetim firmamus, ut „ idem Epiſcopus tam de civitate (*Aniſia*), quamque ex ipſo proprio, ſuique ſucceſſores li„ bera perhenniter fruantur poteſtate. Et ut hec verius credantur, memori manu noſtra in ſubtus „ roborantes, annulo noſtro juſſimus inſigniri. Signum Domini Ludwici piiſſimi Regis. Engelbero

„ Nota-

rum (seu Judice)conveniat ordinario : Et, si aliquis ex ipsis populis (Botyzi & fratrum suorum) convictus fuerit, villicum suum placare teneatur; si vero extraneus (convictus fuerit), Comitem aut Judicem suum ordinarium (Botyzum quippe) placabit. Preterea, quicunque ipsum Comitem Botyz, & fratres suos convenire voluerit, non in presencia Comitis de Scepes, sed in presencia nostre Majestatis more aliorum Nobilium Regni nostri conveniat Juris Ordine observato. Ut igitur

---

„ Notarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognovi. Datum XIV. Kal. Febr. Anno Domini „ *Nongentesimo primo.* Indict. IV. Anno vero Regni Regis Ludvici primo. Actum in Ci„ vitate Ratispona, in Dei nomine feliciter. Amen. Atque huc pertinet, quod Hungari Ar„ padaai, præter occiduo-Asiaticum, etiam orientale Europæum Atilæ Imperium postliminii jure instau„ raturi (*Cf. Not.* 43. c. & 55) veteres Atilanos limites haud excesserint. Procopius (*de B. V. L. I. C.* 4) ait: ‘ Atilas omnem facile Europam depopulatus est, atque Imperium utrumque (*Occiden„ tale nimirum & Orientale*) habuit vectigale, tributum annuum Augustis ipsi pendentibus. “ Jornandes quoque (*de reb. Get. C.* 49) Hunnos defuncto Atilæ inter mortuales mœnias hæc verba concinuisse testatur: “ Qui inaudita ante se potentia - utraque Romanæ urbis Imperia, ca„ ptis civitatibus, terruit, &, ne reliqua prædæ subderent, placatus precibus, annuum vectigal ac„ cepit. “ Memoriam tributorum horum una & limitum, quousque pertinentium, synonymæ *Steuereck & Steuer* in hodierna superiore Austria, necnon *Crainburgum* in Carniolia urbes hucdum retinent. “ Atila enim tributa (*Deguines. de Orig. Hung. Vol. II. T. I,* „ *ap. Pray. p.* 176) victis & exteris imperare solitus, suos vectigalibus onerare nusquam au„ ditus est. “

e) In Nomine Sancte & individue Trinitatis. Otto II, divina favente clemencia Impe„ rator Augustus. Si erga divinis cultibus mancipata loca propter amorem Dei, eorumque in „ eisdem locis, sibi famulantibus, beneficia opportuna largimur, premium nobis apud Deum in eterna „ beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus Sancte Dei Ecclesie fidelibus no„ stris, presentibus & futuris; quia Vir venerabilis Volfkangus, Regenspurgensis Ecclesie Epi„ scopus, que est constructa in honore S. Petri, Principis Apostolorum, necnon & S. Emme„ rammi, Martyris Christi, adiens Celsitudinem culminis nostri, innotuit auctoritati nostre, in „ terra quondam Avarorum, juxta fluviolum, qui Erlaffa (*hodie Erlabach*) dicitur, locum „ quemdam, qui Steinmakiricha (*hodie Steina Kirchen*) nominatur, quem per multa an„ norum curricula desertum, ipse de Bavaria missis colonis incoli fecit. Qui ut ruciores ibi ab „ infestacione Ungarorum manere possent, petiit nostram Serenitatem locum quemdam, inter ma„ jorem & minorem Erlaffam situm, ubi ipsi convenirent, Castellum construendum, qui (*locus*) „ vocatur Zvifila (*metalli fossores nostri locum, ubi vena mineralis bifariam dividitur, hodie„ dum* Zwisl *vocant*). Cujus deprecacioni propter divinum amorem & reverenciam Sanctorum „ predictorum libenter annuimus, & ipsum locum (*hodie Willburg, fere ita, sicut Mo„ sonium, ad angularem Leitæ cum Danubiali alveo confluentem prostans, Wisl„ burg, rectius* Zwisl*burg dicitur*), perpetuo possidendum eidem concessimus Ecclesie, ab

igitur hujus Donacionis noſtre ſeries robur obtineat perpetue firmitatis, nec ullo unquam tempore, per quempiam poſſit in irritum retractari, preſentes conceſſimus Literas duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Viri diſcreti Magiſtri Farkaſii (Volfgangi) Prepoſiti Albenſis, Aule noſtre Vice Cancellarii, dilecti, & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto; decimo Calendas Auguſti, Regni autem noſtri anno trigeſimo.

O XXVIII.

„ ab eo loco videlicet, ubi prenominati fluvioli confluunt uſque in Ibiſam (*Ips fluvium*), „ ubi flumen huic confluvio Erlaffarum proximum eſt, & ſurſum verſus per litus Ibiſe uſque in „ rivum, qui dicitur Zvicha, & per hunc uſque ad montem, qui (*in memoriam veterum* „ *accolarum*) dicitur Slavonice Ruznik. Ab orientali autem parte litus majoris Erlafie uſque „ in montana, propter municionem locorum (*coercendis Melicienſibus Hungaris opportu-* „ *norum*) huic donacioni terminum ſtatuimus, & quicquid noſtri juris eſt (*quale autem fue-* „ *rit, præmiſſa docent*) ad donandum, infra hos terminos ad S. Petrum, Sanctumque Em- „ merammum perpetuo jure contradimus, & , ſi minus, quam ſex Regales Manſi „ arrabilis terre, noſtri juris infra terminos preſcriptos inveniatur, ubi proxime juxta predictum „ caſtelli locum habemus, ex utraque ripa Erlaffe ſuppleatur. Has itaque res & quicquid in po- „ ſterum ſilvarum exſtirpacione, omnique alia cultura ampliſicetur, abſque ullius perſone obſtacu- „ lo, cultis & incultis, queſitis & inqueſitis, edificiis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque „ decurſibus, rivis, ac rivaticis, molendinis, piſcacionibus, viis & inviis omnibus, ad jam di- „ ctum terminum juſte legitimeque adpertinentiis, ad ipſius Eccleſie utilitatem firmiter tradidimus, „ ita videlicet, ut ſupra memorate Sedis Rectores ob Eccleſie commoditatem liberam habeant poteſtatem „ faciendi, quicquid elegerint. Et ut noſtre largicionis auctoritas firma perſeveret, annuli noſtri „ impreſſione ſigillari juſſimus. Data II. Idus Octobris, Anno Incarnacionis *Nongenteſimo ſe-* „ *ptuageſimo nono*, Indict. VI, anno vero Regni Secundi Ottonis XV. Imperii autem IX. „ Actum Ratiſpone, in Dei nomine feliciter. Amen. “ Juvat iſthic etiam tertium Diploma, in extractu commemoratum adjicere:

f) In nomine Sancte & individue Trinitatis. Otto (III), divina favente clemencia, Rex. „ Notum ſit, cunctis, tam preſentibus quam & futuris, Chriſti fidelibus; Qualiter Piligrinus, ſancte Pa- „ tavienſis Eccleſie venerabilis Preſul, Epiſcopatus ſui pertinenciam, in orientali (*ad lævam* „ *Anaſi montiumque Comagenorum oram diffuſa*) plaga, Barbarorum (*Tranſanaſano-* „ *rum quippe Hungarorum*) limiti adjacentem, creberrima eorum devaſtacione infeſtari, noſtre „ conqueſtus eſt pietati, a quibus eciam Barbaris moderno noſtri quoque Regni (*ab uno & medio anno auſpicati*) tempore, miſerabili lamentacione adjecit, tam irrecuperabili ſe damno „ leſum in interfeccione & direpcione Eccleſie ſue familie, preter innumerabilia predacionum „ & incendiorum diſpendia, ut abſque habitatore terra Epiſcopi ſolitudine ſylveſcat, cujus per- „ niciioſiſſimum jacturam munificencia noſte liberalitatis, hujuſmodi ſolari juvamine pro noſtre eterno „ precatus eſt anime remedio, quatenus videlicet ingenui, qui ex inopia ſervorum in locis ec- „ cleſiaſtici patrimonii conſtituuntur, coloni, quidquid noſtre publice exaccioni, juſticiaria po- „ teſtate, deberent, ad priſtine reſtauracionem culture, ſuis largiremur uſibus. His igitur moti „ querelis, militumque intervencionibus allubeſcentes, ſuſcipiende reverencie Theophanie, Do- mine Matris noſtre, ſemper Auguſte, amborumque Nepotum noſtrorum, Henricorum, Ducum

XXVIII.

Adjudicatorio-ſententionales Literæ Sedis Judiciariæ Comitatus Scepuſienſis, in Cauſa reſuſcitatæ metalis, inter Saxones villæ Urſi & Draucarios differentiæ, permiſſu Michaelis, Comitis Scypſenſis, Judicialiter deciſa, in Scepuſienſi Capitulo emanatæ. A. D. 1271.

Ex Autographo, apud Illyésfalvenſes habito.

NOS Capitulum Eccleſie S. Martini de Scyps, univerſis Chriſti Fidelibus, preſentem paginam inſpecturis, ſalutem & vite bravium affectatum, poſt diſſolucionem corporis, vite perfrui ſempiterne. Sicut tempus inſtabile labendo deſinit, ſic ipſo tempore deſinunt actiones, niſi ſcripturarum memoria roborentur. Proinde ad univerſorum noticiam tam preſencium quam poſterorum harum ſerie volumus pervenire: Quod conſtituti in noſtri preſenciam Ricolphus & Polanus Comites, Detricus Comes Saxonum, Goblinus Scriptor, Cunch Villicus de Sancto Georgio, & Hannus, Filius Jordani, Arbitri, ſuper terra quadam, inter populos Ville Drauch ex una parte, ac hoſpites Ville Urſi ex altera

„ ſcilicet Bavarie ac Carinthie Regionum, poſtulata eo tenore conceſſimus, ut liberi, cujuſcun-
„ que condicionis ſint, qui deſtinantur, coloni, in locis, pertinentibus ad ſancte Patavienſis Ec-
„ cleſie Preſulatum, in honore Beati Stephani Proto-Martyris Chriſti conſtructum & dedicatum,
„ ubi S. Valentinus & Maximilianus Confeſſores Chriſti corpore requieſcunt, ſitis in MARKA
„ (*Oſtrichiæ*) HACTENUS Luitwaldi Comitis, a noſtrorum Miniſterialium deinceps ſint diſtriccione
„ (*ſubjectione*) abſoluti, & quidquid noſter publicus fiſcus ab illis exigere vel percipere po-
„ terit, hoc totum in cunctis Advocato (*Præfecto* Schirmvogt) preſate Eccleſie Patavienſis exigen-
„ dum & percipiendum ad jam dictam Pontificis Filigriai, ſucceſſorumque ſuorum utilitatem perpetim
„ condonamus, nec (*deſtinandi ejuſmodi coloni*) pro ulla alia occaſione (*alio in caſu*)
„ aut vadium (*pignus præfixæ comparitionis ad Judicium*) ſolvere, aut ad (*Melicien-*
„ *ſem Hungaricæ juriſdictionis*) Comitatum ire a (*Luitwaldo, jam nunc Melicienſi Hunga-*
„ *rico, antea Oſtrichiæ*) Marchione, vel aliqua (*eidem ſubordinata*) judiciarie potaſtatis perſona
„ (*Cf. Not.* 17. b) cogantur, niſi ea lege vel jure, quo eccleſiaſtici ſervi (*Patavienſes,*
„ *actu excolendis Eccleſiæ fundis* (Cf. Not. 30. d) *obſtricti*) ab extrancorum (*Me-*
„ *licienſium quippe Hungarorum, jure conventorum*) pulſati reclamacionibus (*gravati*
„ *contradictionibus*) pro ſatisfacienda (*adminiſtranda*) juſticia ad placitum, ire (*propterea*)
„ compellantur (*quod omnis Actor forum Rei ubique ſequi debeat*). Et ut hec au-
ctoritas

tera, ex conſenſu & permiſſione Michaelis, Comitis Scypſenſis, deputati (53), talem compoſicionem inter prefatas Partes utraſque, Partibus coram nobis comparentibus, & compoſicioni conſencientibus; dixerunt ordinaſſe: Quod populi Ville Drauch hoſpitibus Ville Urſi terram, ſuper qua queſtio orta fuerat ab antiquo, ſecundum tenorem Privilegii Glorioſi Bele Regis relinquere tenebuntur. Et ut materia jurgiorum inter Partes perpetuo ſopiatur, talem compoſicionem ſeu obligacionem pretaxati arbitri aſſeruerunt ſanctiviſſe, ut, que Parcium a prehabita compoſicione reſiliret, pene viginti Marcarum ſubjaceret, due partes Arbitris (Sedi quippe Judiciarie Comitatus) tercia vero Judici (Saxonum vel Grafio) cedere deberet. Ut ergo hujus rei ſeries robur obtineat perpetue firmitatis, literas noſtras conceſſimus, Sigilli noſtri appenſione roboratas. Actum ſecunda Feria ante Feſtum Marie Magdalene. Anno Milleſimo, Ducenteſimo, Septuageſimo primo.

„ ritas noſtra preſentibus futuriſque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulſa manere, „ manu propria ſubter ſignavimus, annulique noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Domini „ Ottonis, glorioſiſſimi Regis. Hildwaldus Epiſcopus ad vicem Villigiſi Archi-Capellani recognovi. Dat. pridie Kal. Octobr. Anno Dominice Incarnacionis *Nongenteſimo octuageſimo quinto.* Indicit. XIV. anno autem Tercii Ottonis reguantis ſecundo. Actum Babenberge in „ Dei nomine feliciter. Amen. „ Mirum proinde non eſt, Cl. Hieronymum Pezium (*Diſſ. V. T. I. ap. Kat. H. Duc. p.* 590.) epocham Auſtriaci hujus Marchionis, Leopoldi Babenbergici, ſincere non minus quam vere *infinitarum quæſtionum, obſcuritatum & difficultatum ſilvam* ideo vocare, quod ea, quæ Auſtriaci Scriptores de ſuis initiis memoriæ prodiderunt, ſibi minime cohæreant.

54) Ex hoc judiciario Diplomate patet, Sedem Judiciariam, e Comitatenſibus Nobilibus & Saxonicis provincialibus Individuis compoſitam, in Cauſa metalis inter Saxones villæ Urſi (*ab urſorum cicuratione* das Bärendorf, *ſicut Caniferi, a canum venaticorum* (Cf. XVI), *& Draucarii a falconum inſtructione* (Not. 50) *dicti ſunt, ita nuncupatæ*), ad Provinciam Saxonum Regiorum ſpectantes, & Draucarios, tertiam Caſtri Scepus vel Comitatus partem, privato Regum arbitrio relictam, incolentes, refuſcitatæ differentiæ, Michaele, Scypſenſi Comite, quod in eadem Cauſa Judicem jam antea (XXVI) egerit, a Cojudicatu ſemet abſtrahente, in Capitulo Scepuſienſi conſediſſe. *Primus* quippe ſecularium Cojudicum Ricolphus, *alter* Polanus *Comites*, quod primæ populorum ſuorum inſtantiæ Judices fuerint, ita olim appellati, conſederunt, quorum prior Diſtrictualis concernens Draucariorum Centurio, ſive Dravetzenſis Proceſſus Judex Nobilium, poſterior autem adjunctus Juraſſor fuiſſe eruitur; *Tertius* erat Detricus Comes, vel Judex electitius Regiorum Saxonum, in tertia perinde Caſtri parte diffuſorum, populariter *Graf* nuncupatus; *Quartus* Goblinus, Cenſualis utpote poſſeſſor (XXIV) terræ Nadoſth, Notarium Sedis egerat: *Quintus* Kunſch', Villicus vel Judex villæ S. Georgii, & *Sextus* Hannus (*Hanns vel Johannes*) adjuncti Grafio Jurati erant. Ut adeo id quoque pateat, Michaelem hunc, Stephanum item (XXV), Detricum porro (XXIV), necnon Arnol-

dum

XXIX.

Diploma Stephani V, Regis Hungariæ (55), quo Saxonibus Scepusienſibus ampliſſimas immunitates largitur, & his connexas obligationes deſcribit. A. D. 1271.

EX AUTOGRAPHO, per XVI. Oppidanos occaſione Comitiorum A. 1790 *Statibus & Ordinibus Regni exhibito, deſumtum, & ab eo, quod Analectorum P. I. p.* 189 *inſertum habetur, in aliquot vocibus diſforme.*

STEPHANUS Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Bulgariæque Rex, omnibus tam præſentibus, quam futuris, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium ſalvatore. Regiæ ſublimitatis immenſitas, cujus eſt in ſubjectorum opulentia, & populi multitudine gloriari, ſolet ſuorum formam libertatis ſubditorum, & ſolutionum, ac ſervitiorum meritum, ſive modum miſericorditer

dum (XXII), Comites de Scepus, a Bela Rege (*cujus nempe Caſtrum Scepus erat*) pro tempore conſtitutos, velut ſupremos totius Comitatus Judices, Juriſdictionem ſuam in omnibus Caſtri partibus non modo eminenter exercuiſſe, verum etiam Saxones Regios cum Nobilibus Sedes Judiciarias communes celebraſſe.

55) Bela Pater filium ſuum Stephanum paulo antea (XXVII) Regem Hungarorum vocavit, & occaſione hac arrepta, nominis Hungarorum originem attigimus, reſtat, ut alia nonnulla eorum adjuncta, Saxonum rebus in luce jam utcunque collocatis, quam breviſſime hoc loco perſtringamus.

a) Primæ in Europa Regni Hungariæ origines ad A. circ'ter Chriſti 375 (*Cf. Pray. Annal. vet. Hunnor. & epiſt. reſp. ad Bened. Cetto p.* 226) referendæ ſunt. Patet hoc ex *Anonymo* quoque *Turótzyano*, licet eundem imperitus Interpres una, & miſer Geographus, e veteribus, Cuno - Magyarorum Chronicis indocte compilaverit, confuderitque, dum (*P. I. C.* 10) perhibet: " Eoſdem, A. C. 373 e Scythia (*occiduæ intra Imaum Aſiæ*), „ Capitaneis Bela, Kemo & Kadicha, filiis Chelæ, Ducibus egreſſos, per ſuperiorum Roſſorum „ (*ex Araxena olim Armenia iſthuc delatorum, ſub quibus interpres male Beſſos „ intellexit.*) & Alborum Cumanorum (*ſupra fontes Danapris & Volgam occidentalem uſque ad Balticum & Album maria diffuſorum*), dein Suſdalorum & „ inferiorum (*non interpretis Ruthenorum, necdum hoc nomine cognitorum, ſed*) „ Roſſorum (*a Danapris fontibus & Volga occidentali ad fontes Tanais pertinenti- „ um; quorum nempe omnium præmiſſorum Regio, nomine* Albæ Roſſiæ, *hoc eſt: Cúá- „ zár-iæ, vel* Gentis Albæ *venerat*) crudele dominium tranſeuntes, in Nigram Cuma-

„ niam

ter moderari, ut populis certa lege fruentibus, eorum numerus augeatur. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire; quod, cum per transitum Domini Belæ, Illustris Regis Hungariæ, Patris Nostri charissimi, felicis recordationis, ad Nos Regni gubernaculum devenisset, jure successorio, seu ordine genituræ, placuit Nobis inter cætera, libertatem fidelium Nostrorum Hospitum Saxonum de Scepus, gratiosius reformare, concedentes eisdem hunc statum, & gratiam libertatis: quod nobis ratione teragii, singulis annis trecentas Marcas fini argenti, cum pondere Budensi, in Festo B. Martini Confessoris solvere teneantur, quibus solutis, ab omnibus exactionibus, & Collectis, Dicis & Vectigalibus, quæ in Regno nostro exigi contigerit, sint liberi penitus & exempti. Deinde cum nos in Regno Nostro, vel extra Regnum exercituare, vel militiam

„ niam (*quæ scilicet* Nigra quoque Rossia vel Chazaria, *ipsumque adeo Euxinum mare*, ni„ grum *dicebatur*), fluvio Tanai adsitam, devenisse, ac perdomitis in transitu universis bar„ baricis (*Gothico-Slavicis*) Regionibus, tandem venisse in Pannoniam (*sensu latiore, „ inclusa Dacia, sumtam*), & ad ripas ostiorum Alutæ (*non vero Tisciæ*) stativa fi„ xisse castra. " Relationis enim hujus prototypon ita eruitur habuisse: " *A' Fel-Rosszok' és zár-Kúnoknak, osztán Szuzdalok, 's Al-Rosszoknak, kemény Uradalmin által menvén, Kara-Kunságba értenek a' Don-Vize folytán. Indúlólag a' külön nyelvű nemzeteket meg hódolttattván, elő Pannoniába jöttenek, és Ólt vizének szakadása előtt lévő partyain ki-szegezett táboraikat bé árkoltak.* "

b) Tametsi autem Europæi Magyaros a præmissis, ad Alutæ ostia defixis Castris, jam *Hunnos* jam *Hung-vár-os* appellarent (Not. 52), primævum tamen eorum nomen haud exolevit. *Gregorius* Turon. (*Hist. Franc. L. II. C. 8*) testatur: " Ætium, Gaudentii filium, a puero præ„ torianum, tribus annis Alarici (*in Italia*) obsidem, dehinc Chunorum (*Kún-orum vel Cu„ manorum, Mundiucho, Atilæ Patri, Europæ orientalis & Asiæ occidentalis Im„ peratori, obnoxiorum*) circa A. C. 407 fuisse. " Ita postquam *Keve*, mediocris natu „ Atilæ frater, castrum a nomine suo *Keve-bása* dictum, sive Kioviam, construxisset, Dani orientalem Europam ideo *Chunigard vocarunt, quod sedes Hunnorum, cujus metropolis Chue* (Kiovia) *ibi fuerit.* Ita, postquam Onog-ur-us (*Prisci Rhet. Onegesius*), Atilani Palatii Comes, & Albæ Cumaniæ (*quæ Græcis Latinisque Alba Sarmatia, & Alba Russia vocatur*) Csá-kanus, A. 448 (*Cf. Prisc. ap. Stritt. T. I. p.* 449 & 508. *Pray. Annal. p.* 188-) cum Elacho, Atilæ filio, Acatirorum (*quod in monoxylis, a se fabricatis, per Danaprim & utrumque Tunaim defluere consueverint, Græcis ita dictorum*) Csákano contra Sarmatas vel Gögenyos, Obium orientalem accolentes, emissus, collatis cum Tchoulo, eorum Duce, signis, victor facile decies centena hominum pecudumque millia in suam Onoguriam (*Turótzii P. I. C.* 17. *Litwaniam*) traduxisset, potior Gothicarum gentium, Russorum utpote Araxenorum, australem Codanici, Finnici & Albi maris oram accolentium, pars ad hodiernam Sveciam & Norvegiam commigravit, ut adeo mare Codanicum occiduis ulterioribus Germanis Ost-See, advenis autem ex Asia boreali Sarmatis *Biale vel Bielo* more (*unde Latini denominationem* Baltici *desumserunt*) prout etiam Russi-

exercere coegerit temporis neceſſitas, ut parati cum quinquaginta Viris armatis lanceatis (*Cf. VIII. XX. & Not.* 39) venire teneantur, ſub vexillo Regis (quod nempe ad Caſtrum Scepuſienſe ſpectabat) viriliter pugnaturi. Cum autem Nos Provinciam intrare acciderit, quotieſcunque illuc cum Baronibus Noſtris, & Noſtra Militia venimus, ipſi hoſpites noſtri Nobis introitum dare tenebuntur opulentum, & ſimiliter in egreſſu, deceſſum delicatum, Noſtræ Celſitudini competentem. Et quia crebrius in conflictibus noſtris ſanguinem ſuum uberius effuderunt, Noſtræ Majeſtatis Regiæ in conſpectu, hanc eiſdem gratiam & libertatem duximus concedendam, quod liberam habeant licentiæ facultatem, inter ſe Comitem vel Judicem, quemcunque voluerint, eligendi, qui una cum Comite (de Scepus, quum Regium, non vero nobilitare Caſtrum (Cf. not. 25) eſſet)

---

eus alter ſinus, mare itidem *Album*, ipſaque omnis hæc Europæ orientalis ad Septentriones Regio *Alba Sarmatia* diceretur, quam videlicet conſtructis Onog-ó- & új-vár (*quæ hodie Karel ó-gorod & Wiburg appellantur*) caſtris, necnon metropoli, ad *Album* paludem *Zár-ſzeri* propterea ſic vocata, quod Albæ Sarmatiæ Comitia (*Cf. Anon. Not. C.* 40. & *Kat. H. D. p.* 151) ibi celebrarentur, per ſuos Cuno-Magyaros gubernabat, Sarmatis metropoli quidem huic *Belo-zeriæ* vocabulum, e duabus linguis conflatum, Regioni autem populare *Beliæ* hoc eſt: *Albaniæ* nomen imponentibus. E quibus conficitur, omnem illam Regionem, antea Roxolaniam, Græcis adhuc A. 425 (*Socrat. Hiſt. Eccl. L. VII. C.* 43) pro Ruſſia, Cunis autem, jam vero etiam Hunnis, ejuſdem poſſeſſoribus, pro Alba & Nigra Cumania (*Zár-és Kara-Kún-ság*) habitam fuiſſe. Ita denique *Sidonius* Apollin. Gallicam Atilæ, pro reducendis ex Imperio ſuo profugis nationibus, A. 451 ſuſceptam expeditionem deſcribens (*in Paneg. Carm. VIII*), inter ceteras gentes etiam *Chunos*, quos Valeſius (*Rer. Franc. L. IV*) cum Hunnis eoſdem facit, Atilam ſecutos recenſet. Expeditione hac, Atila innumerabilem profugorum, Hunnicorum ſubditorum, multitudinem reduxit, quibus ad originum ſuarum loca collocatis, Budam ovans ingreſſus, quatuor præcipuos Europæo ſuo Imperio *Vám-úr-os*, Turotzyo *Speculatores*, ac diſerte Coloniæ (*P. I. C.* 18), ad Spream, *Edek-úr-um* ſive Odoacrum; alterum in Litvania (*Regione multo ſerius ita vocari* (Thunman. p. 67) *cœpta, rectius proinde in Alba Cumania vel Onogoria ſive Ruſſia*) Beloziræ *Oneg-úr-um*; tertium juxta fluvium Tanaim in Azow *Elachum*, filium ſuum; quartum denique Jaderæ in Liburnia *Oreſtem*, Partium ſibi concreditarum adminiſtrationem habituros, ordinavit.

c) Poſtquam *Onegurus*, Atila A. 454 fatis, erepto, Hormidacum Ducem (*Cf. Pray. l. c. p.* 182) cum aliqua Onogurorum, *Dengizicho* contra Romanos auxiliarium, parte A. 466 eximiſſet, idem & Dengizich, ſignis parum proſpere collatis, ex inferiore Mæſia ejectus, cum ſuis Onoguris ad Danaprim, Regionem quippe ab Oſtrogothis, ante decennium in Pannoniam excedentibus, deſertam, in proxima Saragurorum & Urogorum Hunnorum, ad Tanaim protruſorum (quorum nempe priores, quod *vagi*, ſeu Græcorum *metanaſtæ* fuerint, *Szaragori-ak*, poſteriores autem, quod in ſubterraneis cavernis habitaverint, ab Hungaris *Ürögi-ek* vel *Ürgi-ek* appel-

eſſet) pro tempore conſtituto, omnes Cauſas, inter ipſos emergentes, judicabit, in Leucha, Civitate Provinciæ (quæ in tertia, privato Regum Dominio terreſtrali relicta, parte conſtituebatur) capitali, juxta jus & conſvetudines Provinciæ approbatas; de pœnis vero, ſeu mulctis, ſeu Birſagiis, de Cauſis majoribus provenientibus, Comes (Caſtri), pro tempore conſtitutus (cum ſua Sede (*XXVIII*) Iudiciaria) duos recipiet denarios, Comiti Provinciæ (Saxonum), tertio denario permanente; hoc expreſſo, quod de ſimplici vulnere, quod non tranſit in mutilationem, cedit media Marca, de mutilatione quinque Marcæ, de fiſſura ſimiliter quinque Marcæ, de cæde vero cedent decem Marcæ (Comiti ſcilicet Caſtri, aut

---

appellati ſunt) vicinitate, Dengizicho præcipiente, conſedit. Qvum porro Dengizich, collectis horum & aliorum, diſerte autem *Acatirorum*, ab inferiore Tanai uſque ad Pontum & Caucaſum diffuſorum, ſibi fidelium, copiis, Gothos A. 469 ad Baſſianam (*hodie Verbaſſianam, Græcorum Boſonam, olim Pannoniæ, nunc Boſniæ urbem*) aggreſſus, non modo profligaretur (*Jornand. de R. Get. C.* 52), verum etiam per Mæſiam redux ab Argeniſclo, Romanorum Duce (*Marcellin. & Paſch. Chron.*) ex inſidiis cæderetur, ipſique adeo Perſæ inſignem de Hunnis Cidaritis, *Bendeguzo*, Dengizichi Propatruo (*Priſci Oebarſio*) obnoxiis, victoriam (*Priſcus, Edit. Poſon. C. I. ſ.* 7. 14. *C. II. ſ.* 27. *fin.*) retuliſſent, gentes quoque Hunnicæ, ſibi quodammodo relictæ, res novas in Auſtrali vel Nigra Cumania moliri cœperunt. Magyari quippe, Acatirorum contribules, infra Volgæ oſtia mare Caſpium (*quod Priſcus* (ap. Stritt. T. I. p. 570) *pro ſinu oceani ſeptemtrionalis habet*) accolentes, Avaros Cisvolganos, Atilæ Caſtro adſcriptos, ſibi ultrocitroque incubantes, ſupra Cophinem fluvium protrudendo, Sabiros (*ſive* Zavar, os, *quod e promiſcuis populis conflati eſſent, populariter ita dictos*) ſedibus ſuis ejecerunt; hi viciſſim *Saraguros*, *Urogos* & recentes advenas *Onoguros*, commiſſa pugna, expulerunt; ac ita demum pace fruituri, miſſis ad Romanos Legatis, bonam eorum vicinitatem expetentes, Eruachum, ſeu *Csa-ábam I*, Bendeguzo ſuccedentem, quem Priſcus (*ap. Stritt. T. I. p.* 571 -) Kún-Khan-um, titulo Hunnis proprio, vocat, non modo Patrem ac Dominum ſuum agnoverunt, verum etiam bellum contra Perſas habentem, egregie adjuverunt.

d) Qvum Eruachus, Atilæ minimus natu filius, ex Hunna progenitus, a ſuis popularibus *Csába*, ſive *Gentis Pater* dictus, Hunnicum occiduo-Aſiaticum Imperium, una cum extima Europæo-orientalis parte, in ſe devolutum, edomitis Perſis, feliciter gubernaret, ulteriores Europæo-Atilanas Regiones, ac diſerte Gepædiam vel Gothiam, ſive Daciam, *Aladarius*, Jornandis Ardaricus, Procopii Alaricus, Malchi Otrinrius, Theophanis Triarius, frater ejuſdem, ex Domina Kreynheltz (*Turótz. l. c. C.* 23. *Olah. L. II. C.* 17. *Cf. Cluv. Geogr. p.* 289. & 231), Detrici, de Verona Svevica Dynaſtæ, Sorore natus; Mæſiam vero *Aſpar*, filius Ardaburi, Patriciorum princeps, Aladarii affinis (*Theophan. ad A. Zen. IV. ap. Stritt.*);

Pan-

aut Sedi ejusdem Judiciariæ); Causas vero minores pro pecunia, vel hæreditatibus Comes Provinciæ per se judicabit (majores igitur vel appellatas Comes Castri). Concessimus etiam iisdem liberam licentiæ facultatem; sacerdotes, quoscunque decreverint, in suas Ecclesias eligendi; qui de ubertate Nostræ gratiæ, liberis decimis, jugibus temporibus, potientur, ad Omnipotentis gloriam & honorem. Volumus etiam, quod nullus Comitum (vel Castellanorum) pro tempore constitutorum, ipsos contra libertates, eisdem concessas, molestare audeat, vel præsumat (*Cf. Not.* 30. c). Insuper de prærogativa speciali, hanc ipsis dedimus libertatem, quod per nullius conditionis, Status, aut Ordinis hominem possint ad Nostri præsentiam extra Provinciam evocari, vel citari, maxime quia homines sunt simplices, & in jure Nobilium nequeunt con-

---

Pannonias denique *Valamirus* cum fratribus, velut *fœderati Romanorum stipendiarii*, regebant. Aspare interea, ob suspicionem arripiendæ tyrannidis per *Leonem* cæso, Theuderichus, Aladarii filius, in Gothia succedens, Mæsiam, velut Csábæ, suamque ab Asparis cæde hereditatem, occupavit, suos ad Leonem Legatos eum his mandatis expediens: " I. Ut ipsi „ Mœsia, velut caduca (*Asparis affinis*) succession, stabiliatur; II. Ut in Mœsia eidem habi„ tare liceat; III. Ut eorum ordinum quibus Aspar præfuerat, etiam Dux esset. " Sed Theuderichus, barbarorum princeps (*Malchus ap. Stritt. in Goth. ad A.* 473), Legatis re infecta redeuntibus, Leonem aggressus, pacem his conditionibus confecit: " I. Duo millia librarum „ auri Gothis singulis annis pendi: II. Theuderichum Magistrum equitum & peditum præsenta„ lis militiæ constitui, quæ dignitas maxima habetur. III. Solum Gothorum Regem esse: Neque IV. „ quemquam eorum, qui a Gothis transfugere vellent, ab Imperatore in Regionem suam admitti. „ &c. " Theuderichus, virtute præmissarum pacis conditionum Puncti tertii, Theodoricum (*Turótzii Detricum, de Verona Italiæ, quem nos quoque ad evitandam nominum confusionem ita vocabimus*), Valamiri filium, Pannoniis privaturus, auxiliares a Patruo suo Csába Hunnos impetrando, ingentes A. 474 ad Tibiscum copias conflavit. Opportune adhuc *Marcianus*, Anthemii filius, Leonis gener (*Cf. Candid. Isaur. in Bibl. Phocii, & Turótz. P. I. C.* II. 12, *qui omnem hanc narrationem, e genuinis fontibus hausiam, male disposuit & confudit*) jussu Imperatoris Detrico, Romanas ad Potentianam (*hodie* (Kat. H. D. p. 200-205) *Hanságbék*) suppetias allaturus, comparuit. " Hic Detrico & Marciano intra se consultantibus, num, transito Danubio, Hunnos in castris aggredi, vel vero alium pro conflictu, cum ignota gente ineundo, locum eligere deberent? — Theuderichus, molimium Romanorum haud ignarus, Gepædibus ad impedimenta relictis, castra secus Danubium e regione hostium suorum transtulit, Romanis, quod Hunnos, Theuderichi auxiliares, navibus carere viderint, quietas noctes ducentibus. Theuderichus interim cum Hunnis, maxima flumina utrium beneficio transmittere assetis, Danubio intempesta nocte infra Budam trajecto, Romanos ac Detrici Gothos, alto sopore obrutos, aggressus, ad internecionem cædit, fugatque. Orto sole Hunni se ad campum *Tárnokvölgy* recipiunt, in quos Detricus & Marcianus cum residuo, urbi Potentianæ incluso, atque ad *Száz halom* relicto, exercitu irruit. Hunnis tandem circa solis occasum tam præteritæ noctis insomnio, quam longinquo itinere ac belli labore, fatigatis, Romanorum

conversari, agriculturis, & laboribus intenti, proprio jure, & lege speciali perfruuntur; verum omnes causæ pro possessionibus, hæreditatibus, metis & limitibus, facultatibus & mortibus, seu quibuscunque casibus, per Comitem (Castri) pro tempore constitutum & Comitem Provinciæ, terraneis (cojudicibus) (*XXVIII N.* 54) mediantibus, judicabuntur, in loco (Leucha) superius memorato, secundum formam juris. Deinde singulis annis, in Ramis Palmarum, monetam nostræ Cameræ Regiæ cum omni reverentia suscipere tenebuntur, & solenniter permittere currere secundum jus, vigorem, & lucrum Cameræ Regiæ cambiare universaliter tenebuntur; ita quod Comes Cameræ, vel sui Officiales, quos adhoc deputaverit (*Cf. Not.* 17. b), altero dimidio Mense, sive sex hebdomadis plenam habeant potestatem cambiandi jus, &

P lu-

norum exercitus sit superior, sed cum non minorem, quam Hunni Stragem acceperit, hos, inflatis denuo utribus, Danubium transeuntes, persecutus est minime; quin potius ne Hunni, trajecto improvise Danubio, majorem in Romanis Marciani, Gothisque Detrici stragem edant, iidem cum residua exercitus parte *Tulnam* processerunt. Theuderichus tamen prælium cum Romanis instaurandum esse ratus, cum tota Gepædum quoque multitudine Transdanubiales Pannoniæ partes invasit, quibus jugo suo subjectis, novaque coloniarum descriptione, coordinatis, Detricum & Marcianum in campo *Kesmaur* castra metantes, acri prælio adortus, turbatis eorum agminibus ingenti cæde illata, Detrico autem, in fronte sagitta vulnerato, fugat. Cujus tandem sagittæ truncum ipse Detricus ad Romanam (*novam scilicet*) urbem (*cum veteri enim Roma nullum adhuc Detricus nexum habuit*), dignitatis Imperatoriæ in Curiam, pro documento certaminis per ipsum cum (*Theudericho &*) Hunnis commissi (*ac vulneris vestigium*) in fronte detulisse, & propter hoc (*non minus, quam quod superatis omnibus adversæ fortunæ casibus, occidentale solium subinde assecutus fuerit*) immortalitatis nomen usurpasse narratur, Hungarorumque in idiomate *halhatatlan Detreh* dici meruit præsentem usque in diem. ": Sumcit Romanos Gothosque Pannonicos tantam ab Hunnis Gepædibusque Dacicis accepisse cladem, ut Detricus, amissis Pannoniis, exul novas cum residua gente sua sedes, a Theudericho in superiore Mæsia oblatas, acceptare coactus, eidem Theudericho, qui Pannoniis nomine suo Flaccithei, Edekuro in orientali Germania obnoxii, filium, tardius Phœbam Pheletheum vocitatum, Rugum præfecerat, vel ideo amplius obsistere ausus non fuerit, quod eundem, fœdere cum Csáka, Hunnorum Khano, illigatum esse, haud obscure adverteret.

e) Ab improviso Theuderichi, qui A. 481 equum conscendens, in hastam, ante ipsius tentorium fixum, inciderat, obitu, Vitalianus & Flemundus, impuberes ejusdem filii, nec apud Giesmum Patruum, Slavo Gepædum in Dacia; nec apud Trastilam Avunculum, Herulo-Gepædum in citeriore Sirmia, vel Pannonia secunda; nec apud Flaccithei filium, Rugorum in Pannonia prima Duces, obsequiosis Detrici & Romanorum fœderibus implicitos; nec denique apud Zenonem & Romanos, masculo in Europa generi Atilano infensos, debitam securitatem ac tutelam nacturi, ad Csábam, Hunnorum Imperatorem, Propatruum suum, fideli amicorum opera & consilio, in Asiam confugerunt. Odoacer equidem, postquam Noricum Regionem, ac Dalmatiam, Julio Nepote a suis circa Salonas interemto, ad obsequium suum redegisset, Pannonias quoque occi-

den-

lucrum Cameræ profequendi; de qualibet Marca[f] in cujuslibet fori vel emptionis titulo recipient unum pondus (quod juxta Du Freſnium continebat uncias tres, uncia vero erat Marcæ (*Cf. Not.* 20) pars duodecima). Volumus etiam Monetam quintæ eſſe combuſtionis; finito autem tempore, ſex hebdomadarum expreſſo ſuperius, Comites Cameræ ſurgent de cambio, ceſſante omni vigore eorundem, ipſa Moneta nihilominus currente, per totum annum uſque ad revolutionem novæ Monetæ, quod quilibet habeat liberam licentiam emendi, vendendi cum ipſa moneta, cum auro & argento, vel cujuſcunque ſubſtantiæ, facultatis. Nec prætermiſſo, quod ſæpedictis Hoſpitibus noſtris fidelibus in aquis piſcandi, in campis, in ſylvis venandi, plenam conceſſimus libertatem. Volumus inſuper, quod in metis & limitibus, ſylvis & nemoribus per

---

dentis Imperio, jam ſuo (*Cand. Iſaur. in Bibl. Photii*) adjecturus, Flaccithei filium, Theoderichi beneficio, primæ; necnon Traſtillam ſecundæ Pannoniæ Duces, ſibi ſubjicere tentaverat; verum prior Detrico, Theuderichi ſucceſſori, ac per hunc Orientis maluit, quam Occidentis Imperio ſubeſſe. Odoacer itaque, in Flaccithei filium, velut fugitivum & rebellem ſubditum ſuum, exacerbatus, eundem criminis læſæ Majeſtatis reum pronunciavit, id quod appellativum ipſius nomen *Fóbe Felekhes*, ex quo nimirum Scriptores Latini proprium *Phœbæ Felethei* nomen produxerunt, nobis hodiedum importat. Suſcepta porrò ſubinde in Pannonias expeditione, qvum Phœba Felethens ad Vindobonam contra Odoacrum, *Principem ſuum arma corripere* hoc eſt: *Fóbe vóni*, auſus fuerit, *Vindobona* Hunnis in perennem rei memoriam *Fó Vinge*, ſeu *theatrum belli a Principibus* (Odoacro & Feletheo) *geſti*; unde iterum Scriptores Latini & Germani ſuam *Fabianam & Favien* deſumſerunt, deinceps dicebatur, donec ſubinde Adelheidi Adalberto Meliciensi Comiti nuptæ, per S. Stephanum, Avunculum ejuſdem, in *pretium paraphorni* cella, nobis popularitèr *Böes* vel *Becs* appellari (*Cf. Turócz. C.* 52. 57. *Notit. Urb. Vindob. p.* 59. 20. *Calles. Annal. Auſt. P. I. p.* 338 & 542) cœpiſſet. Satis eſt: Phœbam Feletheum, in eo prælio victum, & una cum Giſa uxore captum, A. 488 per Odoacrum Veronam abductum fuiſſe, Rugis quoque Pannonicis in Italiam translatis.

f) Detrico, Zenonis conſilium, ut, collata cum Odoacro manu, ſibi occidentis Imperium pararet, amplectente, idem cum ſuis Gothis A. 490 in Italiam excellerat. Paulo poſt Vitalianus quoque ac Hermundus fratres, ex Aſia reverſi, ſecum numeroſas Bulgarorum phalanges adduxerunt, & ille quidem, Romanos æquo marte adortus, in Mœſia, iſte vero in Gepædia ſeu Dacia conſedit. *Marcellinus* Comes, Joanne Gibbo ſolum Cos. (A. 499) narrat, bellum Romanos inter & Bulgaros obortum, in prælio autem cecidiſſe illorum plures quatuor millibus. *Theophanes*: " Hoc anno (*Anaſtaſii X. C.* 501), qui vocantur Bulgari (*teſtante Nicephoro* „ *Patr. CP.*) *a Vulga ſeu Volga fluvio, quem accolunt, ita dicti*) excurſionem in Illyricum Thraciamque fecerunt, cum nondum nôſceretur eorum natio de nomine. " Magyari quippe, ſive Hunni aut Hungari, quorum nomini poſt Atilæ mortem Europa omnis infenſa erat, noſci nolebant, atque ideo *Bulgari & Vulgari* potius, quam Hunni & Hungvari, deinde Perſarum imitatione *Turci*, ac plane *Kermichiones* ab homonymo flumine appellabantur. Anaſtaſio interim gravissima Religioni orthodoxæ vulnera infligente, qvum Scithiæ (*Daciæ*) ac

Mx-

per nullius conditionis hominem impediantur, vel graventur, verum ipſi larga potiantur licentia ſylvas exſtirpandi, & in terram arabilem redigendi, ſuiſque uſibus applicandi. Cum autem collectores terragii noſtri certo tempore præſcripto, ad ipſos pervenient, tenebuntur eos ſuſcipere honorifice, & gratanter, in certo numero quatuor perſonarum, & quinque equorum, quibus in victualibus, & deliciis lautius providebunt, donec ſumma trecentarum Marcarum, cum pondere prænotato integraliter colligatur. Poſtremo ipſis petentibus hanc conceſſimus gratiam: quærendi mineras & metalla in montanis,

---

Mæſiæ, ceterarumque Regionum incolæ Vitalianum adverſus Anaſtaſium concitaſſent (*Evagr. L. III. C.* 43. *Theophan. p.* 134. *Kéry H. B. T. I. p.* 101 - *Sandin. in Vit. Pontiff.*), idem optimam ſe ſuaque dilatandi occaſionem nactus, arma corripuit (*Jornand. de Regn. Succeſſ. Cf. Strit. T. I. p.* 122. *not. m*, & o), & uno conflictu ſexaginta quinque hominum millia ex Anaſtaſii exercitu, etiam Hypatio, eorum Duce capto, proſtravit. Sequente anno (513) idem Vitalianus ingentes Unnorum & Bulgarorum copias ducens, capto Anchialo & Odyſſopoli, univerſam Thraciam occupavit, ipſumque Cyrillum Thraciæ militiæ Magiſtrum, prædis quaquaverſus, ad Byzantium uſque actis, comprehendit. At cum urbi parceret, ad Soſthenium (*prope CPolim*) caſtra metatus eſt. Anaſtaſius rebus deſperatis, ſenatorii ordinis nonnullos, qui de pace agenda, cum rogarent, miſit, - qua conciliata, & ipſe (*Vitalianus, in militiæ Magiſtrum per Thraciam* renunciatus) domum (*Siliſtriam quippe ſeu Doroſtolum*) repetiit, cui ob Myſorum, ſive Bulgarorum, & Scytharum excurſiones, ingentem populum contrahens (*Zonar. T. II. p.* 58. *Procop. de ædiff. p.* 86), longum murum a magno (*nigro*) mari ad Selybriam uſque conſtructum oppoſuit.

g) Ab Anaſtaſii, A. 518 fulmine de cœlo tacti, obitu, Amantius Eunuchus, Palatii Præfectus, Vitaliani, tum CPoli commorantis, potentiam veritus, magnam pecuniæ vim Juſtino, Prætorii Præfecto dederat, in militem ſpargendam, quo Theocritus quiſpiam, ejuſdem amicus, Imperator ab iis (*Cf. Kéry. l. c. p.* 116 -) proclamaretur. Verum Juſtinus, diſtributis militi pecuniis, rem ſuam curans, ad Imperii faſtigium evectus eſt. Amantius itaque ac Theocritus exarſere in Juſtinum, quod eorum ſpes evertiſſet, cumque novis rebus, Vitaliano in ſuas partes attracto, ſtuderent, illos quidem perduellionis reos, capitali ſupplicio ſubjecit, Vitalianum vero, ſibi devincturus, ad ſummum Conſulatus dignitatem elevavit. Vitalianus interea, incertum a tumultuante populo, quod ſuperioribus turbis Thraciam, ipſoſque Byzantinos plurimis divexarit malis, an vero Imperatoris juſſu, ceu novandarum rerum ſtudio teneretur, tametſi Conſul fuerit, eodem anno interemtus eſt. Atque ita ſe Juſtinus a Vitaliano, potentiſſimo Imperii æmulo, Scithiæ Mæſiæque, (*Atilano ſucceſſionis jure*) Domino, eliberavit quidem, verum ſollicitudinem, qua, velut ſenio alioquin gravis, Juſtinum, ita dictum juniorem, e Sorore nepotem, ſibi ſucceſſorem deſtinaverat, continuo tenebatur, animo excutere non potuit. Ducibus proinde Hunnorum, Imperio ſuo proximorum, fere tributarius, una cum Juſtino, poſtea II, factus eſt ideo, ne Imperium, ſe mortuo, factione aliqua ſcinderetur, ac ſive Vitaliani ſiſtorum, inter quos Joannes & Valerianus cenſebantur, ſive nepotum ex ejuſdem Sorore, Rufino Patricio nupta, genitorum aliquis, ac diſerte Joannes alter, ſolio locaretur. Vitaliani hujus, Atilani ſcilicet pronepotis, filios, Joannem & Valerianum, necnon Sororium, Joannem alterum tam bello Vandali-

inventa tollere, & suis usibus applicare, salvo jure nostro, dedimus potestatem. Ut igitur hujus a nobis concessæ libertatis series robur obtineat firmitatis perpetuæ, nec per quempiam processu temporis retractari valeat, aut in irritum quomodolibet revocari, præsentes concessimus literas, duplicis Sigilli Nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Benedicti, Orodiensis Ecclesiæ Præpositi, Aulæ nostræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis Nostri. Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo primo. VIII. Kalendas Decembris, Indictione XIV. Regni autem Nostri II.

XXX.

---

co in Africa, quam Gothico in Italia inde ab A. 535 usque 554. gesto, copiarum suarum, e Scythia seu Dacia & Mœsia eductarum, Duces, de Romanis præclare meritos fuisse, Procopius identidem testatur (*Cf. Agath. ap. Stritt. T. I. p.* 236). His accedebant *Zanter*, *Choresmianus & Asmanus*, pro hostatis Belisarii Stipatoribus & Scutariis delecti, aliique Duces Massagetæ, Hunni quippe, Cutorguris alteriores, cum suis Cohortibus, omnibus nimirum equitibus, & sagittariis peritissimis.

b) Postquam Justinianus, secundis Hunnorum, Fœderatorumque suorum, Attilanorum quippe Abnepotum, armis, Romam, potiorem Italiam, Dalmatiam & Pannoniam occupasset, diversarum gentium titulos Edictis suis ita inferere cœpit, ut se Romanorum Imperatorem, ac Cæsarem, Christi amantem, præterea Francicum, Alemannicum, Vandalicum, Gothicum, Anticum, Alanicum, Gepædicum & Longobardicum (*Chron. Paschale ad A.* 552. *Cf. Kéry H. B. p.* 235), imo etiam Persicum, utique superiorem Dominum, quasi omnes hasce nationes sibi subjugasset, appellare non dubitaverit. Axiomatum horum arrogantia tantam apud finitimas gentes contra Justinianum invidiam concitaverat, ut, de ulteriore belli Gothici progressu solicitus partim Europæos barbaros, Imperio suo proximos, ad continuandam armorum societatem, partim extimos Europæo-Asiaticos Hunnos, occidentales utpote Turcos, quibus *Cabha III*, etiam *Askel* dictus, suprema potestate imperabat, missa solenni legatione, scriptisque literis ad irruptionem & vastitatem, Persis inferendam (*Procop. de B. P. L. II. C.* 5. *Theophan. Byz. p.* 203. *Cf. Stritt. T. III. p.* 47. *not.* 2) hortaretur. Verum diversa Principum studia & Nationum concitationes eo evaluerunt, ut Justinianus Longobardos quidem in fide sibi pollicita conservaret; Perse pluribus annis Romanos irruptionibus infestarent; Hunni denique intra seipsos divisi, ac diserte Asiatici, vel Turci Persis, Europæi vero Hunni vel Bulgari, eorum socii, Romanis novas hostilitates inferrent. Bulgarorum equidem Reges duo cum innumera multitudine per Mœsiam inferiorem A. 539 usque ad partes Thraciæ irruperunt, de quibus postquam *Acum*, patria Utugurus (*Theophan. p.* 184. *Cedr. T. I. p.* 371), Illyrici Rex, præclaram, conserto prælio, victoriam primum retulisset, instaurata vero per Bulgaros pugna, victus & in captivitatem abductus fuisset, Theudimundus, Mauricii filius, tum recte CPoli agens, loco intercepti Acum, militiæ Magister renunciatus, in Illyricum redux, cohortem Bulgarorum, iter sibi precludentem, aggressus, fudit, ac selectos ex captivis Duces cum aliis pluribus CPolim misit, quos publicis affectos ludibriis per circum traduxerunt. Verum ludibria hæc Bulgaris illata, contribules eorum Hunni, Romanis auxiliares, fame Italiam premente, ad propria reversi, pro suis reputantes, illico vindicarunt; Sygeus enim

Hun-

XXX.

Lis inter poſſeſſionem Eccleſiæ S. Martini de ſcepus *(hodie Roskótz dictam)*, ab una, & ſaxones Ruskinótzenſes, ab altera partibus, reſpectu terræ Vizoka vigens, & coram Rolando, ſcepuſienſi comite, judicialiter ventilata, mediantibus ſedis Iudiciariæ Arbitris, Comitatenſibus quippe ac Provincialibus individuis, per tranſactionem componitur. A. D. 1277.

Ex Protocollo antiquo oppidi Ruskinótz, unius ex hodiernis XVI. Scepuſienſibus.

WIR Roland Landgraff in Zipß, allen und jeden, welchen dieſes Schreiben zu leſen fürkomt, unſern Gruß und alles guthes: geben hiemit zu vernehmen bey gegenwertigen, und nachkomenden Krafft dieſer Schrifft; daß nachdem zwiſchen den Innwohnern der Kirchen S. Mertens in Zipßen einem, und den Sachſen von Rießdorff am andern theil, wegen eines Stücks Landes ein ſtreitiger Handel fürgefallen iſt, und derſelbe auff ſonderlichen Befehl des durchleüchtigſten Königs etlicher maſſen

Hunnorum exercitus, trajecto Iſtro, univerſo interiori Thraciæ incubuit *(Procop. de B. G. L. II. C. 4 ad A. Imp. Juſtin. XIII. C. 540)*, barbarique hi omnia inde a Jonio ſinu ad ipſa Byzantii ſuburbia populati, Caſtella in Illyrico XXXII ceperunt, ipſamque urbem Caſſandriam, quam antea nullam oppugnandis munitionibus operam dediſſent *(Idem. L. IV. C. 11)*, vi occupaverunt, prædaque opulenta, & captivorum centum ac viginti millibus onuſti, ad propria omnes, obſiſtente nemine, remigrarunt.

1) Juſtinianus, tot tantiſque Slavo-Gepædum & Hunno-Bulgarorum impreſſionibus obicem poſiturus, Iſtrum alioſque Imperii Romani limites, partim erectis novis, partim inſtauratis veteribus præſidiis, communivit, ac diſerte Turrim, intra veteris Hunnorum Caſtri *(Procop. de ædiff. L. IV. C. 1. 3. Cf. Stritt. T. I. p. 545 - & Not. 52. med.)* ambitum deſolatam urbem, inſtruxit, & Antis vel Sclavenis, qui ulterioris ripæ Iſtri partem maximam *(Idem de B. G. ap. Stritt. T. II. p. 29.)* habent, ut Hunno-Bulgaros, Imperium Romanum incurſare volentes, reprimerent, cum Regione adſita, & annuis pecuniarum largitionibus, liberaliter promiſſis, contulit. Verum maximo inter Gepædes Daciæ, ac Longobardos, Pannoniæ incolas, quod hi ſemet ultra Danubium uſque ad Tibiſcum expanderint, exorto diſſidio, quum Gepædes vicinos Hunnorum Cuturgurorum Principes rogaſſent, ut arma ſecum in Longobardos caperent, hi mox A. 551 ſuorum duodecim millia, Duce Cunialo, miſerunt. Hunni quippe citeriores, Mæoticam paludem accolentes, dicti ſunt *Cuturguri*, ulteriores vero *Uturguri*.

Cuni

vor vns ist erörtert worden, endlich vuserm zulass nach, und mit beyder Parteyen Bewilligung in Beysein auffrichtiger Männer, als Mittelspersonen, nemlich Ornolds, und Heuons, Graffen der Sachsen, vnd Jacob Lectors, wie auch Henderich Plebans aus der Leütsch, vnd viel anderen anwesenden, ist solcher Vertrag geschehen (56); daß sie vber das strittige Land gemacht vnd aufgerichtet haben ein Marksein an einem Bächlein, welches man Wgsoka nennet, also daß das obbemehlte Bächlein das Land der Kirchen S. Mertens vnd das Land der Sachsen von Rießdorff unterscheidet, vnd am Ende genandtes Bächleins, da es fällt in ein ander Wasser synd zwey Hattert Hauffen aus Erden gemacht, oder geschütth in Grund, der eine ist denen von S. Mertens Kirchen zugehörig, der andere den Sachsen von Rießdorff, dernach wen man höher steigt oben an demselben Bächlein, sind zwey Häuffen von Erden geschüttet, vnd abermahl an dem Seüffen nahe bey einem Pusch synd zwey Hatherthäuffen auch von Erden geschütth; neben dem Baum Zolfa genandt, und das Bächlein theilet den Obberührten Pusch vnter die, so von S. Mertens Kirchen, und unter die Sachsen. Item oben an dem Seüffen synd zwey Häuffen, der eine ist von Erden geschütth, der ander vber den Buchbaum, vnd also gehet der Hathert an den Weg den man Duranciorum (Draucariorum) nennet. Vnd durch denselbigen Weg kompt man in einen Wald Zemna genandt. In andern Stücken werden offt genandte Länder getheilet an gewissen örtern und an alten Hatherthäuffen (57) Vnd damit in vbri-

---

Cuni enim vel Cumani Magyari, Tauricæ Chersonesi accolæ, ac diserte Bosphorani, quod Bosphori seu freti, a bove meabilis, Præfecto paruerint, *Utz - turuk úr - i* nobis *Usz - torok-úr - é*, hoc est: *Uturguri;* Ultimiani autem, quod Isthmi, rupibus obstructi, Præfecto iidem obnoxii fuerint, *Kú - turuk - Ur - i*, nobis *Kő - torok - Ur - é*, hoc est: *Cuturguri* Græcis, nomine a populari denominatione sua desumto, (*Cf. Turótz. P. I. C. 4*) appellari consueverunt. Atque ab hoc tempore Cuturguri, in proxima Sclavenorum sive Anturum ad Danastrum vicinitate considentes, ita etiam Uturguri, ulterius progressi, Hunno-Avarorum Csá - kanis, hi autem Occiduo Hunnorum Imperio suberant, ipsique adeo ita dicti Bulgari non jam universe inter Hunnos, verum potiori parte inter Gögenyos, ex Asia boreali advenientes, ac proinde inter Sclavenos censeri debent, quorum nempe ulteriorem cum Hunnis nexum jam antea (Not. 43) retulimus.

56) Vestigio apographi Latini, quod Analectorum Scepusii Parte I. p. 296 in extractu adducitur, autographum Latine conscriptum, adesse, adeoque in privato Venerabilis Capituli Scepusiensis Tabulario haberi debet. Ceterum Rolandus ille, Comes de Scepus, testante Ladislai IV. Diplomate, in sua serie (XLIV) occurfuro " filius Mark, per suam infidelitatem *subinde* terram Scepusiensem, una cum Gylnichbana, & terram Nyr, ultra partem de Thezael, usque ad par-„ tem Transilvanam, contra nostram Regiam Majestatem potentialiter occupavit. " Atque hinc patet, hodiernum Gölnitzium, montanam Scepusii Civitatem, jam Ladislai IV. ævo, unum e præcipuis totius Scepusii locis fuisse, quem ipse Rex peculiariter distinxerit, ac, velut præcipuum sui Scepusiensis Dominii clenodium, denominaverit.

57) Ex hoc Diplomate id quoque patet, Causæ hujus metalis, inter Venerabile Capitulum Scepusiense

übrigen zwischen den Parteyen alle strittigkeit auffgehoben werde, ist mit belieb beyderseits interessirten beschlossen, daß wofern eine Partey von solchem Vertrag abtretten wolte, alß ist sie schuldig vor dem Rechtstag Zehn Mark Silber der andern Partey, so den Vertrag richtig gehalten hath, abzulegen. Geben im Jahr Christi Tausend zwey hundert sieben siebenzigsten, acht tage nach Mariä Himmelfart.

XXXI.

Ladislans IV. Comiti Eliæ, filio Jordani, villam Gorgou, erga pendendum annue fertonem auri, perpetuo confert. A. D. 1278.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario I. Familiæ Görgeyanæ habito. Cf. Anal. Scep. P. I. p. 108.

LADISLAUS Dei gracia Hungarie Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium Salvatore. Regum est proprium, subjectos, sibi fideliter famulantes, gracia prosequi speciali, ut pro hoc alii reddantur, ex prompto prom-

---

sienſe & Saxones Ruskinotzenſes exortæ, eminentem fuiſſe Judicem Rolandum, Comitem Regii Caſtri de Scepus, pro tempore conſtitutum, ſub cujus nempe præſidio per transactionem etiam compoſita fuerit. Stephanæum quippe Privilegium (XXIX) eam ſpecialem Saxonibus Regiis Libertatem attribuit " *quod per nullius conditionis, ſtatus, aut ordinis hominem poſſint ad Regiam præſentiam extra Provinciam evocari, — verum omnes cauſæ pro poſſeſſionibus, hereditatibus, metis & limitibus, facultatibus & mortibus, — per Comitem* (Caſtri Regii Scepus) *pro tempore conſtitutum, & Comitem* (electitium) *Provinciæ* (Saxonum), *terraneis* (Cojudicibus) *mediantibus, debeant judicari.* " Atque hanc ipſam peculiarem prærogativam Judices, Jurati & Seniores Saxonum Regiorum, conſvetudinaria ſua, Articulis XCVI comprehenſa, Jura in ordinem reducentes, Articulo ſtatim I his verbis induxerunt :

Daß uns Zipßer kein Man zu laden hat gen hoff in keinerley Sach. Von erſten an haben wir die Gnode, und das Recht von allen Königen in Hungaren, von Anbeginen, daß uns Zipſer kein Man oder niemanth um keinerley Sach zu Hoff hat zu laden, ſonder Er ſoll ſein Recht ſuchen vor des Königs Groſſe, der Burggroff iſt in dem Zipſ, und vor dem Landgroffen (*ita Graſſum ſuum iſtbic vocant, cum tamen titulum hunc rectius Rolando attribuerint*) und vor den Richtern, und vor den Eldiſten, die zu den Rechten geſchworen haben, einen jeglichen Manne ein Rechts Recht zu thun an Felde nach unſerem Landtrecht, als wir haben vor Alters, als der Zipß geſtifft iſt, und als uns die Könige von Alters, und bisher begnedt haben.

promptiores, ad fidelitatis opera exercenda: Proinde ad Universorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod Comes Elyas, filius Jordani, ad nostram accedens presenciam, quandam villam Gorgou vocatam, a nobis sibi dari postulavit; verum cum de qualitate ipsius ville nobis veritas non constabat; fidelibus nostris Capitulo Scepusiensi dedimus in mandatis, ut daret unum ex ipsis pro testimonio, coram quo Comes Kulucz Thavarnicus noster, de facto ipsius ville, utrum sit nostre collacioni pertinens? nec ne? sciret, & inquireret veritatem, qui postmodum nobis rescripserunt; quod prefatus Comes Kulucz ipsam villam coram testimonio ipsorum statuisset eidem Elye nullo contradictore existente. Nos itaque consideratis serviciis, & fidelitatibus predicti Elye, que Domino Stephano Patri nostro carissimo Illustri Regi Hungarie, felicis recordacionis, demum, & nobis a puerili evo nostre etatis, *(Cf. Not. 21 a)* cum omni fidelitate continue impendit, prefatam villam ipsi, & per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, dedimus, donavimus, & contulimus, perpetuo possidendam, juxta veteres metas, & antiquas, ita tamen, quod annuatim nobis in festo Sancti Martini, idem Comes Elyas, racione ipsius terre assumpsit solvere unum Fertonem auri *(Cf. N. 46)*, Quamdiu ipsam villam idem vel ejus heredes possidebunt: a Judicio vel Jurisdictione Comitum, vel Curialium Comitum Scepusiensium pro tempore constitutorum, ipsam villam penitus, pure, simpliciter eximendo (58). In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Johannis Venerabilis Viri, Budensis Ecclesie Prepositi, Aule nostre Vice-Cancellarii, dilecti, & fidelis nostri, Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo.

XXXII.

---

58) Cum Villa Gorgou *(hodie* Gärg, *Görgö)* ad constitutivum Provinciæ Regiorum Saxonum pertinuerit, hac autem titulo terragii trecentas Marcas fini argenti singulis annis pendere debuerit, alias præterea Saxonibus proprias libertates & his connexas obligationes præstandas *(Cf. XXIX)* habuerit, mirum plane non est, Comitem hunc Eliam, filium Jordani, filii Arnoldi, Comitis de Scepus (XXI), licet Comes, adeoque genuinus Regni Nobilis, vel primæ instantiæ populorum suorum Judex jam fuisset, se, velut una Saxonem ad solvendum pro Saxonica Regali terra censum resolvisse; quia vero idem Comes Elias per hanc Villæ Gargou sibi factam donationem, immediatus memoratæ Regiæ Saxonum terræ Dominus terrestris efficiebatur, Ladislaus Rex terram eandem, seu villam Gargou, ab omni Comitum tam Castri, quam Regiorum Saxonum, pro tempore constitutorum, Judicio & Jurisdictione simpliciter exemtam haberi, eaque solum ratione gubernari voluit, qua reliquæ Nobilium possessiones *(III. Not. 30. d XXVII.)* gubernabantur.

59)

XXXII.

Ladislaus IV. ratam habet Belæ IV. Donationem Caſtri Marcelli, ac poſſeſſionum Lethon & Heymuth, factam Eccleſiæ S. Martini de Scepus A. D. 1278.

EX AUTOGRAPHO, per extractum communicato. Cf. Diplomatis, in ordine XI, prologum.

LADISLAUS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad Regiam pertinet Majeſtatem noſtrorum Regum Illuſtrium ſacris veſtigiis inherere, & eorum juſta placita roborare noſtrarum patrocinio literarum. Proinde ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: Quod accedens ad noſtram preſenciam Magiſter Muthmerius, Prepoſitus de Scepus, dilectus & fidelis noſter, a noſtra petiit Majeſtate, ut Privilegium Sereniſſimi Regis Bele, Avi noſtri cariſſimi, ſuper donacione duarum villarum, Heymeth & Lethon vocatarum, nobis exhibitum, confirmare noſtre Celſitudinis Privilegio dignaremur. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Bela Dei gracia &c. (Vid. Diploma in ordine XI.)

Nos itaque, quod ab eodem Domino Rege Bela, Avo noſtro, ſapienti conſideracione tam pie, quam religioſe actum fuiſſe dignoſcitur, ratum habentes & gratum, quamquam in ipſius Caſtri opere minime ſit proceſſum, & particularium Caſtellorum plura diſpendia, quam commoda noſtris temporibus cognoſcantur, ad peticionem dicti Prepoſiti, dictum Privilegium Domini Incliti Regis Bele, non viciatum non cancellatum, ſed in omni ſui parte integrum & illeſum, de verbo ad verbum inſertum, preſentibus authoritate preſencium duximus confirmandum, dicto Magiſtro Muthmerio Prepoſito nihilominus aſſumente, ut in edificacione ipſius Caſtri Marcelli vocati procedere teneatur - - mandatum ſuper hoc Regium impleturus. Et quamquam populi prefatarum villarum eidem Magiſtro Prepoſito reclamaverint coram nobis (59) quia tamen

59) Ex hac Ladiſlaea Belæ Donationis confirmatione novum robur accedit illis, quæ de ſyſtematica Comitatuum partitione ac incolarum diſtinctione repetita ſunt; dum quippe Saxones Heymthenſes ac Lethonenſes, antea Hoſpitum libertatibus (*Cf. Not.* 30. c) gaviſi, atque adeo præter inſenſibilem ad pendendas annuas titulo terragii CCC. marcas, & ſtatuendos pro re nata L. viros armatos (XXIX) concurſum, plene liberi, ad civiles excolendarum pro terragio ſuo dominalium

men Donacionem ejuſdem Avi noſtri, Bele Regis, rite factam, ſicut in ipſius Privilegio continetur, inviolabiliter volumus obſervare, eiſdem populis ſuper hoc ſilencium duximus imponendum, in poſſeſſione ipſarum villarum dictam Eccleſiam S. Martini volentes pacifice conſervare. Conceſſimus eciam, ut in populis Prepoſiti & Eccleſie de Scepus nullus Comitum vel Baronum deſcenſum facere, vel collectam exigere preſumat, preter Regiam Majeſtatem, ſi qui vero contrarium facere preſumpſerint, indignacionem noverint ſe Regiam incurſuros. In cujus rei perpetuam firmitatem preſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Viri Magiſtri Johannis Prepoſiti Budenſis, electi Colocenſis Eccleſie, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo. Regni autem noſtri anno ſexto.

XXXIII.

Ladislaus IV, Rex Hungariæ, villam Thomaſi, Sclavorum (60) hoſpitum, ſervitati tertiæ Caſtri Scepus partis obnoxiam, libertati Militum ſeu Nobilium Caſtri Zepes aggregat. A. D. 1278.

IN URBARIALI PROCESSU, qui A. 1773 contra XIII. Oppida Scepuſien. Actore Fiſco Regio, coram Sede Dominali deſluebat, per ipſos Oppidanos productum.

LADISLAUS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Ad univerſorum noticiam tam preſencium, quam futurorum, harum ſerie volumus pervenire: quod accedentes ad noſtram preſenciam Arnoldus, filius Arnoldi, Ivan, Andreas ac Arnoldus, & Paulus, filius Petri de

nalium terrarum, pendendorum item liberorum denariorum, & corripiendorum a proportione, quoties neceſſitas exegiſſet, armorum, obligationes collocati, adeoque haud plene liberi, reclamarent. Quemadmodum enim Comitatuum ſive Caſtrorum relate ad militiam partitio in genere locum obtinebat, prorſus eadem in Prælatorum ac ceterorum Regni Nobilium poſſeſſoriis proportio militandi obſervabatur.

60) Slavorum origo ad Getas, horum vero ad Myſos vel Meſos refertur.

a) *Homerus*, mille circiter ante Chriſto anterior (*ap. Gebhard.* allgemeine Welt-geſchichte *T. XV. P. I. p.* 39. & *Steph. Lex. p.* 9), ad utramque Iſtri oram Galactophagos (*aut lacticiniis veſcentes Getas*) collocat, eoſque ideo, quod pacem continuo co-

lue-

de minori villa Thomáſi, in diſtricta Comitatus de Zepes conſtituti, a Celſitudine Regia humiliter pecierunt, ut terram, quam ad uſum quatuor aratrorum, vel paulo plus in eadem villa Thomáſi ſub libertate ejuſdem ville ac Provincie & Sclavorum (qui Robotas (*Cf. Not.* 30. d & e) pro terragio, ac liberos denarios pro libertate præſtabant) hactenus habuerunt, liceret eiſdem ex munificencia Regalis culminis habere liberam, & exemptam ab omni exactione & conſvetudine Sclavorum, propter diverſa ſervicia & fidelitatis auſpicia, que ipſi nobis, & patres ipſorum Patri noſtro, necnon Domino Bele, Avo noſtro, Regibus illuſtribus, indefeſſe fide-

 litatis

---

luerint, *juſtiſſimos* vocat. *Herodotus*, quingentis circiter annis poſterior (*ap. Gebh. l. c. p.* 51 & 75), Sigynorum (*poſtea Getarum*) populum, cui Tribalos ad Savum & Drinam, Umbricios vero ad Dravum interſerit, a Ponto Euxino uſque ad Henetos (*poſtea Venetos*), maris Adriatici accolas, pertinuiſſe docet. *Curtius*, Hiſtoriam Alexandri Magni, vix duabus & medio ſeculis tardiorem, e Græcis monumentis conſcribens, omnem hanc Regionem Getas, horumque accellarios, Thraces utpote, Tribalos, Pœones & Illyrios inhabitaſſe perhibet. *Ovidius*, Tomis exulans, Getas, Iſtri accolas, a Scythis Germanicis diſſingvit, & Elegia XIII. de Ponto, cum rubore aliquo agnoſcit, ſe Getico plane ſermone libellum conſcripſiſſe. *Strabo* Geographus, Ovidio coævus, L. I. p. 466 (*ap. Engel in Comment. de exped. Traj. ad Danub.*) teſtatur, Getas eodem cum Thracibus idiomate uſos fuiſſe. *Statio* ſolenne eſt, pro Thracibus ponere Getas. *Dio* Caſſius Getas cum Myſis olim omnem Terrarum tractum, quem Iſter Ponticique Euxini litus & juga Hæmi coercent, inhabitaſſe tradit. Porro ubi *Strabo* Nomadum, Boryſthenem accolentium, vitæ genus (L. VII.) deſcripſiſſet, Regem quoque eorum, qui olim contra Philippum, Amyntæ filium (*A. ante N. C.* 338), pugnaverit, nominat: " Ateas *inquit* " qui contra Philippum, Amyntæ filium, bellum geſſit, videtur plurimis horum locorum barbaris " imperaſſe. " Anteam appellat *Lucianus* Libro de Logævis (*T. II. p.* 469. *edit Amſtel.*), " Anteas Scytharum (*Antarum quippe, a quibus appellativum nomen ſuum accepit*) " Rex, ad fluvium Iſtrum contra Philippum pugnans, occubuit ſupra annos nonaginta natus. " Memoratus Strabo inter ceteros barbaros, quibus Ateas imperaverit, diſerte Atmonios attingit, ut adeo Lucianus ab Antarum gente appellativum Regis; Strabo autem ab Atea Rege appellativum gentis nomen efformaverit; eandem enim Regionem, quam Strabo Nomadibus barbaris, Ateæ; Lucianus vero Scythis, Anteæ Regi obnoxiis, attribuit, Antæ ſeu Slavi (Jornande ac Procopio teſtibus) incolebant. *Jornandes* equidem ſerius de Dacia loquens (C. 12) " Hanc, *inquit*, Gothicam Regionem, quam Daciam ap- " pellavere Majores, quæ nunc Gepidia dicitur, tunc (*Hunnorum, ſemet in Europæ* " (*N.* 55) *dilatantium ævo*) ab Oriente Roxolani, ab Occaſu Tamazites (*Jazyges*), " a Septemtrione Sarmatæ & Baſternæ, a meridie amnis Danubii fluenta terminarunt. Tamazites " a Roxolanis (*Gothis aut Gepædibus*) alveo tantum fluvii (*Tiſciæ*) ſegregantur. — " Dacia eſt ad Coronæ ſpeciem arduis alpibus (*Carpatis*) emunita, juxta quarum (*Jornandi* " *Ravennæ ſcribenti*) ſiniſtrum latus, quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Viſtulæ fluminis " per immenſa ſpatia venit, Vinidarum natio populoſa conſedit, quorum Nomina licet nunc " (*Seculo quippe VI.*) per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclavini & " Antes nominantur. " *Procopius* autem ait: " Et vera hi populi, Sclaveni, inquam, & Antæ

(*de*

liratis ſtudio impenderunt. Nos igitur ipſorum ſerviciis & fidelitatum obſequiis, que noſtris temporibus toto fidelitatis obſequio impendere curaverunt, benignitatis animo recenſitis, prefertim cum Ivan, frater eorundem ſupradictus, ſub Caſtro Jaurinenſi, tempore occupacionis ejuſdem caſtri per inſultum Regis Bohemie (Ottocari *Cf. Kat. H. R. H. T. VI. p. 707 -*) vulnus acceperit lethale, pro defenſione Patrie viriliter dimicando, ac diverſis fortune caſibus ſe in belli certamen immiſcendo, intelligentes & per relationes Baronum noſtrorum, de ipſorum & patrum ſuorum meritis gracioſis, quibus in conſpectu Patris noſtri Domini Stephani, necnon Domini Bele, Avi noſtri, Regum illuſtrium, temporibus ſtuduerunt eorum quilibet ipſis complacere: in recompenſacio-

---

„ (*de B. G. L. III. C.* 14) non uni parent Viro, ſed ab antiquo in populari imperio vitam „ agunt, ac propterea utilitates & damna apud ipſos in commune vocari ſolent. Aliarum etiam „ rerum fere omnium ratio ab utriſque barbaris ſervatur eadem, fuitque olim conſtituta. — In „ tugurriis habitant vilibus & rare ſparſis, atque habitationis locum ſubinde mutant. — Una eſt „ utriſque lingua, admodum barbara, nec forma corporis inter ſe differunt. — Vitam æque ac „ Maſſagetæ (*Hunni*) victa arido incultoque tolerant. — Ingenium illis, nec malignum, nec „ fraudulentum; — nomen etiam quondam Sclavenis & Antis unum erat; utroſque enim appel- „ lavit *Spores* antiquitas, ob id opinor, quia *ſporaden*, hoc eſt: *ſparſim* — regionem „ obtinent. — Et vero ulterioris ripæ Iſtri partem maximam habent. " Unde Theophylactus Si- „ mocatta, qui ecævi Mauricii Imperatoris Hiſtoriam Libris VIII enarravit (L. III. C. 4), „ Slavos quam veriſſime pro veteribus Getis habet: " Getæ, *inquit*, ſeu, quod idem eſt: Scla- „ veni, Thraciæ proxima devaſtant. Idem L. VI. C. 6 " Non igitur pactis & fœderibus, cum „ Avarum gente initis, etiam in Getas (*quos immediate antea Sclavenos vocavit*), „ expeditionem impediri. " Denique L. VII. C. 2. " Romani Getis, hoc enim illis (*Sclave-* „ *nis, de quibus loquitur*) nomen eſt vetus, propiores facti, manum conſerere comminus non „ audebant. "

b) Atque authoritates has pro eo ſufecturas opinamur, ut Slavorum, ſemet olim ab Iſtro ultra Carpatos ad Viſtulam, Oderam & Albim flumina dilatantium, ac inter vetuſtiores Germanos conſidentium, hodiernas in Hungaria reliquias pro aborigenibus & autochthonis habeamus. Paulus equidem Diaconus, Seculi IX Scriptor (*L. I. de geſt. Longob. C.* 1), Germanos vocat Gothos, Vandalos, Rugos, Heralos, Turcilingos, & Cap. 2. Winilos quoque Germanis accenſet, inquiens: " Pari etiam modo, & *Winilorum*, hoc eſt: *Longobardorum* gens, „ quæ poſtea in Italia felicitor regnavit, a Germanorum populis originem ducens, — ab inſula, „ quæ Scandinavia dicitur, advectavit. " Helmoldus autem, Seculi XII Scripter (*L. I. C.* 11) de Slavis, Dacia per Gothos, ac repetitim per Hunnos exturbatis, & Vandalorum, reipſa Vinidorum, ad Viſtulam, Oderam & Albim flumina ſedes occupantibus, ita ſcribit: " Ubi ergo Po- „ lonia finem facit, pervenitur ad ampliſſimam Slavorum provinciam, eorum, qui antiquitus „ *Vandali*, nunc autem *Winithi*, ſive *Winuli* appellantur. Horum primi ſunt *Pomerani*, „ quorum ſedes protenduntur uſque ad *Odoram*. Eſt autem Odora diſſimus amnis Slavicæ „ regionis, & oritur in profundiſſimo ſaltu *Maraborum*, qui ſunt ab Oriente finitimi *Boemiæ*,

ubi

facionem tam fidelium meritorum, eosdem cum prefata terra a nexu obnoxietatis pristine absolventes, applicavimus libertati Nobilium de Zepes, ex voluntate & beneplacito eorundem, ut in eadem libertate & servicio permanere debeant, qua ipsi Nobiles de Zepes gratulari evidencius dignoscuntur (*Cf. VIII. Not.* c.), exercituantes in futurum, sicuti de tanta terra exercituandi ceteris mos existit usitatus. Mete autem terre prefate, prout in literis Ladislai, Comitis de Zepes, fidelis nostri, videmus contineri, hoc ordine distingvuntur: Prima meta supra fontem in magna Mezde in latere montis versus orientem, dehinc descendit transiens rivulum ad vallem tendit directe versus occiden-

„ ubi & *Albia* sortitur principium, nec longis ab invicem distant spatiis, sed diverso currunt „ meatu. Albia enim in occasum ruens, primo impetu Boëmos alluit cum *Sorabis*, medio cursu Slavos dirimit a Saxonibus, novissime Hamburgensem dirimens Parochiam a Bremensi, victor Occeanum ingreditur Britannicum. Alter fluvius est Odora, vergens in Boream, transit per „ medios Winidorum populos, dividens Pomeranos a *Wilzis*. " — Prosequitur deinde laudatus Helmoldus Slavorum Winiderum populos ad Albim & Viadrum, inde a Pomeraniæ finibus usque ad *Wagirienſem* provinciam, cujus Civitas erat *Aldenburg*, Slavice *Starigrad*, hoc est antiqua Civitas dicta, in occiduis partibus Baltici maris & in finibus Slaviæ sita, degentes. Sane nostris quoque temporibus Illyricum hodiernum Italis nuncupatur Sclavonia, quam Germani *Windenland*, ideo appellant, quod hæc Slavorum Regio a Vandalis, qvum inter Metanastas haberentur, ex Germanico Wandern, Wandern ita dictis, reipsa Venedis, Pennis vel Vinidis Germanis, olim infesta, his in occiduam ulteriorem Europam subinde commigrantibus, nomen Vinidorum perinde, prout illa Helmoldi amplissima Slavorum Provincia, participaverit. Sic Andalusii, hoc est, *Vandali* hodiedum vocantur in Hispania, qui certe a Vandalis, in Africam emigrantibus, diversi sunt: & *Longobardi* in Italia, qui a Longobardis veteribus sermone differunt. Helmoldus proinde, qui *Winithos* seu *Winulos* pro Slavis habet, in præmissorum nexu conciliari debet. Jornandi enim & Paulo Diacono, longe prioribus tempore, illi quidem, velut Gotho, huic autem velut Longobardo, seu *Winulo*, de gentium suarum origine differentibus, ac Taciti, Strabonis & Ptolemæi, aliquot Seculis anteriorum, aliorumque his adhuc antiquiorum, testimonio conformibus, credendum est.

c) Certe, si quis nomina Slavica Urbium, Oppidorum, vicorum, montium, vallium, fluviorum, lacuum per utramque Daciam, Thraciam, Bulgariam, Serviam, Illyricum, Pannonias veteres collecta, & notis necessariis illustrata edere vellet, spisso majoris formæ volumine opus haberet: ubi enim nunc nulli, ut in Transilvania, Slavi sunt, tamen ibi quoque ad hunc usque diem urbes, montes fluviique clamant, vetustissimos suos incolas fuisse Slavos, & ab illis indita sibi nomina ad hoc usque tempus ferre. (*Cf. Kollar. l. c. p. 92-*). Celebris Transilvaniæ urbs *Bistricza* a cognomine fluvio *Bistricza* nomen habet. Eodem nomine, ac eadem ipsa de causa, gaudet percelebris Monrana Hungariæ urbs, Slavis *Bistricza* appellata. Cur autem ita? nempe quia *Bistry* Slavis *clarum recentemque* notat, inde translate Bistré Oči, claros recentesque oculos significat. Ita vetustissimi Scriptores nostri & antiquissima Regni Diplomata lacum *Balatonem* vocant magnum *lutum* ad minoris lacus *Fertö* distinctionem, Austriaci autem ceteriqne

cidentem ad metam majoris Ville Thomasi, ab inde procedit similiter versus occidentem ad metam ville Lethun, & ibi est meta terrea, ab inde versus occidentem tendit ad metam Teutonicorum de villa S. Ladislai (Quintofori, Donnerßmark, Tsötörtökhely), deinde tendit versus Aquilonem ad metas Micheleth (*XX*) ab inde descendit ad quoddam pratum, quod est Mehok & Petri, filii Gjurk, deinde versus occidentem procedendo, & per pratum transeundo ad caput fontis, dehinc vadit versus orientem ad latus montis, & ibi est meta terrea, & ab inde tendit ad meridiem in latere eodem, & viam transeundo, in minimo Bergha (seu colle Berg) est meta terrea, ab inde descendit similiter versus meridiem, & vix ad jactum sagitte est meta terrea, & ab

---

rique Germani appellant Blatenſee, ab etymo scilicet Slavico Boloto Balato, vel Blato, quod pro ratione dialectorum enunciatur, & *lutum* significat.

d) Constantinus Porphyrog. (*de adm. Imp. C.* 36) testatur: *Paganos*, *Slavorum lingua*, *baptismi expertes dici.* Unde Hungari quoque illos *Pogány*, literam *a* cum litera *o* & vicissim una cum Slavis permutare soliti, vocant. *Gnit* quippe vel *Hanit*, pro ratione diversarum dialectorum *temnere*, *vilipendere*; cui si præpositionem *po*, adjicias, *contemnere*; participium proinde præteritum *Pohanen*, *Poganen* itidem Slavis *contemtum vilipensum* significat. Unde factum est, ut qvum Slavi, Græcis vicini, Græcos ipsos, tanquam suorum Deorum cultu alienos, *Paganos* appellarint; Græci vicissim Slavos, idolis deditos, proprio eorum vocabulo *Gentiles* ethnicosque appellavere. Vocabulum *Paganus* in Theodosiano quoque Legum Codice occurrit, LXVIII. in hæc verba: *Græci*, *quos Hellenas*, *vel Paganos vocant*, *multos Deos dicunt* - dari &c. quibus verbis nihil aliud indicatur, quam Græcos gentiles a Græcis Christianis per contemtum Paganos fuisse appellatos; quæ interpretatio robur præterea suum sortitur ab Lege XLVI. Cod. Theodos. de Hæreticis, ubi hæc leguntur: *Gentiles*, *quos vulgo Paganos appellant &c.* Elucet hoc ipsum etiam ex S. Augustini Lib. II. Retract. C. 34. ubi scribit: *Deorum falsorum multorumque cultores*, *quos usitato nomine Paganos vocant &c.* usitato utique, certe non Latino, verum peregrino, & usu solum Latina civitate donato. Ut adeo Porphyrogenitus recte omnino scripserit, vocem *Paganus*, Slavis *baptismi expertem* notare. Plura interim occurrunt loca, vocem hanc ferius, & quidem inde ab accepta sub S. Stephano Hungarorum conversione ad Ruthenos quoque Schismaticos, Cumanos & Hungaros, Photio addictos, extensam fuisse ideo, quod cum Romana Ecclesia uniri nolentes, contemnerentur; in Hungarica igitur Historia Pagani ab Ethnicis probe distinguendi veniunt. Etiam Turótzyanus Anonymus (C. 42.) Paganismum ab Idololatria secernere censendus est. — —

e) Justinus senior, Græcorum Imperator, omnium Scriptorum testimonio, patria *Thrax*, id est: ex hodierna Bulgaria oriundus erat. Conjugem habuit, ut Procopius Cæsariensis in arcana sua historia & Victor Tunnensis in Chronico scribunt, *Lupicinam* appellatam, quod nomen idem Procopius *ignominiosum* appellat. Enimvero fuit reipsa ignominiosum. Slavica vox *lubit*, *amare* significat. Omnes coævi Scriptores memorant, Justinum illam primum conjugis solum

ab hinc revertitur ad metam, que eſt primo poſita; & ſic terminantur mete ſupradicte. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, ne noſtre conceſſionis ſeries retractari valeat, aut aliqualiter in irritum revocari, preſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſereti Viri Magiſtri Johannis, Prepoſiti Budenſis, Albenſis Eccleſie (in Tranſilvania) Electi (Prayanam Hierarchiæ Hungaricæ ſeriem haud ingreſſi), & Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo.

XXXIV.

ſolum loco habuiſſe; unde facile intelligas, cur *Lubitſchina* fuerit appellata, quod Slavicum nomen (Græci enim literam *b*, & Italicum Slavicumque *ce* vel *ci* omnino ignorabant) *amatam & concubinam* notat, ac non ſolum Procopio teſte, ſed natura etiam ſua ignominioſum eſt. Eandem notam temporis nomina Juſtini II, Vigilantiæ Matris, Irenes uxoris & Baduarii, Generi ejuſdem, præferunt. Nam Theophilus, Baduarii adoleſcentis præceptor, diſerte ait: Patri diſcipuli ſui, quem pro Genero delectum, filii loco habebat, fuiſſe nomen *Iſztok*, & Matri *Viglenicza*. Utrumque hoc nomen Slavicum eſſe, res ipſa confirmat; *Iſzty* enim *certum hominem*, *verecem & juſtum* ſignificat, unde formatum *Iſztok* Juſtinus, eadem plane forma, qua ex *Piaty*, quod *quintum* ſignificat, factum eſt ſubſtantivum *Piatok*, id eſt: *dies Veneris*: & ex *Divy* ferus; *Divok*, bos ferus. *Viglenicza* autem, ſi altera dialecto ſcribatur, *Vichlenicza*, deductum a *Vibledit*, deligere; *delectam* vel *dilectam* notat, ac probæ matronæ convenit; at Vibledniczа tamen referibendum eſſe videtur.

f) Referant præterea Scriptores: Juſtino celebrem a conſiliis, quibus utebatur, Magnique nomen adeptus eſt, obtigiſſe conjugem, Theodoræ Auguſtæ, quæ poſterior Juſtiniani uxor erat, neptem. Hæc inter cetera, quum intelligeret, exaggeratis nimium uſuris miſeriores a divitibus opprimi, his ad ſe accitis, debitum æs exolvere, ſyngrapbas vero & pignora iis, quos reſpiciebant, reddere conſueverat, quo facto maximum ſibi apud Byzantinam plebem, e Slavis inde ab antiquo auctam, nomen & famam conciliavit, ut adeo ab his *Hirena* in recto, *Hirenei* in obliquo, ſeu *famoſe* appellationem obtinuerit, quam nempe Græci, aſpiratione facile intermiſſa, a Slavis adoptarunt. Simile vocabulum Hunno-Slavicum eſt nomen *Baduarii*. Idem enim Theophilus perhibet: diſcipulo ſuo nomen fuiſſe *Vpravda*, quod cum *Baduarii* nomine diſtincta lingua congruit. Utrumque non aliter, niſi *Juſtitiarius*, qualem urbis Præfectus (*teſte Cedreno in rebus Juſtini*) agebat, Latine reddi & verti poteſt. Vox *Patvaros*, ex qua Theophylactus (*L. VI. C. 8 & 9. ap. Stritt. T. I. p. 386*) Baduarium ſuum effinxit, adjective ſumta „Hunnis vel Hungaris *litigioſum*, ſubſtantive autem accepta, *Litium deciſorem*, Judicem ſive *Juſtitiarium*; *Vpravit* autem Slavis *rectum facere* & *Jus dicere* ſignificat. Quod enim nunc *Pramo*, id eſt, *Jus* vel *Tribunal*, appellant, id olim *Prawda* dicebant. Poteſt hoc videri pluribus locis in memorato Varadinenſi Regiſtro, ubi de Curiali Comite ſcribitur: & *miſit eos ad PRAWDAM Varadinum* hoc eſt, *ad Jus ſive Judici-*

XXXIV.

Ladislaus IV, Rex Hungariæ, Comiti Polano & Ricolpho fratribus, ob insignia eorum, in recuperandis Jaurinensi (61) & Scepusiensi castris merita, villas, Farkasfalva & Pokaj vocatas, confert. Anno Domini 1278.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario illustris Familiæ Berzevitzyanæ habito.

LADISLAUS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Universis Christi fidelibus salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Inter laudes in throno residentis, tanquam sidus irradiat & luce clarius illucescit, recensere merita subjectorum, fidelitates agnoscere devoto-

dicium ferri candentis, olim ibi celebratum. Ut adeo ex his interea etiam, donec altiores Slavorum aliarumque gentium Europæarum origines alibi eruerimus, satis pateat, minime audiendos esse illos, qui persvadere volunt, Slavos sexto primum seculo & quidem a septemtrionibus ad Istrum & Romanas ditiones commigrasse, ut potius manifestum sit, eosdem, a Pseudo-Avaris & Rutenis (*Not.* 43) longe diversos, jam seculis Christo nato prioribus, non modo Istrum accoluisse, verum etiam ab Istro ad Septentriones & Germaniam olim propagatos fuisse.

61) Belli hujus, inter Ladislaum Hungariæ, ac Ottocarum Bohemiæ Regos, propter Austriam, Stiriam & Moraviam recrudescentis, causæ altius repetendæ sunt.

a) Etenim vero " Zulta (summus Hungarorum) Dux (*inquit Annonym. Not. C.* 57)- „ fixit metas Regni Hungariæ — ex parte Teutonicorum usque ad pontem Guncil (*Cf. Not.* 53. „ b. c), ex parte vero Boëmorum fixit metas usque ad fluvium Moroa (*e Carpatis Bohemico - Silesiis per confinialia Hungarorum Brunense ac Olomutzense castra* „ (Cf. Not. 45.) *diversis scaturiginibus Danubio influentem*), sub tali conditione, ut Dux „ eorum annuatim tributa persolveret Duci Hungariæ; & eodem (*tributario*) modo ex Par- „ te Polonorum usque ad montem Tatur, sicut primo fecerat Regui metam Borsu (*Cf. Not.* 11), „ filius Bunger. Et dum Dux Zulta & sui milites ita radicati essent, duxit filio Tocsum uxorem „ de terra Cumanorum, — & fecit Dusem ac Dominatorem super totum Regnum Hungariæ " qua loquendi formula, Partes quoque, Regno Hungariæ adnexas, intelligi patet.

β) Urzo (*sive Toxo, ait Aloldus in notul. ap. Kat Hist. D. p.* 501 & 565) „ mortuo, Hungari elegerunt Geizzam (*majorem natu* (Cf. Tab. gen. v. 91) *fratrem*)- „ natura mitiorem, - quam Patres sui fuerunt; - & ideo in pace majorem spem habuit. Igitur - „ sibi

votorum, ac remuneracionis lance virtutum premia merentibus elargiri. Nihil enim tam convenit equitati, quam fidelitatis in ſtadio decurrentes, obtento bravio certaminis non fraudari. Proinde univerſorum noticie preſencium ſerie declaramus, quod conſiderantes regie circumſpeccionis oculis grata fidelitatum obſequia & ſervicia gracioſa fidelium noſtrorum, Comitis Polan & Ricolphi, ſtatris ſui, de Scepus, que jugiter nobis, in tenera conſtitutis etate, famulati in diverſis & arduis negociis Regni noſtri, certo experimento impenderunt infallibilibus argumentis, dum idem Comes Polan ſub Caſtro Jaurinenſi (per Ottocarum Bohemiæ Regem occupato), qvum ejuſdem

„ ſibi - propoſuit formare Pannoniam ſuam (*latiore diverſarum Regionum & Nationum, ſenſu acceptam*) in rempublicam, & illam ditare non ampliſus injuſtis prædis, ſed licitis lucris. „ Et - ſvaſit genti ſuæ, ut arma deponeret, & merces ſuas potius vicinis diſtraheret, quas ſibi „ Provincia ſua copioſe germinaret. - Interim tamen Oſterrichiam (*vel orientale Regnum, Pannonias utpote*) a majoribus ſuis ex maxima parte (*uſque ad Comagenos montes, per „ ſeopuloſa Danubii ad Lincium præcipta Carpaticis montibus connexos*) occupatam „ non dimiſit; ſed conſtanter retinuit. Neque ſuos (*Ruthenos vel Orozos* (Cf. Not. 43. „ b. & g. Not. 53. b), *velut conſtitutos limitis occidentalis cuſtodes*) ibi (*in Comitatu „ Melicienſi*) commorantes (*quorum Comitem Brunerus* (Boic. P. II. L. IV. ap. Kat. „ H. D. p. 599) *Hemonem Stillam appellat*) prohibere valuit ab excurſibus & prædis, ad „ quas in reliquam adhuc terram Auſtralem (*Slavorum, qui Borealem quoque terram, „ utpote Bohemiam, incolebant*) ſæpe, quaſi ex inſidiis excurrerunt. "

c) Hæc ſecuritatis publicæ violatio, qvum jactis mercatui fundamentis, ad perfectionem ſuam evehendis, plurimum obſiſteret, Geyza Leopoldum Babenbergicum, Patavienſis Eccleſiæ, cui Piligrinus præfederat, Pagorum ſive Ditionum Sundergow & Tonahgow (*Cf. Notit. Urb. Vind. p. 35. & Tabell. I. Kat. H. D. p. 589-*) Comitem, vel Marchionem alterum (Burchardus enim Volfgangi Ratisbonenſis Epiſcopi, Ditionum ſeu Marchiæ ſimiliter Comes erat), Caſtri vel Comitatus Melicienſis Comitem pro tempore ita conſtituit, ut, coërcitis turbatoribus, Anaſiburgo Melicium ſe ſe transferat. " Hoc itaque anno (*ut ex voce HACTENUS in Ottonis III. Diplo„ mate* (Cf. Not. 53. c. & f) *eruitur, 985, ſcribit Aloldus loc. cit.*) Liupoldus Marchio, „ in prædones iſtos potentes, quibus ſemper quidem (*velut Piligrini antea Marchio*) „ ſe fortiter oppoſuerat, omnem ſuam virtutem & potentiam collegit. Medilikum, præcipuum „ barbarorum nidum, cum multis & fortibus militibus aggreſſus, graviter eum locum impugnavit, „ ac tandem expugnavit feliciter, Ungaris (*cum Hemone Stilla, Marchione vel Comite ſuo*) „ expulſis, & longe a Provincia (*Melicienſi*) repulſis. - Sic Marchia iſta orientalis (*Tranſ„ anaſana, Ditiones quippe Patavienſis & Ratisbonenſis Eccleſiarum, quibus*, prout „ etiam reſiduæ ab Hungarorum devaſtatione ſolitudini, *Otto Henricum, Leopoldi hujus „ filium, natu ſeniorem, A. 991 Marchionem præfecerat, cujusmodi munus, Hen„ rico ſine liberis A. 1018 decedente, Henricus III. Imperator, Leopoldo II, e-*

juſ-

Caſtri recuperacioni de manu hoſtili operam preſtaremus, defendendo vexillum noſtre Serenitatis, cujus induſtriam & expertam probitatem ad id exercendum miniſterium eligendam duxeramus, grande vulnus accepit, cujus cicatrix, debilitata ipſius manu, impedito ſuo officio naturali, contractis digitis repreſentat; Ricolphus vero, frater ejus, letalis plage ſaucia in ſuo corpore ſupportavit. Attendentes ſpecialiter, quod, quum Gergeu, filius Pauli, nequicie inflatus ſpiritu, noſtre rebellaret Celſitudini, vaſtitates & incendia per noſtrum Regnum auſu nefario exerceret, & quidam noſtri fideles ad reprimendam preſumptuoſam ejus audaciam, & refrenandam potenciam effrenatam, de manda-

---

„ *juſdem fratrueli*, *hereditarium detulit*, *unde ſcilicet Auſtriæ Duces titulum quoque* „ Marchionum Sacri Romani Imperii ultra Anaſam, *habito ſcilicet ad Hungaros reſpectu*, *aſ-* „ *ſumſerunt*) deinceps ab inhumanis prædonibus immunis facta, quieſcere cœpit.

d) Geyza, commercii hujus., cum vicinis promovendi ſtudio, ductus, affinitates quoque contraxit. Enimvero inter alias filias Anonymam, Othoni Urſeolo, Venetiarum Ducis filio (*Luc. ap. Schwandt. T. III. p.* 128. *Kat. H. D. p.* 601-), & Giſelam (*ex Germanico* Geiſel, *quaſi pacis obſidem dicere*s, *ita vocatam*) Vilhelmo, Burgundiæ Comiti (*Cf. Kat. H. R. T. I. p.* 608) collocavit, quarum nempe priori Dalmatiam occidentalem, ac diſerte Jadertenſem ſeu Zatenſem Comitatum, titulo paraphernali contulit, poſteriori autem Longobardiam Venetam, qua Otto I. Imperator Adalbertum, ejus Patrem, ob excitatas in Italia ſeditiones, privaverat, recuperavit, unde nimirum Petrus, Vilhelmi filius, Hungariæ Rex, etiam Venetus dicebatur. Vilhelmus iſte Rajnaldum ex Ermentrude (*Turóczyana P. II. C.* 34 *Gertrude*), Petrum vero & Adelhaidem ex memorata Giſela, S. Stephani ſorore, ſuſcepit. Mors autem illo per Germaniam & Galliam invalueſcente, ut quævis Dynaſtiæ ſeniori natu filio (*Otto Friſing. de reb. Frid. I. Cap.* 29) cedere deberiat, *ceteris ad illum*, *tanquam Dominum*, *reſpicientibus*, Divus Rex Stephanus Sororios ſuos ad ſe recipiens, Petrum quidem ſubiade copiarum ſuarum Ducem (*Melic. Cod. ap. Kat. l. c. p.* 488) præfecit, Adelhaidem vero Adalberto, Leopoldi I. Mellicenſis Comitis, Hungaricæ quippe Marchionis, filio, natu juniori, cui præter Mellicenſem ſtabilitum, etiam Viennenſem Comitatum attulerat, A. 1021 uxorem dedit. Unde factum eſt, ut hæc a Germanis, popularibus utpote ſuis, *Frome* ſeu *Domina*, Leopoldi autem II., primogeniti ejuſdem filii, vivente adhuc Patre, A. 1043 decedentis, conſors (*Kat. l. c.*) perinde Adelhais (*velut ortum ex nobili Domo* Adelhaus *ducens*) *Frowila & Frowiza*, ſive minor *Domina* vel *Domicella* Auſtriæ, a Slavis Auſtralibus, per Danubianos Anaſiburgenſem, Mellicenſem & Viennenſem Comitatus diffuſis, ita Latine ſerius dici cœpta (*Cf. Turóc. C.* 42) compellarentur. *Auſtriæ*, inquam, non *Oſterrichiæ*; ſola enim Auſtria, velut orientalis Hungarorum Regni, ſeu Oſterichiæ PARS, pro TOTO haberi nequit. Qua in re clarum eſt Aventini teſtimonium (*Annal. Boic. L. V.*): “ „ Aſſervatur, *inquit*, in Eberſperg Diploma Ottonis III, in quo Burghardus (*paulo ſupra* „ *commemoratus*) appellatur Præfectus (*vel Marchio*) Pagi Bojorum (*Hungaris* „ *Tranſenenſeſenorum*) qui (*Pannoniæ inclyſus*) Oſterricha vocatur. “

c)

mandato noſtri culminis proceſſiſſent, in pugna, commiſſa cum eodem, vir ſtrenuus Ricolphus, filius prefati Comitis Polan, pro noſtra noſtreque reipublice defenſione exſtitit interhemptus. Recenſentes eciam, quod ſepedicti Comes Polan, & Ricolphus, frater ejus, non ſolum in congreſſibus, cum predicto Gergeu frequenter habitis & commiſſis, verum eciam adverſus Lorandum, filium Mark, noſtrum infidelem, bellorum pluries certamina ſubeuntes, quo capti & detenti dampna plurima pertuliſſe dinoſcuntur, in recuperando Caſtro noſtro Scepus, per virtutes proprias & fudores bellicos, quod idem Lorandus callidis machinacionibus occuparat, gratum nobis exhibuerunt obſequium & acceptum. Volentes itaque ipſum comitem Polan pro morte filii ſui prenotati, quam

e) Auſtria porro Hungaris *Bets orſzág*, ipſaque Metropolis ejusdem (*Cf. Diction. Párizsp.*) Vienna *Bets*, quaſi Regionem urbemque, in pretium paraphorni datam, dicens, hodiedum appellatur; imo Latinam quoque ac Germanicam *Viennæ* denominationem Hungaris deleri ſequentia evincunt: Poſtquam *Edek - Ur - us* (*Priſci Rhetoris* (Edit. Peſon. C. II. §. 3. 4) *Edekon, genere Hunnus, Procopii aliorumque Odoacer, præcipuus Atilæ, A. 454 mortui, Miniſter*), Germaniæ orientalis, Albi & Viadro fluviis adſitæ, Dux, Coloniæ ad Sprean (*Turóczi P. I. C.* 18) reſidere ſolitus, Regnum Italiæ, decennio patriis Hunnorum inſtitutis ac Legibus, nomine Regio (*Procop. de B. Got. L. I. C.* 1. *Petav. Hiſt. tempp. T. I.*) a ſe adminiſtratum, A. 476.; Noricum autem ſequente A. 477 occupaſſet, Pannoniam quoque Occidentis Imperio, jam ſuo (*Cand. Iſaur. Eclog. Hiſt. p.* 19), adjecturus, Flaccithei filium, qui ex prædicta orientali Germania, cum aliqua Rugorum Odoacri parte, ſecedens, Theuderichi, Atilani ſcilicet (*per Aladarium* (Cf. Not. 55. d) *filium*) nepotis, beneficio Pannoniam poſſidebat, ad obſequium ſibi præſtandum tentaverat. At ille Orientis potius Imperio, ad quod Pannonia ex prima, ſub Dioletiano facta diviſione (*Vict. de Cæſarib. Lib. IX. C.* 12. *Flav. Vopiſc. in Carino. Paul. Diac. Hiſt. Miſc.*), ſpectabat, quam Occidentali ſubeſſe voluit. Odoacer itaque in Flaccithei filium, velut fugitivum & rebellem ſubditum ſuum, exacerbatus, eundem criminis læſæ Majeſtatis ſuæ reum pronunciavit, id quod appellativum ipſius nomen *Föbe felekhes*, ex quo nimirum Scriptores Latini proprium *Phœbæ Feletheï* nomen defumſerunt, nobis hucdum importat. Suſcepta vero ſubinde in Pannoniam expeditione, qvum Phœba Feletheus ad Vindobonam contra Odoacrum, *Principem ſuum arma corripere*, hoc eſt: *Föbe víni* auſus fuiſſet, *Vindobona* Hungaris in perennem rei memoriam *Fö vinye*, ſeu *theatrum belli*, *a Principibus* (Odoacro & Feletheo) *geſti*, unde iterum Scriptores Latini & Germani ſuam *Fabianam & Favien* derivarunt (*Not. Urb. Vind. p.* 59. 20), deinceps dicebatur, donec extrita ſubinde ſyllaba prima (*Calles. annal. Auſtriæ P. I. p.* 338 & 542), Hungaricum *Vínye*, Germanicum *Vien* remanſiſſet, ac denique Adelhaidi, Adalberto, Meliciensi Comiti, vel Marchioni Hungarico, nuptæ, a S. Stephano Rege *in pretium paraphorni* collata, eodem ſignificatu retento, populariter *Beebey*, hodie Bets (*Cf. Turóczi C.* 52 & 77) appellari cœpiſſet.

f) Adalbertus iſte in Privilegio Andreæ I, quod A. 1055 Tyniensi Cœnobio (*Ap.*

dictum Ricolphum, pro tantorum prerogativa meritorum, retribucionis ad presens aliqualis premio consolari, qvum ulterioris munificencie antidoto curacioni vulnerum eorum consulere opportunis temporibus intendamus, villas nostras, in Scepus existentes, Farkasfalva & Pokaj vocatas, contiguas & commetaneas, ut dicitur, sub metis antiquis & terminis, quibus per primos possessores fuerunt limitate, cum omnibus juribus, utilitatibus & pertinenciis suis dedimus, donavimus & contulimus eisdem, Comiti Polan & fratri suo memorato, ac per eos suis heredibus, heredumque successoribus, jure perpetuo possidendas, ac per fidelem nostrum Ladislaum, Comitem de Scepus, eosdem in corporalem possessionem villarum predictarum fecimus introduci. Villam autem Daman

(Doma-

(*Ap. Kat. H. R. T. II. p.* 112) concesserat, & serius in extractu ad *A.* 1288 producemus, inter alios Regni Barones & Comites, sub *Wojteh* Comitis nomine (*ita Slavi Adalbertum populariter vocabant*), subscriptus legitur. Inaniter proinde notitia Urbis Vindobonæ (*A.* 1764 *Viennæ edita*, *p.* 38) inter alia multa refert, Adalberti, A. 1056. mortui, filium Ernestum, Comitem Viennensem, antelato Privilegio immediate post Patrem suum, Melicensem Comitem, seu Marchionem, sub Latino *Irenei* Comitis nomine subscriptum, per Hungaros Erney (*Turótz. P. II. C.* 52) vocatum, confirmationem ab Henrico IV. immunitatis tributorum, occidentali, ad quod Germani advenæ, præ orientali Hungarorum, trahebantur, Imperio pendendorum, quam *Julius Cæsar & Claudius Tiberius Nero* terræ huic concessisse feruntur, impetrasse; qvum sibi constare debuisset, Austriam eo tempore, non occidentali Germanico, sed orientali Hungarico Imperio obnoxiam fuisse. Gratitudo Adalberti Successorum, ob collatos Austriæ Comitatus, vel ex eo patet, quod in Austria quoque publicum Decretale Sancto Regi Stephano festum fuisse dicatum ex vetustissimo MS. Calendario Domus Austriacæ (*Cf. Kat. H. R. T.* II. *p.* 453) probetur, imo princeps Viennense Templum a Leopoldo Pio, Adalberti nepote, ac hujus filio, Adalberto II, qui Hedwigem Almi, Galiciæ Ducis (*Cf. Tab. Gen. p.* 91. *Col. XI.*), filiam, uxorem habuit, non Stephani Protomartyris, verum Hungariæ Regis, honoribus constructum haberi, nec dubitare licet.

g) Memorato Wilhelmo, Burgundiæ Comite ac Longobardiæ Domino (*Cf. Kat. T. I. p.* 608), S. Stephani affine, fatis A. 1026 cedente, Gisela ejus vidua in Hungariam, maximo serius involutæ Hungaricæ Monarchiæ damno, ad Stephanum fratrem se contulit, ac Nitriensem, Boronensium & Sárváriensem Comitatus (*Cf. Not.* 40. *med.*) pro viduali sua intertentione impetravit. Pingvi hac dote Hungarica, cui nomen Moraviæ adjecerat, locuples vidua, spes animo longe majores concepit, quam ut reliquam ætatem suam Viduitati sacrare voluerit. Gvula quippe juniore, Ultrasilvaniæ antea Duce, a Stephano Rege A. 1002 una cum uxore ac duobus Bivia & Buena filiis victo & capto, — Nitriensique carceri occluso, qvum idem subinde cum altero filiorum suorum custodia elapsus, ad Boleslaum III, Phalitzini sive Boleslai II filium, Udalrici fratrem (*Cf. Tab. gen. p.* 92. *Col. VII.*), in Bohemiam confugisset, ad Ecclesiæ Romanæ unionem reductus, una cum filio suo Procopii nomen accipiens (*Cf. Ditmar. ap. Kat. H. R. T. I. p.* 641), Bolinensi limitaneo Bohemiæ castro & urbe (*Belzrimov*,

Pil-

(Domanyótz), quam prius eidem Comiti Polan contuleramus, qvum admodum utilis & commoda Caſtro noſtro Scepus racione ſue vicinitatis cenſeatur, ab ipſo Comite Polan revocamus, pro uſu ipſius Caſtri noſtri & ſervicio reſervantes; pro huius commutacione predictam villam Pokaj contulimus, ut ſuperius eſt expreſſum. Ut igitur hujus noſtre Donacionis & collacionis ſeries perpetue firmitatis robore fulciatur, nec proceſſu temporis valeat in irritum revocari, preſentes conceſſimus literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis M. Johannis, Doctoris Decretorum, Prepoſiti Budenſis, Colocenſis Eccleſie electi, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo, VI. Idus Octobris, Regni autem noſtri anno VII.

R 3 XXXV.

Pilgram) donatus, limitum cuſtodem contra Hungaros Brunenſes, pro prædis excurrere ſolitos (*Cf. Dubr. H. Boh. L. 7*), agebat. Seniore mortuo, junior Procopius (*Annaliſtæ Saxoni (ap. Kat H. R. T. I. p. 593) Pricos & Pricui vocitatus*), Patri ſuo plene ſuccedens, Dynaſtiæ Belinenſis Comes dictus, Giſelam, Stephani ſororem, viduam duxit, ex qua Damaslaum filium ſuſcepit, quem ſcilicet Henricus III. Abæ Regi A. 1042 ſurrogare voluit, in Bohemicam ditionem ſuam repulſum.

h) Stephanus Rex Vlodimiro (*Cf. Not.* 10. *fin.*) Magno, cujus Patri Svatoslao, Patziaciæ Danapranæ (*Cf. Not.* 9) Ducibus, Auguſtana anni 955 clade hauſtis, Lodomeria quoque Jure Hungarico gubernanda, olim obtigerat, A. 1016 fatis erepto ac duodecim filios relinquente (*Cf. Bayer. Coll. Petr. T. VIII. p.* 400. *Cluver. Geogr. p.* 507), Emericum filium ſuum, jam decennem, Ruſſorum Ducem, ea ratione declaravit, ut Jaroslao, Vlodimiri filio, natu maximo, in paterno Novogrodenſi Principatu, ſive Alba Ruſſia, ſuccedente (*Cf. Pray ap. Kat. H. R. T. II. p.* 6.), reliquis fratribus Ruſſia Hungarica, in Palatinatus diviſa, ceſſerit, quos tamen Jaroslaus (*Cf. Papebroch. ap. Aſſem. T. I. p.* 134) non abſque fratrum cæde ac injuria ſenſim occupaverat. Emerico filio, Ruſſorum horum Duce (*Annal. Hild. ad A.* 1031), A. 1030 in totius Sclavoniæ (*Cf. Kat. H. R. H. T. I. p.* 387) Ducem renunciato, cui nempe Stephanus Pater una Creſimiri II, Croatorum *Præſidentis*, vel Croatiæ ac Dalmatiæ ſuæ *Jura gubernantis* filiam (*Cf. ibid. p.* 323 & 383) deſponderat, Anno 1031 fatis erepto, tanta eum doloris acerbitate luxit, ut priſtinæ valetudini ſuæ (*Turótz. C.* 33) nunquam reſtitui potuerit. Qvum igitur Vaſulem ſive Baſilium, Ducem Cumaniæ, Ladislai Calvi fratrem, Patruelem utpote ſuum, quem ante plures annos ob juvenilem, accepta uxore pagana (*Cf. Not.* 60. d), de genere Tatun (*Turótz. C.* 42.), laſciviam, Eccleſiæ Romanæ unionem amplecti nolentem, & captum (*Leventa, ejus filio, majore natu, ſive Gyula, opportune cum matre ſua elapſo*), ad Nitrienſes perinde carceres (*Idem C.* 33. *Cf. Kat. l. c. p.* 415) retruſerat, pro ſucceſſore ſuo deſtinaret (*Cf. Tab. gen. p.* 91. *Col. VII.*), reſiduis, Andreæ ac Belæ, filiis ejuſdem, in Aula ſua educatis, vita comite proſpecturus, illum in Dalmatiam, ſine recuperandi una cum eo, quod Venedi ultra Comitatum Jadrenſem, Sorori olim ſuæ (*Cf.* d),

Ottoni

XXXV.

Comes Botyz magnus, cum ſuis fratribus Gothcalco & Frolingo Mattheotzenſi & Felkenſi Villicis vel Judicibus, hereditariam ſuam ſilvam Chetana exſtirpandam ea ratione cedit, ut in eadem villas jure Saxonico gubernandas, ædificent. Anno Domini 1279.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario I. Familiæ Marjáſſyanæ habito.

CAPITULUM Eccleſiæ Beati Martini de Scepus. Omnibus Chriſti fidelibus, quibus preſentes oſtenduntur, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire; quod accedentes ad noſtram preſenciam quidam Nobilis

---

Ottoni Urſeolo nuptæ, ſine liberis decedenti, attributum, uſurpabant, Hungarici Juris; hunc vero in Poloniaſa contra Pomeranos, Patruelis ſui, Ladislai Calvi, filio Michaeli, Polonorum Miſcislao II. rebelles, ad obſequium (*Cf. Not.* 40) revocandos, cum ſelectis Hungarorum manipulis expedivit: unde victores ad Stephanum reverſi, hoc præmii accepere, ut Andreas (quem Dandulus, Autnor Venetus (*ap. Luc. l. 6. p.* 132) propterea undecim fere annorum anticipatione Regem Hungariæ (*juniorem*) ad A. 1032 vocat) Dalmatiæ; Bela vero, Leventæ, ſeu *Pugilis* axiomate donatus, Pomeraniæ præficerentur. Etiam Petrus, per Avunculum ſuum Stephanum cum copiis emiſſus, Bulgariam (*Zonar. T. II. p.* 232. *Cedren. T. II. p.* 930. 737), triennali bello ereptam, A. 1036 recuperavit, ac per hoc Matri ſuæ Giſelæ ſufficiens pro aſſequenda ſubinde Imperii Hungarici corona meritum poſuiſſe videbatur.

i) Stephanus interea, langvore graviſſimo ſe gravatum ſentiens (*ita Turótz. Anon. l. c.*), „ miſit nuncium, ſcilicet Budam, filium Egruth, qui Vazulem, Patrui ſui (*Michaëlis quippe Ducis Poloniæ*) filium, propter juvenilem laſciviam & ſtultitiam (*paulo ſupra deſcriptam*), „ ut corrigeretur, reclaſum (*jam vero ad Eccleſiæ Romanæ unionem reductum*), „ de carcere Nitrienſi educeret, — in Regem prius, quam ipſe moreretur, conſtituendum. Audiens hoc Keisla Regina (*Moraviæ, Procopii, Belinenſis Bohemiæ Comitis, conſors, Petri Palatini Mater, fors recte apud valetudinarium fratrem conſtituta*), iniit „ conſilium cum Buda, viro nefando, & Sebum, Budæ filium, Nitriam miſit, qui Patrem „ ſuum prævenieus, oculis Vazuli effoſſis, in Boheniam (*Belinenſem Procopii Provinciam*), „ receſſit. — Regina enim (*hoc eſt, Frowe ſeu Domina Moraviæ, Stephani ſoror*) „ cum Buda, Satellite ſcelerum, Petrum Alamannum, vel potius Venetum, fratrem Reginæ „ (*Frowe ſcilicet hodiernæ Auſtriæ, filiæ nimirum ſuæ Adelhaidis* (*quam Anonymus „ Turótzyanus* (C. 34.), *alioquin Hungarus, æque Keislam ideo vocavit, quod non una*

iſtud

bilis, Comes Botyz magnus, filius quondam Comitis Marci, cum fratribus suis Nicolao, Petro, Marco, Johanne & Michaele, literas Domini Bele, illustris Regis Hungarorum super hereditate sua, dicta Chetana, sub montibus vicinis ultra Welkam (Germanis Felk, unum ex hodiernis XVI. Oppidis) sita, inter duas aquas, videlicet Poprath & Conotopa in Districtu Scepusiensi (Saxonum), nobis exhibuerunt. Fassi itaque sunt oraculo vive vocis, se dedisse predictam hereditatem & sylvam cum omnibus suis pertinenciis & utilitatibus, Viris providis & honestis Gothcalco Villico de Villa Matthei (Germanis quippe Matzdorf, Hungaris & Slavis Mathe-

---

„ *istud cum appellativo* Frowe, *etiam Keislæ, Stephani Regis conjugi, velut Hungarorum Reginæ, a Germanis antonomastice attributo, synonymum esse putaverit*) *Adalberto, Melicienſi Comiti nuptæ, ac Viennenſi præterea Comitatu donatæ*) præfecere statuerunt. — Post hunc (*Sebum*) veniens Nitriam nuncius Regis (*Buda*), Vazulem, acu„ lis orbatum, — duxit ad Regem, — qui ægritudinis molestia impediente, debitam malefactoribus pœ„ nam inferre non potuit. Convocatis itaque filiis Basilii seu Vazulis (*quem Turótz.* (Cf. C. 38 & 42) *cum Calvo Ladislao, Polonorum Boleslao I, confudit*) patruelis sui (*Cf. Tab. gen. pag.* 91.,) scilicet Andrea & Bela, (*paulo antea Leventæ nomen adepto* (consuluit eis „ ut salutem & corporum suorum integritatem conservaturi, quanto citius fugerent (*Cf.* 40 *med.*). — „ Illi igitur salubri consilio sancti Regis acquiescentes, a facie malorum & doloserum, in Bohemiam „ (*plurium annorum discordiis, inter Beloslaum III, Jaromirum & Udalricum „ fratres, Phalitzini seu Beloslai II. filios, a Conrado Salico & Henrico III, „ ejus filio, sustentatis, exhaustam*) fugerunt. — Interea Endre & Bela (*Cf. Turótz.* „ C. 38, *Levente dictus*), qui fugerant in Bohemiam, inde propter inopiam, transierunt in „ Poloniam, & (*a Richeza, Ezzonis Ernfridi, Rhenano - Palatini Comitis, filia, „ Miscislai II, A.* 1034 *mortui, uxore, quæ olim clandestinis mariti sui amoribus „ irritata, sublatis, inter alios ejusdem thesauros, duabus Poloniæ ac Bohemiæ co„ ronis, ad Conradum Imperatorem in Saxoniam profugerat, eique memorata Re„ giæ dignitatis insignia* (Brunvill. Monach. ap. Kat. H. R. T. I. p. 413) *deferendo, spe„ ciosam cum Apostolica Monarchia æmulandi occasionem subministrarat, in Polonia„ am reduce*) benigne sunt suscepti & honorati. — Bela vero, Dux (*Cf. Turótz. C.* 39) „ in Polonia (*seditionibus, contra insolens regimen Richezæ viduæ, quæ, totam ho„ realem Slavoniam Henrico III. subjectura, filium suum Casimirum, Poloniæ here„ dem, Cluniacensi Monasterio mancipaverat, excitatis* (Cf. Dlugos. H. Pol. L. III. „ Crom. L. IV.), *turbari cæpta, renunciatus*) duos genuit filios, quorum unus Geyza, al„ ter autem Ladislaus, nomine Avi sui (*materni, memorati quippe Calvi Ladislai, seu „ Beloslai aut Boleslai I*) est vocatus. Difficuit autem Endre (*Andreæ*) -, quod per „ Belam (*juniorem natu fratrem*) apud (*Richezam, ejusdem Socrum, Miscislai Viduam*) „ Ducem Poloniæ, quasi appendix degeret (*Cf. Turótz. C.* 39), - accepta licentia, Bela ra-

„ tre

Matheótz, alterum ex hodiernis XVI. Oppidis, cum priore ad radices Carpati ſitum) & Frolingo (itidem Villico) de Welka, tali condicione, ut ipſam exſtirpent, & in agros fertiles transmutent, ibidem populos convocent, & Villam vel Villas pro ſua poſſibilitate more Theutonico edificent; qui predictam hereditatem cum conſenſu & favore vicinorum & amicorum ſuorum de Welka ſub tali forma ſuſceperunt, ut omnes ad eandem hereditatem pervenientes, ſedecim annis fore debeant liberi de quolibet Cenſu, & exempti. Inſuper Eccleſiam debeant habere liberam cum Decimis, & eligendi ſibi Plebanum, quemcunque voluerint, more aliorum popu-

„ tre ſuo ibidem relicto, - ivit ad Regem Lodomeriæ (*Iſeaslaum, Jaroslai filium, Turótzya-*
„ *num* (C. 49) *Oſul*) qui (*Kiovienſi ſuæ, Juris Hungarici dynaſtiæ, metuens*)
„ ipſam non recepit. Cumque non haberet, ubi caput ſuum reclinaret, abinde ad Cumanos
„ (*Transdanapranos, quibus Gyula ſeu Leventa, ejus frater* (Cf. h) *imperitabat*)
„ perrexit. Videntes autem ipſum Cumani, optime perſonatum, arbitrati ſunt, quod eorum ter-
„ ram adveniſſet explorare. Et niſi captivus Hungarus illum cognoviſſet, revera occidiſſent: &
„ ſic poſtmodum, aliquo tempore ipſum tenuerunt. Abhinc poſtea in Ruſciam (*Albam Novo-*
„ *grodum*) eſt profectus (*ubi Anaſtaſiam, Jaroslai filiam, ex Ingarda, Olabi, Sue-*
„ *ciæ Principis, Conjuge, filia ſcilicet Geyzæ, S. Stephani Sorore, Boleslao I.*
„ *collocata, & ob nuptias, pro inceſtis habitas, dimiſſa* (Cf. Cornid. Geneal. R. H. ap.
„ Kat. T. I. p. 479.), *ſuſceptam, uxorem duxit, & cum hac, Soceri ſui opera, Ga-*
„ *liciam accepit*).

k) Bela vero (*a Polonis, pernicioſum Richezæ regimen* (Cf. Dlugos. Hiſt. Pol.
„ Lib. III. Crom. L. IV), *dum borealem Slavoniam Henrico III. ſubjectura, filium quo-*
„ *que ſuum Caſimirum Cluniacenſi Monaſterio mancipaſſet, reſpuentibus, Dux Gen-*
„ *tis renunciatus*) in Polonia duos genuit filios, quorum unus Geyza, alter autem Ladisla-
„ us, nomine Avi ſui (*materni, Calvi Ladislai, ſeu Boleslai I.*) eſt vocatus. " Interea
Petrus Alemannus, occidentalis Eccleſiæ Latinæ inſtitutis aſvetus, A. 1038 Hungaricum ſolium
conſcendens, eam regimini ſuo præcipuam ſolicitudinem præſtituerat, ut omnem cum Græca
orientali Eccleſia conſvetudinem amoveret, " Qui Theutonico furore fæviens (*Turótz. C. 35. 36*)
„ Nobiles Hungariæ (*Græco-Catholicos*) aſpernabatur; Bona terræ - cum Theutonicis, bellui-
„ na feritate rugientibus, & cum Latinis (*occidentalem ritum ſecutis*), hirundinum garrulis-
„ tate murmurantibus, devorabat. — " Caſimirum quoque, Miſcislai II, Poloniæ Ducis, filium, in eandem ſecum feritatem conſpiraturum, e Cluniacenſi Monaſterio liberatum (*Cf. Not.* 40), Poloniæ præfecit quidem, ſed paulo poſt a ſuis popularibus, Græco ritui addictis, ejectum, Baſilio Cſanadino (*Sunadum Anonymus Notarius C.* 11. 44. *vocat, & Regis* (Ohtumi e Sorore) *nepotem fuiſſe teſtatur, cujus nimirum e filio Theodulo neptem Synadenem* (Cf. Scylitz. ap. Stritt T. III. p. 630 & Kat. T. II. H. R. p. 282. -) (*Bela I. uxorem ſecundam habuit*), Hungariæ Palatino, in Serviam ſuam, ulterioremque Sirmiam, ſub Græcorum

rum

populorum Saxonum, in Scepus existentium. In hac electione Gotheszicus prædictus cum suis heredibus primam vocem, & Frolingus cum suis heredibus secundam, tertiam vero populi ibidem residentes, perpetue possidebunt. Finita vero libertate sedecim annorum, predicti populi, in eadem hereditate manentes, Comiti Botyz & Fratribus suis jam dictis, & eorum successoribus singulis annis in Purificacione B. Mariæ Virginis gloriose de quolibet laneo (fundo scilicet, ad habitandum & rusticandum attributo) agrorum fertilium, debitam longitudinem latitudinemque continencium, unum fertonem puri argenti cum pondere Scepusiensi solvere tenebuntur. Si vero Comitem Botyz, vel Fratres suos predictos ad expedicionem Domini

S mini

---

rum tutelam transeunti, subsituit, Polonis Belam, ejus affinem, Pomeraniæ Ducem, Graeco-Catholicum, sibi denuo præficientibus.

1). Petro Regimini admoto, Hungaria hostilem *Henrici III.* animum illico experta est. Patri enim suo *Conrado Salico*, quod Franconicum ditionem suam ad Salam, Saxoniæ superioris fluvium, in Bohemiam extenderit, ita dicto Imperatori, 4. Junii 1039 succedens, bellum contra Polonos, jure duarum, Patri adhuc suo per Richezam, Poloniæ recentius (*Cf. Not.* 40) ejectam, oblatarum Poloniæ ac Bohemiæ coronarum, movit, ratus, victis Polonis, Bohemos Imperio suo alioquin accessuros. Petrus igitur scenæ, quam cum Gisela Matre ac Richeza ludebat, complex, Bavariam simulate invasit, Bretislaus vero, Bohemiæ Dux, certo Petri copiarum præsidio acquiescens, Henricum agressus, prælio inferior annuum tributum pacisci coactus est. Idem interim, anno sequente 1040 copiis instauratis, pro rebelle habitus, Henrici exercitum (*Herman. Contr. ad A.* 1040 *ap. Kat. T. I. p.* 591-), Bohemiam ingressum XI. Calend. Septembr. cadit, capit fugatque adeo, ut Henricus, plurimis militum & Procerum suorum amissis, infecto negotio discesserit. "Etiam Petrus (*ita perhibet Annalista Saxo ibid.*), Ungoriorum Rex eidem Duci (*Bretislao*) contra Henricum Regem misit auxilia " eoque rem apud Bretislaum egerat, ut Hungarica, inclusis Moravicis, auxilia Procopio, Vitrico suo, in hostem ducenda, concrederentur." Hunc. (*Procopium, inquit Cosm. Prag. ibid.*) Dux Brecislaus pra-„ fecerat toti cohorti, quæ fuit de Moravia, & tribus Legionibus, quæ fuerant missæ in auxi-„ lium de Hungaria. " Subsecutam porro proditionem Hungarorum ipse Annalista Saxo „ (*ad A.* 1040. *ibid.*) docet his verbis: " Interea (*vicio per Bretislaum, ut paulo supra* „ *memoratum est, Henrico*) nunciatum est Duci (*Bohemiæ*) Bracislao, quod Pricos„ (*Procopius*) Comes, qui præfuit in Urbe Bel-na (*Belzimow*), corruptus pecunia Sa-„ xonum, non stetisset ex adverso munitionis in custodia. -- Hunc enim Dux (*Bretislaus*) „ præfecerat toti cohorti, quæ fuit de Moravia, & tribus Legionibus de Ungaria. " Hungari, se proditos esse observantes, ac Petri conniventiam vindicaturi, Giselam, ejus Matrem, & Procopii uxorem, scenæ artificem, omni Moravia illico exutam, carceri Nitriensi includunt. Procopium vero, cujus nulla mentio amplius occurrit, cum reliquis complicibus (*Turócz. C.* 36.) in frusta conciderunt. Quibus auditis, Henricus, Bohemiam Procopianam ingressus, Nitriam opportune advolat, & Giselam carcere liberatam, secum in Germaniam reducit. Albericus Monachus (*ad A.* 1040 *ap. Kat l. c. p.* 491) rem breviter attingit: " Sed illa Gisla Regina „

mini Regis extra Regnum ire contingeret, tunc ſepe dicti populi de quolibet laneo unum pondus argenti (quod, juxta du Freſne, tres uncias, uncia vero duodecimam Fertonis (*Cf. Not.* 20. *XXIII. & Not.* 46) partem conſtituit) ſolvere tenebuntur. Item ſi dicacio ex Mandato Domini Regis ad Territorium pervenerit, quidquid tunc Nobiles Scepuſienſes de Villis ſuis a qualibet Dica perceperint, ex gratia ſpeciali Comes Botyz & Fratres ſui ſepe dicti, predictos populos in medietate, quantum ipſos tetigerit, ſupportare & eximere tenebuntur. Hec eſt omnis ſolutio & exaccio, quam ante dicti populi annis ſingulis perſolvent. Inſuper nulla calumnia, nulla injuria, nec per-

---

„ ut dicunt (*Hungari*), multas malitias in terra illa (*Moraviæ ac Bohemiæ*) „ fecit, & ad extremum poſt mortem S. Regis (*Stephani*) meritis exigentibus interemta (*rectius* „ *intercepta, cum interemtio maritum ejus Procopium tangat*) fuit. " Bambergenſes Annales (*ibid. p.* 494) interceptionem Giſelæ Petro attribuunt, quæ tamen verius Bretislaum & proditos Hungaros reſpicit: " Petrus, *inquiunt*, Hungariæ Rex, Giſelam Reginam, „ Stephani Regis, avunculi ſui viduam (*rectius ſororem*), cujus ope & ſtudio ad Regnum „ potiſſimum evectus erat, in poteſtatem adduxit; & dote (*Hungarica Moraviæ*), ac rebus „ aliis omnibus nudatam, in tetterimum (*velut criminis læſæ Hungaricæ Coronæ jurium* „ *ream*) condi carcerem juſſit; veritus, ne, ſi libera eſſet, per exteras copias tumultus in Regno (*ulteriores*) exciret, & ſe invito ad allos (*Henricum III*) illud transferret. " Porro ita (*ibid. Cf. Kat. l. c.*) continuat: " Eum (*Pretislaum quippe*) poſtero anno „ (1040 *Henricus*) denuo adortus (*Procopiana proditione debilitatum*), ad ſe de„ dendum, & penſitandum tributum compulit; ac Giſelam, e carcere liberatam, in Germaniam „ reduxit, quæ inde Nidroburgi in cœnobio religionem ingreſſa, rebus adminiſtrandis Abbatiſſa „ præfecta fuit. "

m) Videntes igitur Principes Hungariæ (*Turócz. C.* 35) mala gentis ſuæ, -- anno „ Regni Petri tertio (1041) -- elegerunt in ſemet ipſis -- nomine Aban (*Idem C.* 36), „ Sororium S. Regis Stephani, & eum ſuper ſe Regem conſtituerunt. -- Petrus autem Rex videns, „ ſe Hungarorum auxilio deſtitutum, vehementer expaveſcens, transfugit in Bavariam, Henrici (III), „ Regis Teutonicorum, adjutorium imploraturus. " Hermannus Contractus (*ap. Kat. l. c. p.* 599) Petrum prius ad affinem ſuum Adalbertum, Melicienſem (*Cf. d. f.*) Comitem, ſemet recepiſſe ſcribit. " Ipſo anno (1041) Ungari perfidi Ovonem (*Aban*) quemdam, Regem ſibi conſtituentes, Petrum, Regem ſuum, occidere moliuntur: qui vix fuga elapſus, primo ad Marchionem „ *noſtrum*, Sororis ſuæ (*Adelhaidis*) maritum profugus venit; indeque ad Regem Heinricum veniens, pedibuſque ejus provolutus, veniam & gratiam imploravit, & impetravit. " Expulſo Petro, per Henricum III. benigne ſuſcepto, Aba Legatos (*Turócz. C.* 36) ad eum expedivit, ſtabilem Regno pacem exoperaturus: " Cui Cæſar -- ſe inimicum eſſe oſtendit, dicens; „ quia meos (*Petrum, Giſelam, Richezam & Procopium*) injuriis laceſſivit (*Regni* „ *ſcilicet Palatinus exiſtendo*), quid vel quantum poſſim, ipſe ſentiet. " Henricus, priuſquam Hunga-

per aliqua munera, debent aggravari. Ante dicti vero Viri Gothcalcus & Frolingus cum eorum heredibus pro recompensacione suorum laborum & expensarum multiplicium in omni censu, & de omni exaccione, quocunque modo proveniat, aut vocetur, in hereditate sepe dicta sextum denarium percipient libere & quiete, quinque vero prefatis Comiti Botyz & Fratribus suis manebunt. Item Gothcalcus & Frolingus, & heredes ipsorum, Molendinum liberum, sive Molendina & Braxatoria libera possidebunt, nec quisquam in prejudicium ipsorum Molendina seu Braxatoria quoquo modo facere presumat. Et omnes ibidem commorantes in Molendinis ipsorum ex necessitate molere tenebuntur, & in Braxatoriis ipsorum braxare tenebuntur. Item Gothcalcus & Frolingus in prima Villa

S 2 cum

Hungaris bellum inferret, Adalberto Melicensi, ac Leopoldo ejus filio, Viennensi Hungaricis Comitibus, necnon Damaslao, concisi Procopii, Belinensis Ducis, filio, a loquin eidem jam adhærentibus, Bretislaum quoque, Bohemiæ Ducem, sibi arctius adstringendum existimavit. " Henricus Rex, *inquit* Hermannus Contract. *(ap. Kat. l. c. p. 629)* redditio, Boemano Duci *(Bretislao)*, obside filio suo, captivos, in silva (Cf. k) captos, redemit; sequutaque astate *(1042, quod pro Petro adversus Abam arma corripere noluerit)*, collecto grandi exercitu, Provinciam ipsam (*Bohemiæ*) per devia ingressus, prædis & incendiis cuncta devastat, donec Dux (*Bretislaus*), malis subactus, pacem postularet. " Abu Rex, Henricum, ex Bohemia irrupturum, præstolatus, quum iste in Bavariam rediisset, ille hyemem in Bavariæ finibus exigendo, prædas viciſſim & incendia sparsit, Austriam quoque (*Ibid. p. 632.*) invadens. Quem, Calendis Martiis reducem, Adalbertus Marchio ac Leopoldus filius excipiunt, & magnam Exercitus partem delent. Inde Adalbertus dictus est VICTORIOSUS, & Liupoldus FORTIS miles (*Cf. Turócz. l. c. Notit. Urb. Vindob. p. 36. & Tab. III*). " Henricus quoque (*sic Hermannus ap. Kat. l. c. p. 635*), autumno Pannonias petens, Hemenburg (*Hunnenburg*) & Brecesburg (*Peisburg, sive Peisenium vetus, hodie Posonium, a Peisone olim lacu, circa hodiernum Basinium existente, in Danubium* (vid. Pray. Annal. Hunnor. P. I. L. 4. p. 178. not. x.) *a Romanis derivato, ita dictum*) evertit: septemtrionalem Danubii partem (*Moraviæ adjacentem, una cum ipsa hodierna Moravia*) usque ad Grana flumen (*quo nempe Stephanea, Giselæ Sorori suæ facta Donatio, semet extenderat*) in deditionem accepit, & subactis partium illarum Ungaris, quum Petrum recipere nollent, quemdam alium ex illis (*Gyulæ scilicet junioris, Ultrasilvaniæ olim Principis, nepotem, Damaslaum, junioris Procopii* (Cf. g) *& Giselæ filium*) apud Bohemanos exulantem, Ducem eis constituit, quem tamen Ovo (*Aba*), statim post discessum Regis (*Henrici III.*), resistere non valentem, in Bohemiam (*Belinensem, paternam hereditatem*) repulit. " Codex Hermanni antiqvus postrema hæc nonnihil variat, ac diserte (*ap. Kat. l. c. p. 640*) ita scribit: " Quem tamen (*Damaslaum, cujus nempe collationem, pro Abbatia S. Benedicti de radice montis ferrei, seu Petrováradiensi factam, Geyza II. A. 1158* (ap. Kat. T. I. p. 643 & T. III. p. 684) *inter alias confirmat*) statim post discessum ejus, Ovo Rex de Provincia sua (*Moravica, quam ipsi Henricus jure successionis maternæ possidendam recuperaverat*) in Bohemiam (*Belinensem*) depulit. " a)

cum ſuis heredibus duas Curias, & quilibet ipſorum centum viginti jugera agrorum fertilium, menſure Scepuſienſis, pro ſuo aratro (hodie Seſſionem colonicalem vocamus) libere debent poſſidere. Item, ſi in ante dicta hereditate plures Ville locari poterunt, Gothcalcus & Frolingus cum ſuis heredibus liberam in his habeat facultatem, libertate ſupra dicta, & in qualibet Villa ſimul unam Curiam liberam, & centum viginti jugera agrorum fertilium perpetua libertate poſſidebunt. Ita tamen, quod quelibet Curiarum latitudinem unius lanei contineat, & non ultra; ſi vero in predicta Villa, vel Villis plures Curias, vel plures agros habere voluerint, de his Comiti Botyz & Fratribus ſuis ex gratia ſpeciali, de quolibet lanco agrorum fertilium in Purificacione Beate Virginis

---

n) Ceterum Samuel, Hungariæ Rex, qui *pro ſua pietate* (Anon. Notar. C. 32) *Aba* (Aba, Pater; unde nimirum etiam Atilæ ſucceſſores (*Cf. Not.* 55. d) Csa-aba, ſeu Gentis Patres dicti ſunt) *vocabatur*, a nonnullis Germaniæ Scriptoribus temere tyrannus, cum tamen a Geyza II. (*ap. Kat. T. I. p.* 648) Rex nuncupetur, compellatus, teſtante coævo Lamberto Schaffnaburgenſi (ad A. 1041. 1042. 1043), tribus Henrici expeditionibus, in Hungariam ſuſceptis, fractus, tandem in hac Richezæ, Giſelæ, Petri, Adelhaidis, Adalberti, & Procopii conſpiratione ſuccumbere debuit; ac Henricus quidem Bohemiam & Poloniam, Adalbertus vero Carinthiam & Stiriam Hungarico juri eripientes, Petrum Regno, inſuper mutilato, finitibus ad Leithæ fluvium conſtitutis, reſtituunt. " Inter hæc (*inquit Aloldus ad A.* 1043) Adalbertus omnem „ Oſterrichiam ab Ungaris purgavit, - cum magna laude Imperatoris (*Henrici III*) & omnium „ vicinorum (*Germanorum*). " Ad annum autem 1044 hæc habet: " Tunc Petrus, iterum „ Rex, in Solium imponitur, & Henrico fidem juravit, & quod Regnum, ejus beneficio acce„ ptum, ad Imperatoris poteſtatem redire deberet: " Marianus Scotus (*ap. Kat. l. c. p.* 674) „ idem brevius his verbis complectitur: " Petrum in Regnum conſtituit (*reſtituit*), ſubditoque „ ſibi Ungarorum Regno, honorifice revertitur. " Et hæc ſunt ſcenica illa jurium Germaniæ in Hungariam & Partes, proditionibus attractas, fundamenta! Illuſtr. Kollarius (*Hiſt. Dip. p.* 59 & 99) adultam Hungarorum conſvetudinem ſic exhibet: " In iſta Reipublicæ ratione conſenſus Ducum, „ Procerum populique erat neceſſarius, ut Regnum (*ejuſque Partes*) cuipiam legitime dona„ ri, alienari, jurium libertatiſque limites reſtringi poſſent. " Unde Cl. Benczur (*in Hung. ſem„ per libera p.* 53) merito miratur: " Quod Viri, de Hiſtoria & Jure publico Germaniæ im„ mortaliter meriti, alienationem, quæ nulla erat, Germanis jus in Regnum Hungariæ (*Parteſ„ que adnexas*) attuliſſe exiſtiment (*Cf. Not.* 53). "

o) Quia vero, teſtante coævo Hepidano Monacho (*ap. Kat. l. c. p.* 694) " Idem Petrus, quamdiu regnavit, in multis prævaricator exſtitit " vel, ut ulteriorem Petri hiſtoriam Turotzyani Anonymi verbis (C. 39. 40) complectamur: " Petrus Rex, per poteſtatem Regis Theu„ tonicorum elatus, non jam regnabat, ſed potius tyrannidis ſuæ crudelitate Hungariam depri„ mendo flagellabat; - tunc Nobiles Hungariæ, videntes mala Gentis ſuæ, in Chanad-conve„ nerunt, conſilioque habito, - nuncios miſerunt ſolennes in Ruſſiam ad Andream (*Galiciæ*) & „ Leventam (*ſeu Gyulam, Cumaniæ ac Lodomeriæ Regionum; quarum ſcilicet po„ ſterioris Olſul* (Cf. l. ſu.) *Comes, pro tempore conſtitutus, erat*) - ut in Hunga-

„ riam

ginis Glorioſe, ante dicte, unum Fertonem puri argenti cum pondere Scepuſienſi ſolvere tenebuntur, & nihil ultra. Item, ſi qua particula terre in metis infraſcriptis ſupermanſerit, in qua Villa locari non poſſet, de duodecim laneis & ultra, de hoc Cothealcus & Frolingus, & ipſorum heredes & ſucceſſores diſponendi pro ſuo arbitrio liberam habeant facultatem. Ita tamen, quod de quolibet laneo agrorum fertilium, debitam longitudinem latitudinemque continencium (62), unum fertonem puri argenti cum pondere Scepuſienſi in termino preſcripto ſolvere tenebuntur Comiti Botyz & fratribus ſuis ſepe dictis, & nihil ultra. In paſcuis vero & venacionibus & piſcatura liberam habeant facultatem. Item omnia Judicia, minuta & majora, proveniencia in hereditate ſive Villis predictis, Gothealcus & Frolingus, & ab ipſis deſcendentes, ibidem judicabunt, & omnes emendas, inde derivantes, percipient libere & quiete, exceptis cauſis majoribus, videlicet homicidia, latrocinia, & his ſimiles ipſi judicabunt, Comite Botyz & fratribus ſuis preſentibus, ſive homine ipſorum, ad hoc deſtinato. Et quidcunque de illis cauſis evenerit in emendis, Gothalcus & Frolingus, & eorum Succeſſores terciam partem libere percipiant & quiete; due vero relique partes Comiti Botyz & fratribus ſuis perpetue

„ riam deſcenderent, & eos a furore Theutonicorum defenderent. — Cum autem veniſſent ad „ *Novum Caſtrum*, quod Rex Aba (*Cf. Not. 11 fin.*) conſtruxerat; ecce univerſa multitudo Hungarorum catervatim conſtruxerunt ad ipſos, & inſtinctu diabolico inflammati, pervicaciter petierunt ab Endre & Levente: *quod permitterent univerſum populum* ritu paganorum (*Græco-ſcilicet Photianorum Cf. Not.* 60. d) vivere, Epiſcopos & Eccleſiaſticos (*Latinos*) occidere, Eccleſias deſtruere, Chriſtianam (*Catholicam*) fidem abjicere, & idola (*quæ Hungaris* (Cf. Not. 31 c.) *genuinis attribui nequeunt*) colere. „ Permiſeruntque eos, ſecundum deſideria cordis eorum, ut irent & perirent, in adinventionibus „ antiquorum Patrum ſuorum (*orientale Schiſma, prout alibi uberius pateſcet ſecutorum.*) — „ Tunc itaque omnes populi, libaverunt ſe dæmoniis, & tam Clericos quam Laicos, Catholicæ „ fidei ſervatores, interfecerunt, complures Eccleſias Dei deſtruxerunt. Deinde - univerſos „ Theutonicos & Latinos (*Romanæ occidentali Eccleſiæ addictos*), qui in officiis diverſis „ præfecti, per Hungariam ſparſi fuerant, turpi nece tradiderunt. — Petrus autem Rex (C. 41). „ videns Hungaros unanimiter adhæſiſſe Ducibus Endre & Levente, ipſe cum ſuis Theutonicis fugam „ iniit verſus Muſun, ut ab inde in Auſtriam (*ad affinem ſuum Adalbertum*) pertranſiret, „ ſed evadere non potuit. — Vivus captus eſt & obcæcatus, Albamque ductus, præ nimio „ dolore vitam in brevi (in furgen) finiit, ſepultusque eſt Quinqueeccleſiis -- anno Regni ſui „ ſecunda vice tertio. “

62) Menſuram lanei deſcribit Bald, Comes de Scepus, in fundationali poſſeſſionis Vernard inſtrumento, quod A. 1295 (*ap. Wagn. P. I. p.* 243) Vernero, filio Hanns de Villa Iſaac (*Zakotz* Eißdorf) dederat. “ Laneus autem, *inquit*, tenet duodecim virgas, & „ quælibet virgarum habebit ſedecim ulnas & unam palmam, & ſic menſurando villam, habebunt „ ipſi villani ſuos laneos. “ -- Aratri vero, ſeu Seſſionis coloricalis conſtitutivum, in centum

vigin-

remanebunt, prout judicat Comes Saxonum, presente homine Regis (Comite scilicet, vel Castellano de Scepus) in Territorio Scepusiensi. Item, si quocunque tempore orta fuerit lis, inter predictos Comitem Botyz & eorum Successores, contra Gothcalcum & Frolingum, & eorum Successores, tenentur adducere Virum providum & honestum, qui sciat & possit secundum consvetudinem & modum Scepusiensium (Saxonum) Sententias ordinare quaspiam, quo ipsi teneantur parere Juri, ac ibidem causas justo ordine Juris, & Sentenciis Saxonum terminare. Si vero fuerit causa sanguinis, furti & hujusmodi, extunc Comes Botyz & Fratres sui unum, Gothcalcus & Frolingus secundum, qui similiter sciant, & possint causam justo ordine Juris, & Sentenciis Saxonum terminare, adducent, quibus sepius dicti Frolingus & Gothcalcus, & eorum Successores juri parere ipsis & cuilibet alio ibidem tenebuntur. Assumpserunt itaque Comes Botyz, & fratres sui Petrus, Nicolaus & Marcus, Joannes & Michael, quod ipsi cum eorum heredibus, sepius ante dictum Gothcalcum & Frolingum, & eorum Successores in prescripta hereditate, perpetua libertate, conservarent, & ab omnibus impetitoribus propriis laboribus & expensis expedirent. Item, si contingeret Gothcalcum & Frolingum, vel eorum heredes tempore procedente porcionem in parte vel in toto vendere, aut alienare, aut commutare cuicunque vellent, liberam habeant facultatem. Mete autem hereditatis prefate tales sunt distincte. Prima meta est in prato, quod dicitur Chetana, & transit directe versus Aquilonem ad aquam, que Poprad est vocata. Secunda meta ascendit aquam Poprad usque ad montes, ubi caput ipsius aque invenitur; deinde procedit secundum quod fluit aqua predicta, usque ad metas prius dictas; & sic mete ipsius possessionis & silve finaliter sunt distincte. Ut autem hec incommutabiliter & inconcusse possint permanere, nec per aliquos Successores ullo unquam tempore valeant retractari, Comes Botyz ex una parte, Gothcalcus & Frolingus ex altera, diligenter Nos supplicarunt, ut ipsis nostras super hujusmodi literas dare dignaremur. Nos itaque considerantes eorum peticiones esse licitas & honestas, presentes literas in evidens testimonium, nostri Sigilli munimine dedimus roboratas. Hujus rei testes sunt, Elias Comes Saxonum in Scepus, Henricus de villa Compositi, Menhardus de monte S. Georgii, & Christianus de eodem, Lylo de Bela Jurati (Provinciæ), de Scepus, & quam plures Viri providi & honesti. Datum & actum in crastino Sancti Nicolai Confessoris, Anno Domini Millesimo, ducentesimo, septuagesimo nono.

XXXVI.

---

vigint jugeribus agrorum subsistens (*Cf. VIII. & Not.* 17. d.), diplomatice ita probatur: "Nos „ Michael, Comes de Zoulam (*ap. Wagn. Anal. Scepus. P. III. p.* 199), universis „ quibus presentes ostendentur, significamus: Quod ex præcepto Domini Regis (*Belæ IV.*) „ Sacerdoti Ecclesiæ B. Michaelis statuimus terram, ad unum aratrum sufficientem, eximendo „ a tribus villis, videlicet a villanis de Nadozer eximimus XL. jugera terrarum circa Eccle-

„ am

XXXVI.

Eliſabetha, Regina Hungariæ, Ladislai IV Mater, Donationem ſoceri ſui Belæ IV, ſuper Villis Lethon & Heymuth (XI), pro remedio animæ Colomani, Ruthenorum (63) Regis, ac totius Sclavoniæ Ducis, A. 1250 collatis, emanatam, confirmat. A. D. 1279.

EX APOGRAPHO, per Cl. Carol. Wagner Anal. Scep. P. I. p. 299. relato, iſthuc in reliquorum nexu induſtum.

ELISABETHA, Dei gratia Regina Hungariæ, omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris, præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium ſalvatore. Boni Principis eſt ac religioſi, Eccleſias contritas atque conciſas reſtaurare, novaſque ædi-

„ am B. Michaelis; item a villanis de Haj ſimiliter XL. jugera; item a villanis de Divek etiam XL. „ jugera, etiam circa eandem Eccleſiam, per homines noſtros, Vydas, Jasconem & Coislaum, „ ad hoc deputatos, cum cunctis metis undique circumcinctis. In cujus memoriam dedimus no„ ſtras literas, noſtro Sigillo impreſſas. Datum in Thurocz in craſtino S. Bricii A. D. 1264. "

63) Poſteaquam Ruthenorum, ab A. C. 846 intra decennium, Apoſtolica S. Cyrilli opera (*Not.* 43. h), Chriſtianam Græco ritu in Magna Bulgaria fidem amplexorum, &, relictis Galitz ac Volodimer Suſdaliæ ad Volgam occidentalem urbibus, ad ſuperiores Danaſtri & Pripeci fluviorum oras A. 884 emigrantium (*Cf. Not.* 1. *fin.*), homonymaſque prioribus Civitates iſthic fundantium, origines jam perſtrinxiſſemus, ulteriora quoque adjuncta eorum ſenſim attingenda ſunt.

a) Ex Anonymo, Belæ I. Notario (*C.* 3. 7.) diſcimus: Emeſam, Almi matrem, Eunedi, vel (*Turótz. P. II. C.* 1.) Eunodi, Belæ (*id eſt: Csá - zár - iæ, ſeu Gentis albæ, inde ab Etel - küze uſque ad mare album & ſinum Finnicum diffuſæ*) Ducis (*Conſtantino Porphyrogenito Chagani* (Csá Kani) *Chazariæ Principis*), filiam fuiſſe, atque adeo hujus fratrem Hulekum (*Neſtoris Olegum vel Ulegum*), Almi quippe Avunculum, Patri ſuo Eunedo in Chazariæ ſeu Belæ principatu ſucceſſiſſe. Neſtor (*inquit Thunman. Edit. Berol.* 1772 *p.* 157. *Cf. Kat H. D. p.* 72) lebte unter einem Volk, welches — noch ſehr tief unter der Barbarei ſteckte, und erſt vor kurzer Zeit Geſetze und einige Einrichtung erhalten hatte. Er ſelbſt war ein Mönch, ſo unwiſſend und leichtglaubig, wie andere ſeine Mitbrüder, die mit ihm zu gleicher Zeit lebten, und Chroniken ſchrieben; der von dem, was in ſeinen Tagen vorging; keine andere, als eine ſeichte und unvollkommene Kenntniß haben konnte, und eine noch unvollkommenere von den Zeiten, die er ſelbſt nicht erlebt hatte: der ſchon in den nächſten

ædificare, & Dei Sacerdotes honorare & tueri. Proinde ad Univerſitatis veſtræ (Præpoſiti & Capituli Scepuſienſis) notitiam harum ſerie volumus pervenire: quod cum Dominium Terræ Scepus de beneplacito & favore chariſſimi filii noſtri, Regis Ladislai, & omnium Baronum Regni Hungariæ, poſt diverſas & varias deſtructiones, & terrarum multarum alienationes per infideles Regni (inter quos Gergeu, filius Pauli, & Lorandus, filius Mark (*XXXIV*) erat, de quibus Timon ad A. 1273. (*ap. Wagn. l. c. p.* 110. *not.* k.) hæc adnotaſſe videtur: ‚Seditio, *inquit*, in Hungaria durat. Magiſtri Ugrini, læſæ Majeſtatis

ſten Zeitraümen voll von Anachroniſmen, Ungereimtheiten, erweislichen Erdichtungen, und anderen groben Irrthümern iſt. Man kann alſo nicht fordern, daß ſeine Berichte von einigen Dingen — ſo glaubwürdig ſeyn ſollen, daß die Zeugniſſe gleichzeitiger Geſchichtſchreiber ihnen weichen müßen, und daß, ohne einige völlige Beiſtimmung von dieſen: ganze hiſtoriſche Syſtemen darauf gebaut werden können.

b) Neſtor, inquam, ut ſedem Ducalem ab Huleko, cujus tutelæ Ruricus Igorem, filium impuberem, A. 878 reliquerat, ceſſis Oſcoldo ac Diro Ducibus, ſubjugatiſque (*Pſeudo-*) Chazarorum (*ſcilicet Ruthenorum*) populis, Kioviam fuiſſe translatam perſvadeat, rem, ſexennio ſerius geſtam, anno 882 affigit. Verum potior eſt Anonymi Notarii noſtri fides, qui Hungaros, A. 884 ex Aſia egreſſos, triennio in Etelkuze cum Chazaris, teſtante Porphyrogenito, commorantes, ſubjugatis Suſdalenſibus Ruthenis, Kioviam A. 888. (*quo Igor in paterno Principatu Novogrodi jam reſederat*) obſidione clauſſe, Ducibuſque ad deditionem compulſis, obſides ac *tributum* imperaſſe perhibet. Conſtantinus certe Porphyrogenitus (*l. c. & L. II. C.* 15. *de Cerim.*) adhuc A. 956 Svatoslaum, Igor's filium, non Kioviæ, ſed Nemó-gard-æ ſeu Novogrodi (*quod Laonicus Calcochondylas Ungrad-um vocat*) Ruſſis imperaſſe docet, cujus nempe filius, ſemet ſubinde Vetero- vel Magno-Vladomiriam, Suſdaliæ urbem transtulit, & quod Suſdaleaſi Kiovienſique Principatibus adjectis, magnæ Regioni Hungarorum quoque nomine, dominaretur, populare Vladimiri cognomentum denuo (Cf. 43.) aſſumſit, ſpecifica Vlodomiriæ ſeu Lodomeriæ compellatione, Regioni huic propria, quam Ruthoni ejus incolæ, pro antemurali Monarchiæ Hungaricæ habiti, populariter *Oroz-ok*, ſeu Limitum cuſtodes (*Cf. Not.* 43. *init.*) hodiedum vocarentur, extra vulgarem uſum poſita, in genericum *Ruſſiæ* ac *Ruſſorum* nomen tranſeunte.

c) Ademarus, Engoliſmenſis in Gallia Monachus, Sancto Regi Stephano Synchronus, de S. Bruno Epiſcopo, Ruſſorum Apoſtolo, ſcribens (*Cf. Kat. H. D. p.* 423), duplicem Hungariam exhibet, inquiens: " Adalbertus abiit in Pollianam (*Poloniam & Pruſſiam*) „ Provinciam, & prædicare cœpit Evangelium; quod exemplum ſecutus Brunus Epiſcopus, — „ & ipſe humiliter abiit in Provinciam Ungriam, quæ dicitur Alba Ungria (*cujus nempe* „ *Metropolim Regiam ſciebat vocari Albam*), ad differentiam alterius Ungriæ Nigræ,

„ pro-

ſtatis rei, pars fortunarum datur Comiti Waltero de Caſtro Budenſi; Lorandi, filii Marci, cuidam Monaſterio.") factas, ad nos fuiſſet devolutum, & nos, ad petitionem ejuſdem chariſſimi filii noſtri, omnes terras, indebite alienatas, & occupatas, fidelibus Baronibus noſtris, Dominico videlicet, Magiſtro Thavernicorum noſtrorum, & Magiſtro Gregorio, Præpoſito de Sow (KOW), Cancellario noſtro, mediantibus, judicare revocare & emendare, decreviſſemus, inter cetera venerabilis vir Magiſter Muthmerius, Præpoſitus de Scepus, exhibuit nobis Privilegium chariſſimi ſoceri noſtri Belæ, piæ memoriæ, in quo continebatur, quod terras duarum villarum,

T vi-

„ pro eo, quod populus eſt colore fuſcus (*Luitprandus, Cremonenſis Epiſcopus, Ottonis I. apud Nicephorum Phocam Legatus* (Hiſt. L. V. C. 6.), *Boryſthenis accolas, a rubea corporis qualitate Græcis* (Cf. Theophan. ap. Stritt. T. II. p. 957. Not. c) *puniceos fuiſſe vocatos teſtatur. Volgam porro fluvium Turci ſive Hungari, Theophylacto teſtante* (ap. Stritt. T. III. p. 68. T. I. p. 574. 643), *NIGRUM appellarunt; ita Leo Grammaticus* (ibid. T. II. p. 957) *Boryſthenem quoque NIGRUM fluvium a coloris qualitate vocat, ut adeo mirum non ſit Regioni huic NIGRÆ nomen, prout hodiedum RUSSIA NIGRA dicitur, adhæſiſſe).* — Sanctus autem Brunus (*a Stephano, Hungarorum magno Rege, ad Vlodimirum*, Cf. Not. 10), *velut Ruſſiæ Nigræ, ſeu Lodomeriæ, Ducem, ſibi obnoxium, expediius*) convertit ad fidem (*unionem ſcilicet Eccleſiæ Romanæ*) Ungriam Provinciam (*cujus Metropolis jam tum Kiovia erat*) & alia, quæ vocatur Ruſſia (*Albæ quippe, ad veterem Vlodimiri* (Cf. Not. 1. med.) *hereditatem pertinens*). " Ruzia enim (*Ruſſia, teſtantibus Slavorum Chronicis, quæ Lindebrogius* (Collect. Petropolit. T. X. p. 335) *edidit*) a Danis Oſtragard, id eſt: in Oriente poſita - vocatur; dicitur etiam Chunigard (*nobis Kún-vár*) ideo, quod ſedes Hunnorum (*Cf. not.* 50 b.) primo ibi fuerit, cujus Metropolis Chue (*Kiow, nobis Kemebánya, quam Atilæ medicoris natu frater Keve ad Boriſthenem, ſicut Buda Budam ad Danubium, & Atila Atilam urbes ad Volgam fundavit*)."

d) Memorato Miska, Polonorum Miſcislao (*Cf. Not.* 13. *med.* & 61. i.) ſeu Michaele, A. 992 fatis erepto, filii ejuſdem, Ladislaus quidem Calvus, Polonorum Beloslaus vel Boleslaus in Polonia, Vazul autem ſive Baſilius (*Cf. Tab. gen. p.* 91.) Sancto Stephano ſubinde rebellis, ac propterea Hungaris etiam *Kéltt-ör*, Cedreno *Kilter* dictus, in Cumania ſuccefferat. Ita etiam Vlodimirum, Ruſſiæ Albæ ac Lodomeriæ Ducem, A. 1016 decedentem, Jaroslaus ejuſdem filius, Andreæ I. focer, excepit. Boleslao Poloniæ Duce, A. 1025 vivis excedente, S. Stephanus Miskam, ejus filium, in Ducatu Poloniæ ſtabiliſvit, filium vero ſuum, S. Emericum, Galiciæ ac Lodomeriæ, ſeu Ruſſiæ Hungaricæ (*Anal. Hild. ad A.* 1031.) Ducem conſtituit. Porro Miska ſeu Miscislao II, Boleslai filio, A. 1034 obeunte, ac filio ſuo Caſimiro, in Cluniacenſi Monaſterio degente (*Cf. Not.* 40.), Patrueles ejuſdem, Vazulis nepote

videlicet Lethon & Heymuth, Ecclesiæ Beati Martini de Scepus, pró remedio animæ charissimi fratris sui Colomani (Galiciæ, vel etiam Ruthenorum) Regis, inclitæ recordationis, qui, dum adhuc viveret, Terram Scepus (Cf. Not. 16.) possederat usque ad vitam suam (Tatarica Hungarorum clade A. 1241 amissam), pleno

---

pote filii, ac diserte Leventa vel Gyula Cumaniæ; Andreas Galiciæ, Bela Poloniæ præfuerunt, Measlaus denique, Turótzyani Anonymi Osul, & Rex Lodomeriæ (*Cf. Not.* 61. i.), Patri suo Jaroslao succedens, Demetrius quoque dictus, bona Geyzæ, Magni Regis, venia, Regium a Gregorio VII. titulum, data Schismatis Græcani ex hisce oris averruncandi sponsione, A. 1075 (*Sandin. Pontiff. p.* 439) impetravit, qvum Lampertus, ejusdem gener, minimus natu Belæ I. filiorum, Galiciæ præesset. Lamperto, fatis A. 1089 (*Cf. Kat. T. III. p.* 459) cedenti, successit Colomanus, S. Ladislai filius, primum Galiciæ, postea occidentalium Hungarorum Rex. *Colomanus* (inquit Archidiaconus Spalat. ap. Kat. T. II. p. 710), *filius Wladislai, Regis Ungariæ, stans in Regno, loco Patris sui.*

e) Atque huc vel maxime pertinet memorialis numus, a RR. D. Georgio Pray productus, (*Cf. Kat. Tom. II. p.* 681 & 720), in cujus antica parte LADLAUS REX, in postica vero CALMAN REX legitur. Ladislaus quippe, filium suum Colomannum, Galiciæ Regem constituturus, Seraphino, Strigoniensi Archiepiscopo, pro impetrandis Regiæ dignitatis insignibus ad Urbanum II. Romam expedito (*Cf. Schmitt. Archiepp. Strig. P. I. p.* 42), ac in reditu ad Hungariam peregre infirmato, per Petrum Agriensem Episcopum A. 1089 solenni ritu in Galiciæ necnon juniorem Hungariæ Regem coronari curavit, & adjectis eidem inter alios Marco & Ugra Comitibus, illico Regni Galiciæ possessionem aditurum, dimisit. Ut adeo accedentibus tam domesticis, quam exterorum testimoniis cruatur, duos hoc xvo non tantum Colomanos, alterum Geyzæ, alterum vero Ladislai; verum etiam duos Almos, alterum itidem Geyzæ, alterum autem Lamperti, fratrum, filios fuisse. Dum igitur Anonymus Turotzyanus (C. 62) Colomanc, die 3. Febr. 1114. decedenti, annos Regiminis 25, Menses 6. dies 5, attribuit, Colomannm I, Ladislai filium, Galiciæ ac Hungariæ Regem, A. 1089 coronatum; dum vero Budense Chronicon Colomano annos Regni solum 18 assignat, Colomannm II, Geyzæ filium, Episcopum Varadinensem, Almo, juniori natu fratri suo, Duci de Novo Castro (*Újvár*) post Ladislai mortem, A. 1095 enatam, Regnum Galiciæ præripientem, & orientalem quoque Hungariam sibi vendicantem, intelligant: altero Almo, Lamperti filio, Croatiæ Rege (*Cf. not.* 1. *init.*), adhuc vivente Ladislao, turbis Croatico-Dalmaticis hausto. Patet proinde solennitatem Coronationis Colomani I, ac repentinam ejus disparitionem in Galiciam, dum alter Colomanus II, adhuc Varadinensem Episcopum agens, una cum fratre suo Almo Ladislaum, contra Bohemos proficiscentem, comitaretur, non solum toti plebejæ, de Agriensi Episcopatu & fuga in Poloniam fabulæ (*Turótz. C.* 59), verum etiam duorum Colomannorum, qui, Ladislao decedente, simul regnarunt, eventum, confusæ Turótzyanæ de Colomano & Almo historiæ, occasionem dedisse.

f) Almo, Geyzæ filio, quem Ladislaus moriturus post Colomannm filium suum in Galicia regnare voluit (*Cf. Turótz. l. c.*), per Colomannm, ejus fratrem, natu seniorem, Episcopum

pleno jure, idem Rex Bela contuliſſet perpetuo poſſidendas. Exhibuit etiam nobis Privilegium chariſſimi filii noſtri, Regis Ladislai, ſuper confirmatione terrarum prædictarum. Et quamvis nos viſis dictis, Privilegiis, nullam ambiguitatem & ſuſpicionem exinde habere debuiſſemus, ad majorem tamen certitudinem & cautelam, inquiſita & ſcita veritate

---

ſcopum quippe Varadinenſem, Galicia ejecto, idem Colomanus II, jam Galiciæ ac orientalis Hungariæ, Bulgariæque Rex, Galiciæ Bezenum (*Ibid. C.* 60. 62. 63.), natione Germanum, quem Polonici Scriptores *Volodor*-em, ſeu *Dominatorem*, vocant, præfecit. Qvum porro, Almum, fratrem ſuum, ſubinde oculis privaſſet, Sophia, ejus conſors, Bela filiolo, e ſinu Matris extracto, & oculis perinde orbato, atque in Hungariam abducto, ad Vlodimirum, Genitorem ſuum, Lodomeriæ Ducem (*quem Turótzyanus Anonymus diminutive* Mirko-*dem*, *Sophiam vero*, *filiam ejus*, Lanka *ſive* puellulam *appellat*), ac diſerte Kioviam, ſe ſalvavit. Quia vero Almus (*Ruſſicorum Scriptorum* Vaſilko, *ſive Regulus*), Colomano II, fratre ſuo vivis erepto, ac filio ejuſdem, Stephano II, ſuccedente, de vita quoque ſua ſollicitus, in Græciam A. 1123 (*Cf. Timon. epit. Chron. p.* 15) effugiſſet, Vlodimirus Galiciam, ejecto Bezeno, tanquam dotem, filiæ ſuæ, pro Vidua conſideratæ, competentem, occupavit. Bezen igitur apud Regem Stephanum II, Colomani II filium (*Colomani enim I*, *Stephanus & Ladislaus*, *filii*, *minorennes emortui ſunt*), conqueſtus, quod ipſum Cognatus ejuſdem (*Turótzyani Anonymi Germanus interpres loco* Atyaſia *perperam expoſuit* frater ſuus) Ducatu ejeciſſet, perſonalem ſui repoſitionem ſolicitavit: " Rex autem Stephanus, „ volens injuriam Patris ſui, Regis Colomani (*II*, *Geyzæ filii*), vindicare (*adeoque non modo Galiciam recipere*, *verum etiam Lodomeriam immediato Hungariæ juri ſubjicere*) collecto exercitu, A. 1124 ivit in Ruſſiam (Cromerus (*ap. Kat. T. III. p.* 412.) „ diſerte tradit: *ad Kioviam*, *Ruſſiæ Nigræ* (ſeu Lodomeriæ) *Metropolim*, — *unde Princeps Vladimirus jam in ulteriorem Ruſſiam ſe receperat*). Qvumque perve„ niſſet primus, obſedit Caſtrum. Contigit autem ſummo diluculo, quod prædictus Dux Bezen „ ambulabat circa Caſtrum providendo loca expugnandi munitiones. Obſeſſi vero exiverant de „ Caſtro, cauſa viſitandi Hungaros. Dux vero impetum fecit ſuper illos, qui viriliter pugnan„ tes, Ducem uſque ad mortem vulneraverunt. Qvumque Rex audiiſſet de morte Ducis, indi„ gnatus eſt valde, & præcepit omnibus Hungaris, ut Caſtrum oppugnarent, & eodem die eligerent munitiones poſſidere, vel mori. Principes autem Hungariæ habuerunt Conſilium, & dixe„ runt: " Quid & quare morimur? Si Ducatum (*Lodomeriæ*) vendicabimus, quem Rex „ ex nobis conſtituet Ducem? Sabilitum igitur ſit inter nos, quod nullus Caſtrum (*Kiow*) „ oppugnet, & dicamus Regi, quia hæc omnia abſque Conſilio ſuorum Principum facit. " Qvum „ vero Principes veniſſent ad Conſilium Regis, omnes in duas partes (*alii quippe Lodomeriam „ hac occaſione immediato juri Hungarorum ſubjiciendam*, *alii autem Galiciæ*, *titulo dotis filiæ ſuæ*, *factam occupationem excuſantes*, *Vlodimirum*, *velut alioquin „ etiam veteri per Emeſam*, *Euuedi*, *Albæ Ruſſiæ Principis*, *filiam*, *Arpadis utpote „ Aviam* (Vid. Tab. geneal. II. p. 92. Col. I.), *cognatione junctum*, *porro quoque in „ fiduciaria Lodomeriæ poſſeſſione conſervandum eſſe cenſebant*) ſe transtulerunt. Sed „ Cezma, de genere Paznam, erexit ſe, dicens Regi: „ Domine, quid eſt, quod facis? Si

ritate ab omnibus Theutonicis, Hungaris & Sclavis, in eadem terra Scepus degentibus, comperimus Ecclesiam B. Martini in possessione dictarum villarum fuisse a tempore Donationis factæ, pacifice & quiete, nec per aliquem interrupisse possessionem earundem. Unde cum intentionis nostræ & charissimi filii nostri non sit, res, Deo dicatas, & consecra-

---

;, cum multa morte Militum tuorum Castrum capis; quem Ducem constitues? Si inter Princi„ pes tuos eligis, nullus *(ideo)* remanet *(quod cum sanguine & cognatione tua consti„ gere nolit)*. Numquid vos vultis, Regno relicto, habere Ducatum? Nos Barones Ca„ strum non oppugnabimus: si oppugnare vis, solus pugna: nos autem in Hungariam recedemus, „ & nob's Regem eligemus. " Unde ex præcepto Principum Præcones in Castris clamabant, „ ut Hungari quam citissime in Hungariam reverterentur. Rex itaque, quum vidisset, se suorum „ *(Hungarorum)* auxilio JUSTE destitutum, reversus est in Hungariam. "

g) Post Sophiam, Almi Conjugem, Borichus, ex Predslava, Colomani I, occidentalis Hungariæ Regis, altera uxore, per adulterium natus *(Turótz. C. 61.)*, Boleslai III, cognomento Crzivoustí, Poloniæ Ducis, adjutorio, Galiciam occupavit, ac testante Mechovienſi *(L. III. C. 15)* Dux Haliciæ dicebatur, donec A. 1115 *(Cf. Du Fresne Notam in Cinnam. ap. Kat. l. c. p. 659.)* a quodam Cumano domestico sagitta transfixus, Hungariam, quam sæpius & Polonicis, & Germanicis, & Græcis auxiliis fultus, turbaverat, ulteriore molestia liberasset. Sublato Boricho, ejusque filio Colomano, Cilicie *(Nicet. Choniat. ad A. 1153)* Præfecto, Geyza II, Belæ cæci filius, Vladomerum quendam, Emanuelis, Græcorum Imperatoris opera Ducatui Galiciæ præpositum, invadens, eam absolutæ potestati suæ subjecit. " Verum Imperator primo vere *(verba sunt Cinnami ad A. 1117)*, contracto undique ex„ ercitu, iterum in Hungariam profectus est, quo in medios usque fines penetraret. -- Sed nondum „ flumen *(Istrum)* transiverant *(Græci)*, cum nunciatur, Pannonum Regem cum ingentibus „ isthic adesse copiis, summo animi ardere cum Romanis pugnare gestientem, *rebus jam in „ Galitza*, Regione Tauro - Scythica, *præclare feliciterque peractis*; hujus quippe rei „ potissimum causa Imperator bellum istad aggressus erat, quod se invito *Vladomerum* (id nomen „ erat Galitzæ Principi), Virum Romanis fœderatum, invasisset, " Belli hujus eventum Neplacho *(ap. Hieron. Pez. T. II. Col. 1029, Cf. Kat. l. c. p. 611)* ita consignavit: „ Wladislaus, Rex Bohemorum, terram Hunnorum *(Geyzæ auxiliarius)* intravit: Regem Græcorum ex ea exturbavit. " Cinnamus vero, assiduus Emanuelis assentator, ne pacem is, necessitate coactus, admisisse videretur, conditiones, Geyzæ dignitati minus congruentes, commiscitur.

h) Emerico, vivente adhuc Patre suo, Bela III, in Hungariæ Regem A. 1185 *(Farlat. Illyr. sacri T. III. p. 213)* coronato, Andream, alterum filiorum, a cujus fervidiore ingenio timeri Regno poterat, ne turbarum aliquid excitet, Haliciæ Ducem eodem anno constitutum fuisse, Cromerus ipse *(Hist. Pol. L. VI.)*, solita verbositate *(Cf. Bogophal. ap. Sommersb. T. II. p. 48, & Kat. T. IV. p. 305.)* docet. In Annalibus, ab Academia Imperiali Petropolitana editis, ad A. 1209 *(Cf. Jurium Hung. in Russiam explic. p. 5)*

hæc

ſecratas, & tam pie, rite & juſte per illuſtres Reges, & maxime per Belam Regem collatas revocare, præſertim ut in dicta Eccleſia Deo famulantes ad majorem devotionem accendantur, & pro ſalute chariſſimi filii noſtri, Regis Ladislai, ac pro animabus prædictorum Regum diligentiori orare debeant omni die cum affectu, prædictas villas

---

hæc habentur: " Hoc eodem anno Hungari, ejecto ex Halicia Duce Vladimiro Igorevicio, „ Romanum Igorevicium, fratrem ejus, Ducem conſtituerunt. " Ad Annum vero 1212 " Ha„ licienſes, Dominatione Romani Igorevicii non contenti, informatis clam de tyrannide ejus Hun„ garis, & ſecum adductis, tam Ducem, quam fratrem ejus una cum familia ſuſpendio ſuſtu„ lerunt. " Ad annum denique 1213: " Rex Hungariæ (*Andreas*) filium ſuum (*Colomanum III, Cf. Not.* 16 *& Tab. gen. p.* 91. *Col. XIV.*) in Haliciæ Regem conſtituit. "

i) Coronatio interim Colomani ex Andreæ II. ad Innocentium III. epiſtola eruitur fuiſſe A. 1215, quam, Raynaldus ad A. 1214 (*ap. Kat. T. V. p.* 209) exhibet: " Noverit „ igitur Sanctitas veſtra, quod Galiciæ Principes & populus, *noſtræ ditioni ſubjecti*, humili„ ter a nobis poſtularunt, ut filium noſtrum Colomanum ipſis in Regem præficeremus, *in uni„ tate & obedientia Sacro-Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perſeveraturis in poſterum, ſal„ vo tamen eo, quod fas illis ſit, a ritu proprio* (ſcilicet Græco) *non recedere*. Verum ne „ tam expediens nobis & vobis illorum propoſitum ex dilatione ſuſtineat impedimentum, -- a San„ ctitate veſtra poſtulamus, quatenus Venerabili in Chriſto Patri noſtro J. (*Joanni*) Strigo„ nienſi Archiepiſcopo, detis in mandatis, ut Apoſtolica fretus auctoritate, dictum filium no„ ſtrum eis in Regem inungat, & Sacramentum ſuper obedientiam, Sacro-ſanctæ Romanæ Eccle„ ſiæ exhibendam, ab eodem recipiat. " -- Prout etiam reapſe, alia Innocentii reſponſoria Litera (*ap. Kat. l. c. p.* 366) teſtante, per Strigonienſem Archiepiſcopum, non autem per Vincentium, Cracovienſem Epiſcopum, ut Dlugoſſus (*Hiſt. Pol. L. VI.*) tradit, coronatus fuerat.

k) Colomano III, Galiciæ Regi, A. 1226 ad Sclavoniæ totius Ducatum (*Not.* 16. *fin.*) translato, ac nihilominus Ruthenorum (*Ciſdanapranorum hoc eſt: Galicianorum*) Regis axioma retinenti, A. 1241 Tatarica Hungarorum clade hauſto, Ratislaus, alter Belæ IV. gener, quod Colomano Regi, ſuo affini, ſucceſſerit, populariter Vaſilev (*ſeu Rex*) dictus, qui in Diplomate Soceri ſui, A. 1243 Crucigeris (*ap. Schmitt. in Epp. Agr. P. I. p.* 137) elargito, *Illuſtris Dux Galiciæ & Banus totius Sclavoniæ* ſubſcribitur, immediate ſucceſſit; Daniel vero, ſenior natu ejuſdem frater, Ruthenorum (*Transdanapranorum ſeu Lodomeriæ*) Dux, qui occaſione coronationis Belæ IV. A. 1235 equum ejuſdem ſumma cum reverentia (*Turótz. P. II. C.* 74. *ap. Kat. T. V. p.* 755) ducebat, vicaria Ratislai fratris, in Sclavonia degentis, poteſtate Galiciam, cujus tributa & utilitates via facti ſubiade apprehendit, adminiſtrabat.

l) Daniel, ut Galiciam Lodomeriæ ſuæ tanto firmius connectere poſſit, " miſſis ad In„ nocentium IV. (*Zalusk. ap. Kat. T. VI. p.* 81), in Concilio Lugdunenſi tum præſentem, „ Oratoribus, Coronam cum titulo Regis totius Ruſſiæ (*Albæ ſcilicet hereditariæ, nec non Nigræ*

corum, Lethon ſcilicet & Heymuth, eidem Eccleſiæ S. Martini cum ſuis utilitatibus & pertinentiis univerſis dedimus, donavimus & contulimus; imo jam dudum collatas, reliquimus pacifice, perpetuo poſſidendas. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes ipſi Muthmerio Præpoſito, & dictæ Eccleſiæ S. Martini conceſſimus Literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus dicti Magiſtri de Sow, (Kow, vel Kö) Aulæ noſtræ Cancellarii, fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono.

XXXVII.

Nigræ ac Rubræ, ſeu Lodomeriæ & Galiciæ), data prius Schiſmatis Græcani ex iis „ oris averruncandi ſponſione, a ſacra Sede obtinuit, & in Regem inauguratus eſt, perficientibus Eccleſiaſticum ritum A. 1246 Opizone, Abbate Meſſanenſi, tum & Epiſcopo Madenſi, „ Sacræ Sedis Apoſtolicæ Legatis. " Bela in Diplomate A. 1248 Comitis Hervordi merita his verbis narrat: " Vice quadam in Ruſſia (ſub magna porta Galiciæ) quæ vocatur Hungarica „ (Cf. Not. 19), nobis noſtriſque Baronibus in expeditione præſentibus, laudabiliter dimicavit, „ dehinc &, ſuper fluviam Donetz *(minorem Tanaim; Don enim Tanais major vocatur)* „ viriliter coram nobis *(contra Danielem)* perſtitit in conflictu. " Iterum in alio *(ap. Kat. l. c. p. 83)* Magiſtri Laurentii virtutes ita extollit: " Primo liquidem, qvum adhuc in Numero „ ſeu Collegio Domus noſtræ *(Cf. Not. 21. a.)* famam pollentem & nomen duceret glorioſum, „ ipſum cum cariſſimo genero noſtro Ratislao, Duce Galiciæ *(qui ex Anna, Belæ filia, Cunegunde, ex hac autem Ottocarus, Bohemiæ Rex, Wenceslaum* (Cf. Tab. gen. p. „ 91. 92) *Hungariæ Regem ſuſcepit)*, in partes Ruſciæ, cum ceteris Regni noſtri Magnatibus duximus tranſmittendum, qui ſub Caſtro Iroslo *(in Suſdalia, ubi nempe Regno Lodomeriæ homonyma quoque Metropolis conſtituitur, ſito)*, Ruthenis quam plurimis in „ perniciem ipſius generi noſtri exeuntibus de eodem, & armatam in expeditionem noſtram dirigentibus aciem, Zelo devotæ fidelitatis armatus, volens potius poſt mortem vivere per famæ gloriam, quam tergum hoſtilitati hujuſmodi vertere, ſe objecit, ubi tranſfoſſo heſtili lancea crure „ ſuo exſtitit lethaliter vulneratus. Deinde cicatrice ſui vulneris, nondum obducta, qvum Daniel, Ruthenorum *(Transdanapranorum)* Rex, ad campeſtre prælium contra ipſum noſtrum generum prodiiſſet; ſtrenuitas ejuſdem Magiſtri Laurentii deſidiæ obſcuritatem abhorrens, „ in lucem prodiit probitatis, & ſingulariter hoſtili ſe immiſcens acici, quemdam de Ruſciæ Baronibus impulſu dejecit lanceali, quem ſupradictus gener noſter fecit capite detruncari. In quo conflictu, qvum eqvus ſæpedicti Ducis, generi noſtri perdilecti, fuiſſet interfectus; idem Magiſter Laurentius, ſolitæ fidelitatis inſiſtens fervori, vitamque jam dicti Ducis „ præferens vitæ ſuæ, eqvum, quo vehebatur, eidem Duci tradidit, & ſe inter hoſtes confertiſſimos „ poſuit, variis periculorum ictibus involutum, ſicut præmiſſa ſupradicti Ducis, & multorum fidelium „ ac fidedignorum nobis relatio patefecit. " *(Cf. Not. 43. i.)*

XXXVII.

Literæ Philippi, Firmani Episcopi, & Legati Apostolici, quibus amica compositio inter Muthmerium Præpositum, Merelinum Cantorem & Canonicos Ecclesiæ S. Martini de Scypes ex una, necnon Marchium, Majorem & alios, Villæ Kalderbach incolas, ex altera partibus, ratione præstationis justarum Decimarum coram Arbitris inita, confirmatur. Anno Domini 1279.

EX ANALECTIS Scepusii, per Cl. Carolum Wagner editis, P. III. p. 11.

UNIVERSIS, præsentes Literas inspecturis, Philippus, Miseratione Divina Firmanus Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Salutem & sinceram in Domino charitatem. Noverit Universitas vestra, quod dum inter M. (Muthmerium) Præpositum, Merelinum Cantorem, & Canonicos Ecclesiæ S. Martini de Scypes, Strigoniensis Diœcesis, ex parte una; & Marchium, Majorem (Seniorem vel Judicem) Villæ de Kalderbach (hodie Kolbach), dictæ Diœcesis, pro se, & aliis ipsius Villæ de Kalderbach, ex altera, super infrascriptis articulis materia quæstionis exorta: Eædem partes, volentes omnem litium materiam amputare, pro bono pacis & concordiæ, ut parcatur hinc inde laboribus & expensis, mediantibus infrascriptis discretis Viris, amicis eorum communibus, de communi voluntate, ad amicabilem compositionem & concordiam devenerunt, sicut inferius continetur:

Magister Renaldus, Præpositus S. Thomæ Martyris, de promontorio Strigoniensi, Karachinus, Præpositus Jaurinensis, Joannes, Archidiaconus Zagrabiensis, & Magister Nicolaus, Præpositus S. Irenæi (64), Arbitri arbitratores, seu communes amici electi

64) Præpositura S. Irenæi, & Episcopatus nominis ejusdem, cum Sirmiensi, non tamen in Pannonia, verum Dalmatia veteri existentibus, conveniunt.

a) Medio ævo Episcopatui Sirmiensi, &, quod sequitur, Præposituræ, versus Occasum contiguus erat Makariensis." Fuit etiam Episcopalis (*ita Thomas Archid. ap. Schwandt. T. III. p.* 550) apud Mucarum, eratque sua Parochia a confinio Crainæ (*seu Carniolicæ, ubi serius a S. Ladislao Zagrabiensis Episcopatus, A.* 1085, *vivente adhuc Zolomero, affine suo, Croatiæ Rege, fundatus absolvebatur*) usque Stagnum (*Zerm*

vel

electi a Præpoſito, Cantore ac aliis Canonicis Eccleſiæ S. Martini de Scypes, ex una parte; & Marcho, Majore Villæ, una cum aliis Villæ de Kalderbach ex altera, audita Partium cauſa, & examinata, tale Laudum, ſive Arbitrium, ſeu compoſitionem amicabilem, protulerunt: quod illi videlicet de Villa Kalderbach, Decimas ſuas prædiales more Saxonum ſolvant Cantori B. Martini de Scypes, qui pro tempore fuerit conſtitutus: Decimas vero perſonales Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Suburbio (Várallya), ubi prædictæ Villæ habitatores Eccleſiaſtica conſveverunt recipere Sacramenta, & Plebanus Sanctæ Mariæ, qui pro tempore fuerit, ipſis Sacramenta Eccleſiaſtica tenebitur miniſtrare; in perſonalibus Decimis intelligi volunt, oblationem candelarum, panis, carnium & denariorum, pro vivis & defunctis, & in his, quæ decedentes, in ultimis vitæ ſuæ conſveverunt elargiri. Præterea Decimas præteriti anni, quas homines dictæ Villæ contra voluntatem Cantoris & Capituli perceperunt, dicto Cantori ex integro uſque ad octavas Paſchæ refundere tenebuntur. Quæ omnia & ſingula ſupradicta, & quodlibet prædictorum, rata firma & illibata tenere & perpetuo obſervare, & non contravenire, modo aliquo ſive facto, dictus Præpoſitus pro ſe & Eccleſia ſua, dicto Cantore præſente & conſentiente, & dictus Marchus, pro ſe & parte ſua, & una pars alteri

---

„ *vel Zermicza, vulgo vocatum*). In ſtagno nihilominus fuit Epiſcopatus (*Sirmienſis*
„ *aut Zermienſis dictus, teſtante Volfg. Lazio* (Comentar. Reip. Rom. L. XII. C. 3.)
„ *a S. Stephano Rege reſtitutus*, hoc eſt: *ad Eccleſiæ Romanæ unionem reductus*),
„ ſuaque Parochia erat in Comitatu Caulmiæ (*ſeu Sirmiæ vel Zermiæ, ſerius ita dicto*
„ *Banatu Machovienſi*). " Regionem hanc Gregorius IX Pontifex A. 1229 ULTERIO-
„ REM SIRMIAM rejecta CITERIORIS SIRMIÆ Pannonicæ vocat (*ap. Kat. T. V.*
„ *p. 544.*). Vetuſtiſſimus Codex Græcus, per Jacobum Gothofred. Latine redditus (*utinam*
„ *hodie apud Hungaros Græcæ linguæ, olim fere communis, ſtudium non uſqueadeo*
„ *exoleviſſet!*), & A. 1628 editus, de Pannonia refert: „ Pannonia habet Civitates maxi-
„ mas, puta Sirmium & Noricum (*Vindobonam ſcilicet, a Vimulis, Venedis aut Vin-*
„ *delicis olim compellatam, cui ſubinde a confinibus Noricis, velut emporio quodam*
„ *ſuo admodum frequentatæ, ad alterius Urbis Auguſtæ Vindelicorum, diſtinctionem,*
„ *etiam a Procopio, de Juſtiniano ita ſcribente:* " Longobardis ceſſit munitiones Panno-
„ niæ & Civitatem Noricum " *nomen hoc ex uſu Græcorum attribuitur*). "

b) De Sirmio urbe Anemius, Sirmienſis Archiepiſcopus, jam A. 381 in Aquilejenſi Concilio pronunciavit: " Caput Illyrici (*a Slavicis potiſſimum populis habitati*) nonniſi Civitas eſt Sirmienſis. " De ſitu Sirmii urbis potiores conveniunt, eam fuiſſe ad radices montis Almi, amne Bacuntio, hodie Boſſueta, interfluente. Auguſtus Cæſar & Octavianus horrea expeditionum ſuarum adverſus Dacos leguntur Sirmii ac Segeſtæ (*Siſzekini*) conſtituiſſe. Meminere Sirmii e vetuſtiſſimis Geographi plerique. *Herodianus* L. VI. *Amianus* L. XVI *Plinius* ſenior L. III. C. 15. *Flavius* Vopiſcus in vita Probi Imp. hodie vicus eſt tota hæc Metropolis, a qua nomen quoque ſuum Regio Sirmienſis, non quidem anguſtis illis hodierni Ducatus

alteri ad invicem ſtipulantes promiſerunt, & juramento proprio firmarunt, & ſub pœna excommunicationis in contrafacientem partem & non obſervantem prædicta, de communi eorum voluntate per nos latæ; ad hoc etiam Arnoldus de dicta Villa, ubi præſens prædicta, ut ſuperius continentur, promiſit, & proprio juramento confirmavit. Super quibus dictæ Partes noſtras Literas petierunt, & eandem compoſitionem authoritate Sedis Apoſtolicæ confirmari humillime ſupplicarunt.

Nos igitur juſtis eorum ſupplicationibus inclinati, compoſitionem ipſam ſicut juſte, ſine pravitate, & provide facta eſt, & ab ipſis ſponte recepta, authoritate, qua fungimur, Apoſtolica, confirmamus, & præſentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cofirmationis infringere, vel ei auſu contraire temerario. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Budæ Kalendis Martii. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono, Indictione ſeptima, Pontificatus Domini Nicolai, Papæ tertii, anno ſecundo.

---

tus, verum longe amplioribus inde *a Dravi Muræque oſtiis, dein Danubio* uſque ad Savi oſtium, porro per aureum Serviæ montem, (Hungaris Makhegy vocatum, unde ſerius Machovienſis quoque Banatus dicebatur) Colubræ, Drinæ, Boſnæ ac Verbaſſi fontes, denique ſecundo Unna flumine ad Galconitzæ itidem fontes uſque ad Dravi confluentem limitibus inſluſa, olim acceperat. Diximus *a Dravi Muræque oſtiis dein Danubio &c.* Iſter enim ad Belgradum, exuto Danubii nomine, ideo ita vocari incipit, quod *Is*, ſeu ille idem, antea Danubius, tribus magnis fluminibus augeatur, adeoque *Is-ter* auctus, hoc eſt: Savo, Muro & Tibiſco fluminibus, in alveum ſuum receptis, ad mare Ponticum defluat. Plinius (*cap. Timon. Imag. ant. Hung. L. I. C.* 15.) teſtatur, *flumen hoc Iſtrum cognominari, ubi primum* (orientale) *Illyricum ſeu Mæſiam alluere incipit.* Ut adeo ingens ille poſteriorum Geographorum error, quo Dravum Danubio miſceri ſtatuunt, hoc loco diſſimulari nequeat. Murſa minor, ſive Murcola, quam Ptolemæus (*L. II. C.* 15) Pannoniæ ſuperioris urbem eſſe docet, hodierno Muran; Colonia Romanorum ad pontem hodierno Bruck an der Mur; Murſa vero major hodierno Eſſekino (*Tim. l. c. p.* 24) reſpondet. Sicut proinde Murſa minor, vel Murcola, ab alluente Murſo vel Muro amne dicta fuit, prorſus ita Murſam majorem ab eodem flumine dici debuiſſe, ac eo ipſo non Dravum, ſed Muram Danubio miſceri patet. Hungari praeterea illum terræ tractum, qui Dravo & Muro intercipitur, *Mura-köz* (Germanis Mur-aue) nom *Dráva-köz* hodiedum vocant, hujuſque alia ratio aſſignari nequit, quam quod Murus, non Dravus, pro potiore fluvio habitus fuerit, actuque ſit, adeoque Dravus cum ſuo in Murum flumen ad Legradinum oſtio, nomen amiſerit.

c) Urbs porro Sirmium, in qua olim præſente Conſtantio Imperatore, Concilium, cui præter Orientales, ultra quam CCC. Epiſcopi ex Occidente interfuerunt, celebrabatur, non obſcu-

ra

XXXVIII.

Lodomerius, Archiepiſcopus Strigon. Nobilibus nonnullis, in hodierna X. Lanceatorum Sede diffuſis (*Cf. VIII. XX*), concedit facultatem ædificandi templum in ſua hereditate. Datum in Scepus Anno Domini 1280.

EX APOGRAPHO in Wagnerianis Scepuſii Analectis P. I. p. III. *relato* (65).

NOS

ra veteris magnificentiæ, amplitudiniſque ſuæ veſtigia reliquit, & anno 1598 adhuc rudera imperatorii palatii (*Cf. Ladisl. Szerényi Epiſc. Sirm. Vindicias Sirmienſes*) viſebantur. Inter Sirmii decora princeps illud eſt, diu iſthic Imperatorum reſidentiam, & ſtationem Patriciorum Romanorum gratiſſimam fuiſſe. Sirmio urbe per Budam, occidentalis Hungariæ Regem, Atilæ fratrem, A. 441 (*Hanſiz. Germ. S. p.* 61) funditus everſa, tam ſecularis, quam eccleſiaſtica omnis poteſtas Theſſalonicæ ſubſtitit (*Juſtiniani Imp. Nov.*), donec harum poſteriorem Juſtinianus Imperator, Patriæ ſuæ ornandæ ſtudioſus, annuente Vigilio Pontifice, Achridam Urbem (*Juſtinianam I. a ſuo nomine dictam*) transtuliſſet, ac Sirmio Urbi, utcunque inſtauratæ, nonniſi Epiſcopum dediſſet. Eucherius, Sirmienſis Epiſcopus, adhuc ſub Hunno-Avaris Anno 847. legitur OEcumenico Sardicenſi Concilio ſubſcripſiſſe. Arpadanis porro Hunnis advenientibus, urbe Sirmio iterum everſa, Sirmienſis Clerus Ulpianum, Dardaniæ urbem (*Juſtinianam quippe II.*) conceſſit; & Sacrorum Præſides, partim vetus Epiſcoporum Sirmienſium nomen retinuerunt, partim vero, quod S. Irenæi, Sirmienſis in Pannonia olim Epiſcopi, reliquias transtulerint, novamque hanc Ulpianam Eccleſiam Sancto Irenæo dicaverint, teſtantibus Hungariæ Regum Diplomatibus, S. Irenæi (*Slavis* **prij Swátim Erenowy**, *hoc eſt ad S. Irenæum, contracte hodiedum Priſereno* (Cf. Hübn. Geogr. T. II. p. 485), *accedente Belgradenſi vel Kövienſi Epiſcopatu*) & Keu vel Kew Eccleſiarum aſſumſerunt, donec ſubinde circa A. 1229 Ugrinus, Colocenſis Archi-Epiſcopus, memoratos Epiſcopatus, injuria temporum & Phociani Schiſmatis præpotentia fere obliteratos, fundis Monaſterii Kue vel Kuche, quod Belus, Gevzæ II. avunculus, Palatinus una & utrinſque Sirmiæ Dux vel Banus (*Turtz. P. II. C.* 65 *Bonfin. L. VI. Otto Friſing. L. I. C.* 32), ad amnem Zermicza (*unde ſcilicet Regio hæc Diecleati quoque* (C. 22.) *Sermia vel Sirmia dicitur*) fundaverat, novæ dotis nomine attributis, inſtauraſſet. Ex his patet, Sirmienſem Epiſcopum, inde ab origine ſua inter alios Græci Ritus Catholicos referri debere, ipſoſque adeo Archi-Diaconum Zagrabienſem & Præpoſitum S. Irenæi, adhibitos in hac decimali cauſa Cojudices, velut Græco ritui Catholico addictos, gravi argumento eſſe, Capitulum quoque Scepuſienſe, cujus Præpoſitus hoc tempore Muthmerius erat, ex Latino Græcoque ritu mixtum fuiſſe, pront hæc ſubinde uberioribus probis diplomatice illuſtrabuntur.

65) Complurium amicorum & fautorum noſtrorum, qui primum Operis hujus typographicum faſcem er-

NOS Lodomerius, miseratione Divina Archiepiscopus Strigoniensis Ecclesiæ, ejusdemque loci Comes perpetuus, significamus omnibus, quibus expedit, præsentium per tenorem: Quod cum Provinciam Scepus intrassemus, & in Villa, Lethun vocata (*Cf. XI.*), Civitati S. Ladislai Regis (vel Quintoforo) vicinata, nostrum descensum haberemus, Comes Nicolaus (a quo Miklosfalva dicitur), filius Henrici, cum suis fratribus; Tobias, filius Myke; Curvinus & Rod, filii Prim (a quo villa Primótz denominata est); Rufus & Andreas, filii Betlen (a quo itidem hodierna Betlenfalva nomen accepit); filii Scentes (Csents, a quo pariter hodiernum Czentsitz vocatur); filii Georgii; necnon filii Salumonis; filii Nicolai; filii Thees; Nobiles de Levk (hodie Levkótz) ad nostram accedentes præsentiam, dixerunt nobis conquerentes, quod a viris ecclesiasticis, & a Divinis officiis propter remotionem Ecclesiæ Parochialis penitus essent alienati, quæ fere distaret unum milliare, & ex prædictis Nobilibus propter inhabentiam Sacerdotis eorundem, sine Confessione, ac sine Communicatione Corporis & Sanguinis Domini Nostri JESU Christi (qua expressione RR. Georgius Pray (Diss. de S. Ladisl. p. 19. ap. Kat. H. R. T. II. p. 699.) duplicem speciem intelligi existimat, cujus usum apud Hungaros ex Missali Seculi XII & XIII doce[t]), necnon sacra unctione semel, nudius & tertius, homines essent exspirati, atque infantes baptizmatione carentes emigraverunt, & per Cives prædictæ Civitatis multas blasphemias ad Ecclesiam (Quintoforensem, ubi olim Camera quoque Regia Scepusiensis florebat, velut exiguam) procedentes, passi fuissent. Qua de causa ab Ecclesia S. Ladislai Regis Nobiles memoratos dignaremur alienare, & in propria ipsorum hereditate Ecclesiam permitteremus ædificare, ubi Divina valerent Officia procurare. Nos vero omnimodam veritatem de præmissis a Sacerdotibus & Nobilibus ejusdem Provinciæ (serius ita dictæ X. Lanceatorum Sedis) scientes & inquirentes, necnon per Virum discretum fidelem nostrum Magistrum Haab (Wagn. ibid. tradit, eum de genere Regis Aba, fratrem Omodei Palatini fuisse, ac subinde ad insulam Vaciensem promotum), Præpositum Strigoniensem, quantitatem remotionis Ecclesiæ præscivimus memoratæ, & Nobilibus antedictis intuitu Divinæ pietatis talem duximus gratiam conferendam, ut in propria hereditate ipsorum, Ecclesiam

erga prænumerationem receperunt, aut semet recepturos declarabant, votis parituri, desinceps potiora Wagnerianorum quoque Analectorum Scepusii Sacri & Profani Diplomata, Notis nostris, pro rerum opportunitate illustranda, suis juxta seriem annorum locis, ita referemus, ut ea, quorum pauca seriem, hucusque productam, effugerunt, mox instar Notarum relaturi simus. Itaque

(probabilius in hodierno Janótz) ædificandi liberam habeant facultatem, ita tamen, ut in festivitate S. Ladislai Regis Sacerdos ipsius Ecclesiæ, videlicet Filiæ, cum processione eundo lampadem, in tres libras (olei) suffecturam, ad Ecclesiam S. Ladislai Regis comportabit. Item Plebanus Ecclesiæ S. Ladislai Regis, necnon Cives ejusdem Civitatis ipsos Nobiles (*de Levk*, est recentius additamentum) ratione ædificationis Ecclesiæ non præsumant molestare, vel contradicere. Datum in Scepus. Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo.

XXXIX.

A.

Literæ fundationis Cruciferorum Sepulchri Dominici in Komlós, Landekinum ad Scepusium subinde traductorum, per Andream II. Hungariæ Regem elargitæ. A. D. 1212.

EX APOGRAPHO Belæ IV. transumto. Wagn. Anal. P. I. p. 389.

IN nomine Domini Amen. Andreas Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæque Rex in perpetuum. Sancta & salubris est devotio, Deo servientibus manum charitatis elargiri, de quibus pie confiditur, quod eorum orationibus assiduis, ira supremi Judicis misericorditer flectitur, & cœlestis aulæ janua clementer aperitur. Hinc est, quod nos pro remedio animæ nostræ, Fratribus S. Sepulchri terram inhabitatam, quæ frigidus fons vocatur (*Loca hæc ad Kereszt*es *Komlós in Provincia Sárosiensi quærenda sunt*), & Medias Majoræ, & silvam, quæ circumdatur rivulis, in perpetuum contulimus possidendam. -- -- In possessionem vero hujus terræ per fidelem nostrum Nicolaum Banum, tunc Comitem Novi Castri (*Cf. Not.* II.), Fratres prædictæ Domus S. Sepulchri legitime fecimus introduci. Præterea Fratribus ejusdem Domus, talem concessimus libertatem: ut nullus in Regno nostro COMES vel JUDEX, constitutus, a populo jam dictæ Domus liberos denarios, pondera, Decimas porcorum, maxime illos denarios, qui colliguntur in tribus festis, videlicet Nativitate Domini, & Pascha, in festo (*Stephani? an Ladislai Regis? deest enixi vox quædam*) Regis, a jam dicto populo Domus exigat: nam Fratribus ejusdem totaliter remisimus. Insuper præcipimus, ut nullus COMITUM, vel JUDICUM, Magistro prædictæ Domus -- -- -- dimisimus insulam & terram, aquam piscatoriam, & non piscatoriam, ut Comes Nicolaus de Novo Castro, per fidelem hominem suum, Laurentium nomine, supradictis Fratribus assignavit, nullus intrare & piscari, vel venationem exercere præsumat. A Jobbagyonibus eorum nullum tributum aliquis tributariorum in foris & in pontibus deposcat. Volumus, quod Deo pacifice deserviant. Si quis vero, contra præceptum nostrum, populum vel Fratres supradictæ Domus fatigare, vel indebite molestare præsumpserit, Regiam graviter indignationem se noverit incursurum. Ut autem hæc a nobis facta Donatio, perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsentem paginam supradictis Fratribus concessimus, Sigilli nostri testimonio roboratam. Datum per manus Magistri Thomæ, Aulæ Regiæ Cancellarii, Sibiniensis & Vesprimiensis Præpositi, Anno ab Incarnatione Domini *Millesimo ducentesimo duodecimo*. Venerabilibus Joanne, Strigoniensi Archiepiscopo (*Cf. Not.* 8), Reverendo Bertholdo, Colocensi Archiepiscopo (*Cf. Not.* 7)

&

XXXIX.

Cunegundis Princeps de Szandecz *(hodie* Alt Schanz, Stárý Schontz, *O-vár Cf. Not. 11)*, Cœnobium Monialium Ordinis S. Claræ in Szandecz fundat, eique dictam Civitatem cum Theloneo & complures villas donat, irrevocabiliter possidendas. A. D. 1280.

EX AUTOGRAPHO, coram limitanea Hungarico - Galiciana Commissione, per Galicianos producto.

IN Nomine Domini nostri JESU Christi, Amen. Habundante hominum malitia, non tantum ea, que ad commodum mortalium, verum etiam, que ad vivi & eterni

& Vojvoda *(vel Duce aut Bano* (Cf. Not. 6.) *Croatiæ)* existentibus, Calano Quinqueecclesiensi, Catapano Agriensi, Symone Vaciensi, Desiderio Chanadiensi, Vilhelmo Transylvaniensi, Roberto Vesprimiensi Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Bank Palatino *(Cf. Not. 7.)* & Kewiensi *(hodie Kövienſi* (Cf. Not. 64.) *vel Belgradiensi diceremus)* Comite, Michaele, Bano *(Sirmiensi* (Cf. Not. 64.) *vel Machoviensi)* existente, Jula Bachiensi & Curiali Comite *(Judice Curiæ Regiæ)*, Andrea Budrugiensi, Mika *(vel Michaele)* Binoriensi, Nicolao, Posoniensi Comitibus. Regni nostri anno octavo.

B.

Andreas III. ratam habet Donationem Belæ IV. super possessione Lizka - Olozy A. D. 1248. Ecclesiæ Scepusiensi factam.

EX AUTOGRAPHO, Wagner. Analect. P.I. p. 303.

ANDREAS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex. Omnibus Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus perveuire: Quod discretus Vir, Jacobus Præpositus & Capitulum Ecclesiæ S. Martini de Scepus, coram nobis conscientiose demonstrarunt; quod tempore Domini Ladislai Regis, patruelis Fratris nostri *(Cf. Tab. gen. p. 91. Col. XIV. XV)*, ipsa Ecclesia B. Martini per insultus Cumanorum & Neugarorum miserabiliter exstitisset spoliata, & Camera ejusdem Ecclesiæ confracta, ac omnia Bona prædictæ Ecclesiæ fuissent ablata, & Instrumenta ac Privilegia, super Possessionibus Ecclesiæ suæ confecta, enormiter pedibus equorum contrita, unum frustum Sigilli Priviegii Domini Belæ, Inclyti Regis, Avi nostri charissimi, felicis recordationis, super quadam

terra

Dei fiunt gloriam & honorem ſepius infirmantur, ſi non ſcripto Teſtium ac Teſtimonio literarum perhenniter ſint firmata. Eapropter & preſentes noverint & futuri, quod Nos Cunegundis, relicta Domini Boleslai, felicis recordationis, quondam Ducis Cracovie & Sandomirie, Domina & Princeps de Szandecz, pie conſiderationis intuentes oculo, exactaque diligentia perpendentes, nil adeo proficere in illo noviſſimo examinine diſtricto, nec poſſe placatum facere, illium diſtrictum Judicem, qui vitam juſtis, & mortem impiis dat æternam, quantum opera miſericordie, que tunc ſola, ſuos comitan-

---

terra Lizka - Olozy *(Cf. Not. 15.)*, Vinea & ſitu Curiæ ipſius Eccleſiæ confecti, nobis præſentarunt, & petierunt a nobis humiliter ſupplicando, ut dictum Privilegium innovare, & innovando confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt.

BELA, Dei Gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex. Omnibus, præſens ſcriptum inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Eo ſalubrius de ſuperne remunerationis præmiis cogitatur, quo tremende pœne & afflictionis periculum, quæ in finali futura eſt examine, vehementius formidatur. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod nos æternorum intuitu temporalia ſpiritualibus, tranſitoria perpetuis, felici commercio commutare volentes, pro obtinendo quoque nobis, ac animæ felicis recordationis Colomani quondam Regis *(Cf. Not. 16.)*, chariſſimi fratris noſtri ſalutis æternæ remedio, quamdam terram, Lizka - Olozy nuncupatam, ad nos immediate pertinentem, & vineam cum uno ſitu Curiæ, in Potok ſine herede decedentis, contulimus, dedimus, tradidimus, & donavimus Eccleſiæ B. Martini de Scepus, perpetuæ Donationis titulo irrevocabiliter poſſidendam, revocantes, irritantes authoritate præſentium, imo caſſa penitus & irrita fore pronunciantes omnia Privilegia, Inſtrumenta, ſeu quælibet munimenta, quæ Mathias Præpoſitus de Scepus ſuper Donatione, & collatione ſupra dictæ terræ & vineæ, nomine fratrum ſuorum carnalium, a nobis, vel a quocunque alio, in fraudem dictæ Eccleſiæ S. Martini de Scepus, carnalitatis affectu ductus, non judicio rationis, præter conſcientiam & voluntatem noſtram obtinuiſſe dignoſcitur, vel etiam impetraſſe; cum intentionis noſtræ non fuerit, nec ſit, terram prædictam eidem Præpoſito conferre; ſed potius Eccleſiæ S. Martini de Scepus ſæpe dictæ, & ob id dictus Mathias Præpoſitus terram ipſam, ſive vineam hæredibus ſuis carnalibus, vel quibuslibet aliis privatis perſonis donare, relinquere vel legare nequiverit juxta Canonicas ſanctiones. — — Datum per manus Magiſtri Achillis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini *Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo.* Regni autem noſtri anno decimo tertio.

Nos itaque, qui ex officio ſuſcepti Regiminis, unicuique vigorem Juſtitiæ obſervare debemus, & tenemur, de præmiſſis experiri & edoceri volentes, prædictam Eccleſiam, per inſultus eorundem Neugarorum *(iſthic Andreas Rex Neugaros cum Cumanis, in Prologo denotatis, eoſdem facit)* miſerabiliter ſpoliatam, & ipſam Cameram enormiter confractam, & omnia præmiſſa, a Prælatis, Baronibus, Nobilibus Regni noſtri, perpetrata fuiſſe, nobis conſtitiſſet evidenter, ipſum Privilegium ejuſdem Domini Belæ Regis de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, & authoritate præſentium innovandum duximus pariter & confirmandum. Ut igitur hujus noſtræ innovationis ſeu confirmationis ſeries robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec proceſſu temporum per quempiam poſſit, ſeu valeat retractari, præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri patrocinio communitas. Datum per manus diſcreti Viri Magiſtri Theodori, Albe-

rantia actores, ad eterne Beatitudinis januam introducunt: Cœnobium seu Clauſtrum Sanctimonialium Ordinis Sancte Clare, ad Dei gloriam & Sancte Dei Genitricis Marie, ac Beati Franciſci glorioſi Confeſſoris honorem, nec non Sacre Religionis propaginem, ac pro ſalute animarum, tam noſtri prefati Mariti, quam noſtre, in ipſa Civitate Sandecz fundandum ſtatuimus, & etiam conſtruendum: certas perſonas, videlicet Dominam Abbatiſſam cum Collegio & Conventu Sororum dicti Ordinis inibi ſtatuendo, ut, depoſito libere voluntatis arbitrio, ſerviant die noctuque Domino in timore.

&

Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo, Regni autem noſtri anno primo.

C.

Bela IV. Rex ratam habet Donationem poſſeſſionis Almás, a Patre ſuo Andrea Eccleſiæ Scepus factam; item concedit Præpoſito locum in Caſtro Scepuſienſi pro Turri & Palatio ædificando. Datum A. D. 1249.

EX APOGRAPHO ap. Wagn. Anal. P. I. p. 294.

BELA, Dei gratia Hungariæ &c. Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, ad quos præſens litera pervenerit, ſalutem in omnium Salvatore. Etſi Donationes Progenitorum noſtrorum felicium ratas habere debemus; maxime tamen ordinationes factas Eccleſiis ab iiſdem tenemur inviolabiliter obſervare; ut ex hoc a Bonorum omnium largitore mereamur gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Proinde ad univerſorum, tam præſentium quam poſterorum, notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod cum terras de Scepus generaliter ad judicium vocaſſemus, & ad perambulandum ſingulorum terras ibidem, dilectos & fideles noſtros, Magiſtrum Akus, Albenſem Cuſtodem & Cancellarium Chariſſimæ Conſortis noſtræ, nec non Myko (*Michaelem*), Comitem de Zoulum miſiſſemus, inter cetera mandati noſtri negotia exequenda, cum prædicti ad terram, Almás nomine, perveniſſent, ipſam in poſſeſſione fidelis noſtri, Mathiæ Præpoſiti de Scepus, invenerunt. Requiſitus autem dictus Præpoſitus, quo titulo eam poſſidet, etſi munimentum ſuper terra eadem haberet, reſpondit: quod inſtrumentum Patris noſtri Andreæ Regis, felicis recordationis, ſuper ipſius terræ donatione confectum, amiſſum in generali ſubverſione Tartarica exſtitiſſet; conſtitutis vero poſtmodum in eorum roditu coram nobis, prædictis Magiſtro Akus, & Myko Comite, cum Mathia Præpoſito memorato, ſicut idem Præpoſitus nobis retulit, comperimus, quod præfata Eccleſia S. Martini Præpoſituræ in Scepus, a Progenitoribus noſtris, & a nobis careret dataliciis, nos eandem favore Regio proſequentes, cum ſit de monilibus Regni noſtri, eidem Eccleſiæ ex debito noſtri Reginiinis providere tenemur; etiamſi in nominata terra ei proviſum antea non fuiſſet, dictam terram Almás ob remedium animæ Matris noſtræ, claræ memoriæ, damus & conferimus Eccleſiæ memoratæ, ut nunc noſtra Donatio ſit munimen & firmatio præcedentis. Inſuper concedimus eidem Mathiæ Præpoſito locum in Caſtro noſtro Scepus pro turri ædificanda & palatio competentem, quem & ipſe aſſumpſit ædificandum, muniendum & conſervandum ad tutelam Caſtri, & utilitatem Eccleſiæ memoratæ; adjicientes; quod locus & ædificia, quæ ibi conſtruxerit, ſibi, & in ipſa Præpoſitura ſuccedentibus, jure perpetuo debeat

& ambulent in Sanctitate & Juſtitia coram Chriſto, abnegantes ſe & ſua, eligendo potius per arctam viam & anguſtam portam vitæ januam introire. Unde non immerito hujus temporalis vitæ neceſſariis ſunt juvandæ, ut eo devotius, quo quietius Domino famulentur, ſibique proficiant per vitæ meritum, & aliis per orationum ſuffragia, & exemplum. Igitur volentes eas in temporalibus non deficere, ut ſemper in ſpiritualibus proficiant, donamus, conferimus, & titulo perpetuæ Donationis, mera & ſimplici voluntate, irrevocabiliter tradimus prefatam Civitatem Szandecz cum Theloneo (66), & omni quæſtu & utilitate ipſius, necnon has Villas, & hereditates noſtras, quarum hæc ſunt nomina: Barcice, Golkovice, Kadcza, Luceſco, Maſzkovice, Cyrncha, Zarcenane, Zagorzyno, Soczer, Kluchany, Noſzacovice, Dambrova, Mokra, Podegrodzie, Goſtnicza, Brzezna, Podrzecze, Kocharovice, Biczyce, Chelmicze, Strzeſzyce, Siedlec, Elbina, Parvum Sviniarsko, Bieganice, Myslec, Podolino

---

at remanere. Ut autem præmiſſa omnia robur obtineant perpetuæ firmitatis, nec ab aliquo Succeſſorum noſtrorum valeant proceſſu temporis in irritum revocari, præſentes in ſtabilitatem perpetuam damus Literas, Sigilli noſtri duplicis munimine conſignatas. Datum anno Incarnationis Dominicæ *Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono*. Regni autem noſtri anno decimo quarto.

66 Licet Boleslaus Terram Sandecenſem, ſive borealem Terræ Scepuſienſis (N. 11) partem aut Comitatum Óvárienſem Cunegundi, ſuæ Conſorti A. 1257 (XXIII) in compenſationem erogatarum paraphernalium ejus pecuniarum contulerit, idem nihilominus priore duntaxat A. 1279 mortuus, antelatam Sandecenſem Terram, jure dotalitio Salomeæ, Sororis ſuæ, jam ſub Colomano, ejus marito (*Nro.* 16. 31. 32.), adminiſtratam, & ad ſe pertractam (*Nro.* 30.) poſſedit, ut ad 6 Cunegundis hoc primum anno 1280 mariti ſui Boleslai votis, ne Terra hæc a Polonica Natione divellatur (N. 46), ſatisfactura, piam Fundationem, pro ſecuriſſimo perpetuitatis clypeo habitam, inſtituere potuerit. Si fundationale hoc Privilegium cum alio Boleslai (XXIII) Diplomate conferatur, artificium liquido eruitur. Dicit quippe Boleslaus, ſe Terram Sandecenſem Cunegundi, Conſorti ſuæ, *in vim expenſarum Dotalitii ejus pecuniarum, cum pleno, ſicut ipſe tenuerat, Dominio contuliſſe*: atqui pecuniæ quadraginta millium Marcarum, quas Cunegundis a Patre ſuo Bela Rege propter nuptias, cum Boleslao initas, attulerat, Boleslaus autem in borealis Terræ Scepuſienſis, vel Comitatus Óvárienſis, qui ad Salomeam titulo Dotalitii, ſive Juris Vidualis, pertinebat, inſtaurationem & impopulationem expenderat, in Dotalitium, a Maritis aſſignari ſolitum, transformari non potuerunt. Cunegundis porro Civitatem Sandecz & Villas, Monialibus collatas, teſtatur fuiſſe non aquiſitiones, quales Boleslaxa inſcriptio unice importat, verum *hereditates ſuas*, quas paulopoſt uberius explicat, & agnoſcit eas, *tanquam ex Donatione propter nuptias* (inſumtis quippe ſuis allaturalibus pecuniis) *facta, ad ſe, quaſi Dominam legitimam & Principem pertinere*, licet ſcriba Diplomatis hujus, ſibimetipſi contradicens, Boleslaeam Donationem ad titulum quoque *Dotis ſeu Dotalitium* extendere, ac proinde rem confundere quærat.

67)

no (67), Przyſietnice & Vietrznice, cum fluminibus, molendinis, clauſuris, piſcationibus, ſylvis, nemoribus, venationibus, mellificiis, & cum omnibus utilitatibus, & attinentiis earum univerſis, que eiſdem villis de Jure pertinent ab antiquo, cum Juribus & poteſtatibus, ſecundum quod Noſtro Dominio ſubjacebant. Damus, inquam, prefato Cœnobio & Conventui Jure hereditario, pacifice & quiete in perpetuum poſſidendas, tantummodo excepto hoc, quod pro noſtre ſubſidio vite, noſtriſque neceſſitatibus, ducentas Marcas argenti fuſi, annis ſemper ſingulis perſolvendas de prefata moneta, quoad vixerimus, reſervamus. Predictas autem Civitatem & villas cum Juribus, Judiciis, Judicato, cum utilitatibus & attinentiis ſupra dictis, tamquam Nobi ex donatione, propter nuptias, vel nomine Dotis ſeu Dotalitii facta, de Jure pertinentes, quaſi Domina legitima, & Princeps earundem, ſupra dicto Cœnobio ducimus conferendas, tradendo & aſſignando eas in manus Venerabilis in Chriſto Patris noſtri, Fratris Nicolai, Miniſtri Provincialis, nomine memorati Conventus ſtipulantis & recipientis, auctoritate Reverendi Domini Mathei in Porticu Sancte Marthe Diaconi Cardinalis, Tutoris ac Defenſoris predicti Ordinis, Beati Franciſci prelibati Confeſſoris. Nulli ergo hominum liceat, hanc Noſtre Donationis paginam infringere, vel ei auſu temerario contravenire; ſiquis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem Omnipoten-

V ris

---

67) Cunegundem, totum Sandecenſem Principatum Clariſſis contuliſſe, patet ex eo, quod ex omni hac *hereditate*, velut ait, *ſua*, nihil aliud, quam ducentas argenti Marcas (*octingentis florenis argenteis æquivalentes*) pro quotidianis vitæ ſubſidiis reſervaverit. Collationi huic Podolinum quoque, unum ex hodiernis XVI. Scepuſienſibus Oppidis, & ejuſdem nominis Dominii caput, includitur, quod non modo longe ultra meditullium Terræ Scepuſienſis ad meridiem exiſtit, verum etiam aliud, e XVI Oppidis Lubló, cum ejuſdem nomiais Dominio, intra ſe ad Popradum amnem, Sandeciæ vicinius Oppidum, habet, manifeſto argumento Lubloviam Boleslai & Cunegundis ævo non conſtructam, ſerius ab Hungaris, licet intra generales Boleslaæas Terræ Sandecenſis metas (XXIII) contineatur, locatam fuiſſe. Ita etiam reliqua, Cunegundis Donationem ſpecifice ingreſſa corpora, hodie totidem fere parva Dominia ſunt. Neo-Sandecia necdum exſtabat, Donationem igitur ingredi non potuit. Donationi attamen includuntur Dambrova & Siedlec Loca, in radicibus metalium Carpatorum infra Neo-Sandeciam conſpicua. Inter alia Sandecenſis & Neoforenſis Diſtrictus, vel Óvárienſis Comitatus, ad Scepuſienſem Terram A. 1772 ſuſceptæ incorporationis argumenta, etiam Hiſtorica nonnullorum, a partium ſtudiis alienorum Polonorum ſubſidia arceſſebantur, quorum brevis extractus, huc ſpectans, adjicitur:

Joannes Botera, Hiſtoricus Polonus, loquens de Regno Hungariæ P. I. pag. 127 — 148. ſic ſcribit: " Hungaria ab Aquilone habet montes Carpacos, qui montes dividunt Regnum „ Hungariæ a Polonia &c. " Obſervandum: hos montes reperiri circa Civitatem Neo-Sandecenſem, in parte quorum exſtat Civitas, Neo-Sandecz dicta, uti refert in Libro devotionis Transfigurationis Domini Pater Magiſter *Bonaventura Likorſzky*, Ordinis Minor. Convent. S. Franciſci Gvardianus Neo-Sandecenſis. Idem Botera Monaſterium Ordinis S. Benedicti, fundatum in Calvo Monte, in Palatinatu Sandomirienſi, deſcribens, ita inquit: " Minor Polonia ſecundum atte-

ita-

tis Dei & dictorum Sanctorum incurrat, & cum iniquis in prefato examine diſtricto recipiat portionem. In premiſſorum itaque omnium evidentiam certiorem, preſentem paginam conſcribi fecimus, & ſigilli Noſtri munimine roborari. Acta hec ſunt publice in Sandecz coram Magnifico Domino Leſcone, Illuſtri Duce Cracovienſi, Sandomirienſi, & Siradienſi, qui tunc eſt publice proteſtatus, Nos poſſe rite facere prefatam Donationem, & ſuo ſigillo preſentem paginam etiam roboravit. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo. Indictione ſeptima infra Octavas Apoſtolorum Petri & Pauli Beatorum. Preſentibus his: Comite Varſio, Caſtellano Cracovienſi, Domino Procopio, Cancellario prefati Domini Ducis, Comite Petka, Caſtellano Sandomirienſi, Comite Zegota, Caſtellano Lublin. Comite Martino, Caſtellano Brezenſi, & coram his viris Religioſis & Patribus venerandis: ſupra dicto Miniſtro, Fratre Stephano, Gvardiano Strigonienſi, Fratre Boguslao, Lectore Fratrum Predicatorum, ad concordiam inter dictum Ducem & Nos faciendam, a Domini Legati (Philippi, Firmani Epiſcopi) latere deſtinato, Fratre Joanne Cuſtode, Fratre Borislao, Lectore Fratrum Minorum, & aliis quam multis, tam Viris Religioſis, quam Clericis ſecularibus, quam etiam, Militibus & aliis bonis viris.

XL.

„ ſationem Hiſtoricorum Polonorum non habet minores, nec majores montes, his montibus, „ qui reperiuntur in Palatinatu Sandomirienſi, ex hac ratione Dlugoſſus Hiſtoricus vocat illos „ Alpes, propter altitudinem &c. " Obſervandum: illos montes Calvi montis non eſſe altiores, imo minores illis montibus, qui exſtant circa Neo-Sandeciam. Si itaque illi montes Neo-Sandecenſes ſunt majores, clare arguitur, quod hæc montium pars non debeat ſpectare ad Poloniam, ſed Hungariam, cum Polonia majores montes non habeat illis, quam qui ad Calvum montem, in Palatinatu Sandomirienſi reperiuntur. In memorato Libro Transfiguration's Domini p. 8. de origine Civitatis Neo-Sandecenſis hæc habentur: " Qui (Uladislaus Bohemiæ, Hungariæ ac Poloniæ Rex) relatum ſibi mirabile opus Omnipotentiæ Dei recognoſcens, ſolus in perſona propria ad illum locum ſe contulit, „ quem videns nimis aptum ad erigendam Civitatem, illam brevi fundavit ad fluvios Dunajec „ (nobis (N. 2.) Poprad) & Biala (Cf. N. 24) dictos, ſub monte Carpato ſive Beſkyad dicto: " Pater Conſtantinus Malegorſzky, Secretarius & Aſſiſtens Provinciæ Poloniæ, in ſcorſivo Libro, qui in Archivo Conventus Cracovienſis reperitur, loquens de Imagine Transfigurationis Domini, & de Conventu Neo-Sandecenſi Minorum hæc refert: " Habet iſte Conventus Clenodium ſpirituale, hoc eſt: faciem Domini Noſtri JESU Chriſti-Græco penicillo „ a S. Luca in tabella lignea depictam, quam, cum Leo, Princeps Ruſſorum, ab Imperatore „ Orientis CPoli dono accepiſſet, uni pio & ſancto Eremitæ, ad montes Carpacos angelicam „ ducenti vitam, propter fructum ſpiritualem donavit. In hocce loco, ubi iſte duxit vitam Eremiticam, exſtat Conventus PP. Minoritarum, & Civitas Neo-Sandecenſis. Vir enim iſte „ fuit tertii Ordinis S. Franciſci, & in hocce loco fuit ſylva grandis, quæ ſylva vocabatur „ Cſiſovienſis. "

Facile igitur Lesko (Niger), Boleslao ſuccedens, Cracoviæ, Sandomeriæ ac Siradiæ Dux, publice proteſtari potuit, Cunegundem rite hanc Donationem facere. Facile, inquam, reliqui

XL.

Conſcriptio proventuum Cœnobii Sanctimonialium Sandecenſium.

EX LIBRO Beneficiorum monaſterialium Diœceſis Cracovienſis (68) anni 1440, per Joſephum Synowczymski Apoſtolicum & antelati V. Capituli Notarium extracta, coram ſæpefacta Commiſſione limitanea per Galicianos producta.

SANDECENSE, ſecundum monaſterium Sanctimonialium, Ordinis Sanctæ Claræ, in Diœceſi Cracovienſi, conſortis ſuæ Kunegundis virginis, & fœminæ Beatæ, Belæ Hungariæ Regis (filiæ), Boleslaus Pudicus Cracovienſis & Sandomirienſis Dux Regnique Poloniæ Monarcha, aſſiduo precatu & inſtantia ſollicitatus & impulſus, cum & ipſe ſuapte ad religioſa opera exhibenda, & ad cultum Divinum augendum fervens foret, aliud monaſterium Sanctimonialium Sanctæ Claræ ſub Regula Sancti Franciſci viventium, priori, quod in Zauichocz (*Cf. N.* 31 & 32.) erexerat, fundaverat, & dotaverat, non contentus, in oppido ſuo Ducali Sandecz ſub alpibus Sarmaticis (69) duobuſque fluminibus, Poprad & Dunajecz, haud longe ab oppido fluentibus, amV 2

liqvi etiam adhibiti, ſpectatæ authoritatis teſtes, Donationi huic, mortis cauſa factæ, aſſentiri potuerunt; non enim agebatur de aliqua Terræ Polonicæ collatione, verum de impopulationum, ex allatura Cunegundis in Terra Hungarica factarum, compenſatione, ſuper qua nimirum, velut parapherno ſuo, ne titulo caducitatis in Hungariam recidat, liberam diſponendi facultatem habuit. Ut adeo mappa Tôrôkiano-Segeriana, quæ Neoſorenſem & Sandecenſem Diſtrictus (incluſa valle trans fluvium Poprad (N. 2) e regione Oppidi Dambrova verſus Occidentem exiſteate) complectitur, incontinuo limitaneorum Carpatorum nexu defixa, irrefragabiliter ſubliſtat. Metator enim Borſu (N. 11) verſus Terram Polonorum, ad Confinia Regni conſpicienda & obſtaculis munienda emiſſus, juxta omnes militaris prudentiæ, naturalis ordinis & rectæ rationis leges, ibi Confinia Regni conſtituere debuit, ubi pauciſſimis artefactis obſtaculis muniri poterant; atqui in valle, quam Popradus, infra Neo-Sandeciam & Dambrovam Carpatos perrumpens efficit, Confinia Regni pauciſſimis obſtaculis, concædibus quippe intra Carpatorum ſeriem, fluvio Poprado interruptam, erigendis muniri potuerunt, ergo Metator Borſu, juxta omnes militaris prudentiæ, naturalis ordinis, rectæque rationis leges, in illo Carpatorum, flavio Poprad perruptorum, ordine, concædibus facillime muniendo, ac proinde incluſa, Dambrovæ oppoſita valle, Confinium abſolute conſtituere debuit.

68) In præmiſſæ fundationis nexu etiam conſcriptionem hanc ad ſtatum Sandecenſis olim Cœnobii uberius cognoſcendum, hoc loco inſerendam eſſe cenſuimus, ex cujus Prologo id quoque benevolus Lector perſpiciet, talia Boleslao attribui, quæ Cunegundi & Salomeæ propria ſunt.

69) Hinc denuo patet, Polonos non modo Sandeciam ſub alpibus Carpaticis (*Cf. Not.* 31) collocare, verum etiam ſeipſos pro Sarmatis habere.

a) Pe-

ambitur, conſiſtente, fundare, & erigere, & dotare decernit, amplam ſiquidem dotem (*Cf. N. 16. fin.*) ratione præfatæ Kunegundis Duciſſæ, a Bela Hungariæ Rege, Patre ejus, conſequutus in ejus refuſionem, & vicißitudinem Monaſterium præfatum in Sandecz prona tempeſtate, famoſo & inclyto ſuo Ducali oppido, quod hactenus ad differentiam novæ, antiquam Sandecz (*Cf. XXIII. Not. 68*) vocamus, fundare & erigere in animum induxit. Et anno 1257, ſexto nonas Martii ad honorem Omnipotentis Dei exaltationem fidei, ſalutem animarum, incrementum & amplitudinem Regni Poloniæ, & pro religioſa earum, quæ pudicitiam ſuam vovere, & conſervare, in ejuſque obſequiis vitæ contemplativæ inhærendo famulari Deo ſolent, fœminarum habitatione, Cœnobium ſub titulo Sanctæ Trinitatis fundat, erigit, atque dotat, ut, morte ſua ducali ſequuta, conſors ſua dilectiſſima, & ſocia Kunegundis haberet religioſum domicilium, & reclinatorium, in quo in virginitate, quam ſub ſpecie thori maritalis, ſcrupuloſiſſime annis plurimis ſervaverat, cuſtodieratque, Sanctimoniæ ſuæ funiculos in gratiam paupertatis altiſſimæ, & charitatis, atque contemplationis profundiſſimæ, ad conſequendum cœleſtis præmii, & - - - bravium, primum ipſum Oppidum Sandecz cum theloneo dilataret. Cui quidem

Mo-

---

a) Plinius (*L. IV. C. 12*) perhibet, *Scytharum nomen tranſiſſe in Sarmatas atque Germanos.* E pleriſque omnibus, quæ de Scythis vetera exſtant, teſtimoniis apparet, Scytharum quidem nomen Sarmatis, non tamen vice verſa nomen Sarmatarum fuiſſe Scythis commune. Atque ut hoc loco amborum origines excutiantur, eas neque aptius, neque tutius, quam, teſtante Aſſemano (*in Kalendariis Eccleſiæ univerſæ T. I. p. 275*), e ſacris Literis petemus, in quibus & infallibilis dictorum veritas continetur, & ſumma Scriptorum antiquitas præ ceteris commendatur. Scythas igitur ex Japheti filiis ac nepotibus *Gomer*, *Askenaz*, *Riphath*, *Thogarma*, *Tubal*, *Meſech*, *Magog* & *Madai* deſcendere, qui primum Regiones ad auſtralem Pontum Euxinum & cis mare Caſpium, ſive Aſiam minorem & Armeniam, incoluerint, deinde ultra eas partim ad Europae Aſiaeque Septemtriones, partim in Thraciam & ad Iſtrum ſint progreſſi, Bochartus (*L. III. de diſperſione Gentium, a C. 8 ad 14 ap. Aſſem. T. I. p. 195*) docet. De Magog enim differens, Ezechielis Prophetæ (*C. 38. V. 2*), qui ſub Sedecia Judæorum Rege (*ab anno ante N. C. 649 ad 638*) florebat, hæc verba exponit: *Pone faciem tuam contra Gog in terra Magog, Principem Rhos, Meſech & Tubal*, vel, ut habet vulgata: *Principem capitis Meſech & Tubal.* Utramque verſionem verba Hæbræa ferre poſſunt. Poſteriorem ſequuntur Chaldæus interpres, Aquila, Hieronymus; Priorem ſeptuaginta Interpretes, Symmachus, Theodotion & Proclus Epiſcopus apud Socratem (*Hiſt. Eccl. L. VII. C. 43*). Ex utraque ſequitur, Scythas eſſe oriundos ex Mogog, Meſech & Tubal: notum præterea fuiſſe ſeptuaginta Interpretum temporibus (*ſub Ptolemæo quippe Philadelpho, Ægypti ab A. ante N. C. 313 uſque 295 Rege*), etiam populum, cui Rhos nomen erat, derivatum ſcilicet ab Araxa fluvio, unde Araxena Regio dicebatur; nam qui Græcis Araxe, idem indigenis Rhos vocatur. Sic etiam Arabes *Nahar-al-Ros* dicunt. Geographus Nubienſis (*Climat. V. P. 6*) ait: " In Armenia duo ſunt fluvii magni nominis: fluvius Ros " & fluvius Cor (*id eſt: Araxa & Cyrus*), ambo ex Occaſu ad Ortum labentes; & qui-

" dem

Monaſterio, a ſe taliter fundato, præfatus Boleslaus Pudicus, Poloniæ Dux, & Monarcha, de conſenſu Prandothæ Epiſcopi Cracovienſis, & Procerum, ac Baronum, primum ipſum oppidum Sandecz cum theloneo oppidi præfati, pingui & ventroſo, decima ſeptimaria thelonei, pro Epiſcopo Cracovienſi, & ſua menſa Epiſcopali annis ſingulis reſervata. Item villas, prædia, molendina, cenſus, & introitus notabiles, circum circa Sandecz & Lipnitza oppida, conſiſtentia, cum utraque ripa fluviorum prædictorum Poprad & Dunajetz, & cæteros introitus, qui centum virgines ſufficienter alere poſſent, donatione perpetua & irrevocabili, nihil ſibi juris aut proprietatis in oppidis, villis & introitibus, præter tutelam & defenſionem reſervando, donat, ac ſingula eadem bona dotalia ab omni tributo, datiis, ſtatione, exactione, & ab omni jure Regali, & Ducali perpetuo eximit & abſolvit, Eccleſiamque cum Monaſterio, ſumtuoſo opere, ex muro, & ſingulas monaſterii officinas, fabricat, tegens Eccleſiam petra alba, longam diuturnitatem præferente, fœminaque illuſtris Kunegundis calicibus, tabulis, crucibus, ornamentis, cæteriſque notabilibus ac nobilibus clenodiis, aureis & argenteis, implevit, & exornavit locum, Sanctimoniales autem magis religioſæ & devotæ ex Cœnobio

„ dem fluvius Cor (*Cyrus*), qui magnus eſt & naviger, oritur prope montem (*Caucaſum*), „ & excurrens ad Tiflis (*Zaliſſam Ptolemæi*), indeque tendens ad fines Hanua „ & Samcun (*Sangutam Ptolemæi*) confluit cum flumine Ros (*Araxa*), „ & exit in mare Chozar (*Caſpium*). Similiter flumen Ros (*Araxa*) eſt „ magnum valde: egreditur e partibus Armeniæ interioris e Calicala, quod Turcis dicitur Cara„ cala, id eſt, nigrum Caſtellum. Hinc Joſephus Ben Gorjon, Scriptor Hebræus C. I. de Ruſ„ ſis: " Ruſſi habitant ad fluvium Cyrum, qui defluit in mare Georgian, id eſt Caſpium. " Cyrum pro Araxa dixit, qui ſunt vicini amnes, quique adeo confluentes, uno eodemque oſtio in mare Caſpium exeunt. Et ad utrumque Roſſi habitabant in Regione interamni, quæ Græcorum eſt Araxena.

b) Ex iſta interpretatione verborum Ezechielis hæc erit paraphraſis: *Pone faciem tuam contra Gog*, obfirma vultum tuum ad prophetandum contra Regem Scytharum *in terra Magog*, qui Regni ſedem habet in Scythia prope Caucaſum; *Principem Rhos*, *Meſech & Tubal*, Principem ſcilicet Armeniæ Araxenæ, Moſchicæ ac Tibarenæ, Regionum contiguarum, quæ tum erant Scythici juris. Nam Scythæ in Trogo (*Juſtin. L. II. de vita Apolon. L. VII. C.*13) leguntur juxta *Thermodonta* conſediſſe. Thermodon autem in Plutarcho de fluviis, *fluvius eſt Scythiæ*. Conſtat vero hunc Ponti fluvium in Aſia minore conſtitui & ad Euxinum influere. Huc accedit, Joſephum Flavium, Euſtathium, Theodoretum, Hieronymum pluresque alios (*Pray. in Epiſt. reſponſ. ad Deſeric. p.* 9.) e recentioribus docere, Magogum quoque Scytharum Patrem fuiſſe. Gogarene præterea, Iberiæ pars, trans Cyrum flumen, Stephano Byzantino teſte, *locus inter Colchos & Iberos orientales*, ſervat ipſiſſimum nomen *Gog* integrum, ubi *Gog* olim conſederat. Id quod ex laudato Ezechielis teſtimonio alioquin manifeſtum eſt, in illis quippe locis condam *Gog & Magog* imperitaſſe, ubi eos poſteri *Meſech & Tubal* attingebant. Ut adeo Anonymi Belæ I. Notarii narratio illa (*C. I.*): " Ab orientali parte, vicina „ Scy-

nobio Zavichotztenſi, alias Sancti Andreæ in Krakovia, aſſumtæ ſunt, & in novo, Sandecz Monaſterio, a præfato Boleslao Pudico Duce, & Conſorte ſua Kunegundi locatæ, in quod etiam & ipſa fœmina Beata Kunegundis, Viri ſui & Sponſi Boleslai Pudici Ducis morte, Anno Domini 1279 ſecuta, habitu monaſtico griſeo Sanctæ Claræ, eodem, quo juſta funeri in Monaſterio Sancti Franciſci in Krakovia ſoluta ſunt, die aſſumto, ingreſſa ſervilibus operibus & coquinæ ſqualloribus ſe inquinari, pro ſummis ducebat deliciis. Sanctimonialium quoque precibus aſſiduis victa, Abbatiſſam ſe loci illius uſque ad diem obitus ſagaciſſime geſſit, fructum geminatum utriuſque vitæ, fœnore multiplicato, perceptura. Proceſſu deinde dierum, quod circa deſcriptionem fundationis Monaſterii Zavichotztenſis Sanctimonialium commemoravimus, nunc quoque reiteramus; cum Heliſabeth, relicta Caroli Hungariæ, & ſoror Caſimiri Poloniæ, genitrix quoque Ludovici, tunc Poloniæ & Hungariæ Regum, Poloniæ Regnum adminiſtrans, hujus Monaſterii conditionem conaretur facere craſſiorem, & omnes decimas manipulares & pecuniales, in territorio Sandetzenſi conſiſtentes, & ad menſam epiſcopalem pertinentes, violenter occupat, & eas, Bodziantæ Epiſcopo tunc Krakovienſi per injuriam ablatas, inter præfata duo Monaſte-

---

„ Scythiæ, fuerunt Gentes *Gog & Magog*, & primus Rex Scythiæ fuit *Magog*, filius *Japhet*, „ & Gens illa a Magog Rege vocata eſt *Moger*, a cujus progenie Regis deſcendit nominatiſſi„ mus atque potentiſſimus Rex *Atila*. — Longo autem poſt tempore de progenie ejuſdem Re„ gis Magog deſcendit *Ugek*, Pater *Almi* Ducis, a quo Reges & Duces Hungariæ origi„ nem duxerunt. " excluſis aliquibus adjunctis, conciliata, veritati plene cohæreat. Sinici enim annales (*ap. Pray. de orig. Hung. p.* 15) Teumaanum, Hunnis a Goego poſt novem ſecula imperaturum, diſerte a *Kun - Goego*, quinque Familiarum *Lin - ti - chi*, *Hou - yen-chi*, *Lan - chi*, *Su - po - chi & Hieou - liu - chi* dictarum, e quibus Imperatores legi ſolebant, in ſpecie autem ex Familia *Lin - ti - chi* ortum ducere, hujus vero poſteros, donec Europæ appropinquarent, nominatim deſignates, in Hunnico Solio ſaceeſſiſſe prodiderunt. Anonymus itaque Notarius Hunnos, Græcorum errorem ſecutus, cum Scythis confundendo, ſuam in ſacris Literis, velut vir Eccleſiaſticus, eruditionem probaturus, loco ejus, ut ex traditionibus, aut Hunnicis annalibus Goegum, primum Hunnorum Imperatorem, unum ex maſculis Yai deſcendentibus, gentemque illam ab eo tempore populariter Mogor vel Magar vocatam fuiſſe, ac proinde Atilam & Ugekum, Almi Patrem, a Yao per Goegum propagari docuiſſet, textum Apocalypſeos (*C. XX. v. 7. Ezech. C. XXVIII. v.* 1), ubi Gog & Mageg occurrit, Hungaris male applicando, Yanum cum Japheto, Goegum cum Magogo, Japheti filio, ipſam denique vocem Hunnicam Mogor vel Magar, aſſumta ex altero Japheti filio *Gomer* exotica terminatione ideo confudit, quod ſuos populares ex Cami poſteris derivare piaculo ſibi duxerit.

c) Quid vero de primis in Aſia matre Meſech & Tubali ſedibus judicandum ſit, docet iterum idem Bochartus (*L. III. C.* 12. *ap. Aſſem. T. I. p.* 278.) " Mihi, *inquit*, Mezech vel *Moſoch & Thubal*, ſunt *Moſchi & Tibareni*, qui apud Græcos Scriptores eodem modo junguntur, quo apud Hebræos *Mezech & Tubal*. Erant quippe Moſchi Tibare-

naſteria Sancti Andreæ & antiquæ Sandetz partitur ab Anno Domini 1371, quarum reſtitutionem dum Bodzianta Epiſcopus Krakovienſis & interpellatione honeſta exigere non poſſet, ad Innocentium Papam ſextum habuit recurſum, cauſamque Afræ, antiquæ Sandetz, & Zolendæ, Sancti Andreæ Abbatiſſis & earum Conventibus, in urbe deſpolio committit, ac coram Bernhardo, Archiepiſcopo Neapolitano auditore, de utroque Cœnobio per ſententiam definitivam refert, fueruntque Abbatiſſæ & Sanctimoniales præfatæ cenſuris Apoſtolicis tempore non parvo, donec de omni ſatisfacerent, excommunicatæ. Ne autem malignitate aliqua humana, dolo vafriciæ, vel fraude oppidum, villæ, ceterique cenſus, eidem Monaſterio Sandecenſi in dotem tum collatæ, poſſit ab eodem alienari, aut diſtrahi, ipſas ad perpetuam rei memoriam ſingillatim deſcribendas duximus. Pii Principis Boleslai Pudici, & ſuæ Kunegundis Virginis, & Conſortis excelſæ, opus inſigne apud præſentes, & poſteros vivaci memoria teſtaturos. Anno autem 1280 ſexta die Julii Kunegundis, Virgo Beata, Duciſſa Krakovienſis, & Boleslai Pudici relicta, fundationem ipſam ſub ſuo titulo, & nomine innovavit, cui innovationi Lesko Niger; tunc Dux Cracovienſis, robur ſui conſenſus adjecit. Monaſterium antiquæ Sandecz juxta

---

barenis ad Septemtrionem confines, & arctiſſima neceſſitudine conjuncti." Moſchis autem & Tibarenis *(ſcribit Herodotus in Thalia C. 49)* trecenta talenta imperata erant. Et in Polymnia (C. 78): Tibareni autem eodem ornatu militabant, quo Moſchi. *Item:* Hos vero regebant hi Duces, Moſchos quidem & Tibarenos Ariomardus. " Vides eadem arma, atque eoſdem in bello Duces; unde hos populos colligas arctiſſima inter ſe neceſſitudine fuiſſe junctos." Itaque, *infert Bochartus:* quum a *Meſech*, vel *Moſoch* non pauci recentiorum deducant Moſchos *(non tamen Moſcovitas hodiernos)*, eſt, quod miretur Lector, nullidum venſſe in mentem, *Tubal Tibarenos* condidiſſe, ut *Meſech Moſchos*. Neque enim ſi ex *Tubal* Græci fecerunt *Tibar & Tibarin*, ut habet Diodorus *(L. IV. p. 413)*, aut Tibaros, ut Euſebius *(de Præparat. L. I. & Strabo L. XI.)*, creſcente voce Tibarenos; mutatio hæc tanti fuit, ut debuerit doctorum oculos configere; quum Græcos, notiſſimum ſit ſcribere *Phichor* pro *Phicol*, & Sarad pro Saled, & Beſar pro Belial" addo: Tribalos pro Tubalis vel Tribalis &c. Conſtantinus Porph. *(de Themat.)* perhibet: " *Cæſaream*, Capadociæ metropolim, a magno illo Cæſare Julio ita nuncupatam fuiſſe, quæ antea vocabatur *Meſaca*, a Meſech, primo Capadocum authore." Strabo (L. XI): " Moſchica *(inquit, Regio)*, in qua templum Leucotheæ a Phryxo conditum fuit, tripartita eſt; partem ejus Colchi, Iberes aliam, aliam Armenii tenent *(poſtquam nempe L. I.)*, Iberi occidentales *(vel Moſchi)* ad loca ultra Pontum & Colchidem *(in Europam)* commigrarunt." Idem Myſos in Pannoniæ confinio ad Iſtrum collocat, putatque his Myſos, Aſiæ minoris populum, nomen & originem dediſſe. Quemadmodum enim Meſacam urbem a Meſech, Moſchos a Moſoch, dici docuimus, ita Meſiam, Phrygii Regionem, a Meſaca urbe, Myſos a Miſoch, Moſchum urbem & fluvium, Meſiæ ſuperioris a Moſoch, Japheti filio, cujus nomen, ut præmiſſum eſt, diverſo modo ſcribitur & enunciatur, adeoque Meſos vel Moſchos Europæos a Myſis vel Moſchis, Aſiæ minoris antea incolis, dictos fuiſſe concluditur.

ta oppidum Sandecz antiquæ in parte orientali ſitum eſt, muro petroſo fabricatum, in cujus Eccleſia ad partem auſtralem corpus ſacrum Beatæ Kunegundis, Virginis, conſortis Boleslai Pudici, Regni Poloniæ Ducis, & Monarchæ, quæ fuit filia Belæ Hungariæ Regis, & neptis Beatæ Helizabeth, proneptis autem Sanctæ Hedvigis, requieſcit, multa miraculorum ſublimitate aſſidue clareſcens, & prodigioſis operibus fulgens. Item Monaſterium præfatum habet illic optimum, & fœcundum prædium, de cujus agris non ſolvit alicui decimam manipularem, ſed eam pro ſe tollit, & in ſuum horreum inducit. Item notandum, quia civitas nova Sandecz Regia, ſingulis annis profeſto Nativitatis Chriſti, ſive ex debito, ſive ex conſuetudine, jam dudum antiqua & præſcripta, mittit Abbatiſſæ, & virginibus Sanctimonialium, de antiqua Sandecz, quatuor ollas vini Hungarici, quatuor lepores, item quinque decagenas ſemularum in recompenſam, utpote juris Civilis, ſuæ Civitati erepti, vel agrorum, & pratorum, quos & quæ nova Civitas occupat. Sandecz antiqua habet in ſe Eccleſiam parochialem muratam, per Plebanum tum ejuſdem loci adminiſtratam, cujus proprietas, & dominium ad Sanctimoniales Sandecenſes pertinet, in qua ſunt quinquaginta lanei oppidanorum, & quilibet de laneo ſolvit viginti groſſos latorum Pragenſium. Item non ſolvunt neque

d) *Thogarmam* Bochartus interpretatur Capadociam, quæ ab Ortu habet Armeniam, a Meridie Ciliciam, ab Occaſu Pamphyliam & Galaciam, a Septemtrionibus Pontum Euxinum. Magnis autem duobus Iride ac Thermodonte fluviis irrigatur. In confinibus porro Capadociæ adhuc ſervatur *Trogmorum* ſive *Trocmorum* nomen, derivatum utique a *Thorgama*; nam Græcus pro *Thogarma* legit *Thorgama*. Strabo (L. XII) teſtatur: Trocmos Capadociæ & Ponti confinia tenere. Sed & iidem apud Stephanum Trocmeni dicti, & Trocmades vel Trogmades in Concilio Chalcedonenſi, ubi ſæpe nominatur Ciriacus, Epiſcopus Trocmadum, pro quo Ortelius Trogmadum. Trocmeni certe dicti a Trocma, & Trogmades a Togmade, cujus rectus caſus Trogmas plane videtur ex Torgama factus. Juxta Pontum ſiquidem habitarunt & *Trogmeni* & *Kimerii* ſeu *Cimerii* & *Askenii*, ſic dicti a *Torgama* ſive *Thorgama*, *Gomer* & *Askenaz*. — Junguntur enim *Gomer* & *Thogarma* in Ezechiele ſicut *Meſech* & *Thobel*: omnes autem ex Propheta Regionem, Judæis aqvilonarem, inhabitaſſe perhibentur. " Phrygiam denique auſtralem, hodiedum *Caramaniam* vocari, antea vero borealem quoque populariter *Germian*, utique a *Germa*, cognomine colonia, Sangario flumini adjacente, cui nimirum Thogarmæ vel Thogermæ poſteri nomen, extrita prima *Tho* vel *Theu* ſyllaba, dederint, appellatam fuiſſe conficitur, ut adeo *Theu-tſchi* una & *Germani* dicerentur. Et alioquin *Gomer* cum *Thogarma* in Ezechiele rurſus ita junguntur, ſicut Moſoch & Tubal; *Cimerii* proinde Græcis a *Gomer* ita dicti, parem cum Thogarmanis neceſſitudinem & vicinitatem fovebant. Ceterum recte omnino laudata Ezechielis verba cum antiquis Græcis Geographis comparans evincit, filios & nepotes Japheti, *Gomer*, *Askenaz*, *Magog*, *Tubal*, *Moſoch*, *Thogarma* eis Caſpium mare ac Pontum Euxinum inhabitaſſe Phrygiam, Paphlagoniam, Capadociam, Pontum Regiones, ita ferius a Græcis compellatas, & quicquid, ultra Meſopotamiam & Aſſyriam, per *Armeniam*, *Colchidem* & *Iberiam* ab Euxino ad Caſpium excurrit. Ibi primæ horum ſedes, quos Græci SCYTHAS vocarunt, & Propheta Regionem, prout innuimus, Judæis

que gallos, neque caseos, neque avenam de domibus, neque de hortis, non laborant, sed de area solvunt medium alterum grossum latorum. Item solvunt pro Magistro Scholæ quilibet de domo sex denarios Scholowe. Item de omnibus laneis oppidanorum solvitur, & conducitur decima manipularis, & conopalis pro Episcopo Krakoviensi, & ex parte solvunt pro decima annis singulis 60 marcas. Item molendinum in flumine, quod solvit metretas pro Sanctimonialibus. Theloneum, cujus proprietas pertinet ad Sanctimoniales Sandecenses, & de qualibet valla panni solvuntur 10. grossi. Item a quolibet vase integro domi decem grossi, ab aliis rebus de qualibet marcarum unus grossus, datur autem solum in eundo, sed non in recedendo. Item Episcopus Krakovienſis habet decimam Septimariam, & solvunt sibi Sanctimoniales pro illa sex marcas latorum grossorum. Item est ibi Monasterium Ordinis Minorum, habens prædium, de quo nulli solvit decimam. CRZUVINOWICZE: Villa, sub Parochia de antiqua Sandecz sita, cujus proprietas ad Monasterium Sandeczense pertinet, & Cmethones villæ præfatæ locati sunt sub jure civili antiquæ Sandecz, & habent cum oppidanis omnia communia. Item sunt ibi decem lanei, cmethonales & quilibet solvit pro censu 20

---

dæis aquilonarem, inhabitasse perhibet. Maxime occidentales erant Coloni, Duce Askenaz in minorem Phrygiam delati, & ad Pontum usque semet dilatantes. Cumque Pontus ex accolarum, piraticam exercentium, nomine diceretur Askenaz, a vicinis Græcis paulum deflexa voce ideo nominatus est Axenos *inhospitalis*, quod in eosdem semet nimium fævos (*Apollodor. ap. Strab. L. VII. Sim. Logoth. N.* 46. *p.* 490) ac universe inhospitales exhibuerint, donec subinde piratis his, in Europam propulsis, idem Pontus, versa in contrarium significatione, Euxinus vel hospitalis appellari cœpisset.

e) In Minore, inquam, Asia & Armenia primæ sedes erant *Scytharum*, potiorum quippe Japheti filiorum ac nepotum, & quidem cum plerique Germanicæ linguæ populi fuerint, a veteri voce Germanica *Schüten*, hodie *Schützen*, qua se a ceteris Gentibus jaculandi peritia distingui volebant, ita dictorum, quibus populare Scytharum nomen secum in Europam traducentibus, Medis vero per Cuno-Magyaros in primam Asiæ Sarmatiam, quæ a Caucaso Pontico intra Caspiam & Mæoticam paludes usque ad Cophinem fluvium, Volgam & Tanaim flumina jugentem, extenditur, propulsis, per Riphæos autem & Cimerios partim ad Istrum, partim ad occiduos Asiæ Septemtriones dispersis, postquam iidem Cuni, ad utrumque maris Caspii latus propagati, arcus & Sagittas vel ex ipsis adeo equis tractandi peritia excelluissent, Græci tam hos ad Araxam Scythis, quam alios Medis succedentes, Cunico-Magyarici generis advenas, eodem Gothico *Scytharum* nomine compellarunt. Atque hinc orta est Scytharum & Sarmatarum nominis apud Græcos inter Gentes, natione ac sermone distinctas, confusio. Ut igitur Asiaticas quoque Cunorum sive Hunnorum (*Cf. N.* 50) origines, rerum nexu ita exposcente, perstringamus: quemadmodum Moses (*Gen.* 10) Assyrios ab Assure, Semi filio, Noemi nepote, qui Ninivem urbem, Gentis Assyriæ principem condiderat, dictos fuisse testatur, ita Canaanæos a Canaano, Cami filio, Semi & Japheti fratruele; Sidonios a Sidone, Hethæos ab Hetheo, Jebusæos a Jebuseo, &c. ejusdem filiis, in Canaanæa hereditate paterna succedentibus; Sinas denique seu Sinenses a Sineo, Indiæ secundæ; Amathones autem (*Plin.* 6. 20. 29. *ap. Steph.*),

groſſos latorum Pragenſium. Item omnes agri, villæ ſolvunt decimam manipularem, & conopalem, & ducunt eam pro menſa Epiſcopali Krakovienſi. Item ratione areæ unum cum medio groſſum latum Pragenſium. Item non eſt prædium, neque tabernæ, neque molendinum, neque hortulaniæ. Item non eſt Scoltetus. MOSZCENICZA ſuperior: Villa, ſub Parochia inferioris Moſzcenicza ſita, cujus proprietas ad Sanctimonialium antiquæ Sandecz Cœnobium pertinet, in quo ſunt agri indemenſurati, & inæquales, nec poteſt numerus lancorum æſtimari, & ſecundum quantitatem agrorum ſolvunt cenſum; alius enim ſolvit 4 groſſos, alius 6, alius 8. Jam quilibet Cmetho infra meſſem mediam diem laborat, extra meſſem vero non faciunt aliquos labores. Item ratione oſziep ſolvunt unam menſuram ſiliginis, & duas avenæ, menſuræ confertæ, & 4 groſſos. Item non dant gallos, neque ova, neque caſeos. Item Scultetus eſt ibi, qui habet unum lancum liberum, & ſextum denarium de cenſu. Item tabernæ. Item hortulaniæ. Item omnes agri, villæ, & Scoltetiæ ſolvunt, & conducunt decimam manipularem, & conopalem pro menſa Epiſcopali Krakovienſi, & valor ejus æſtimatur ad tres marcas. MOSZCZENICZA inferior: Villa, habens in ſe Eccleſiam parochialem ligne-

---

Indiæ primæ populos, ab Amathæo, junioribus natu eorum fratribus, adeoque Noemi pronepotibus, ad Aſiæ Orientem ſecedentibus, compellatos fuiſſe, res ipſa monet. Sinæus certe cum fratre ſuo Amathæo ex terra Canaan a linguarum confuſione, quæ anno ante N. C. 2176 affigitur, egreſſus, poſtquam hunc ad Indum & Gangem fluvios, in prima ſcilicet India, reliquiſſet, ille ad Koangum ſive Croceum, & Kiangum ſive Cæruleum fluvios, vel ſecunda India, conſedit, ubi nempe Sinæus in perennem ſui, ditionisque paternæ Canaan memoriam, urbem *Sin-Kan*, hodie *Sin-gan* dictam, velut futuram Gentis metropolim condiderat. Licet porro nulla Sinæi, quando mortuus fuerit, ac filiorum, quos reliquerit, mentio recurrat, cum tamen Sinenſium Annalium teſtimonio (*Cf. Pray. in Diſſer. præv. de orig. Hunn.*), plures illico Dynaſtias, quæ totidem filios familias referunt, fundatas fuiſſe; & *Yaus Cunum* uſque ad A. M. 2008, qui ante natum A. M. 4054 Chriſtum, bis millenus quadrageſimus ſextus eſt, communi poteſtate regnaturum, in Regni conſortem aſſumſiſſe; Yao dein fatis erepto, Cunus itidem cum *Ti-yuo* regnaſſe perhibeatur, ſatis liquet, Yaum, ſeniorem natu Sinæi filium, neglectis junioribus natu fratribus, cum filio ſuo Cuno; atque ita Yao decedente, Cunum perinde cum filio ſuo Ti-yuo regnaſſe, quorum nempe prior ſui memoriam in urbe ſen Dynaſtia *Yao-tehou*, ad lacum *Poyang* ſita hodiedum retinet, alter vero in memoriam communis avi urbem *Kam-fou*, cultiore dialecto noſtra *Kam-fal-ú* ſeu *Pekinum* fundaverit (*Cf. Hübn. Geogr. T. II. p. 741*), & colonis hujus incolas, a proprio nomine *Kú-nos*, quaſi ſermone noſtro *totos mares* & viros parte nulla effeminatos, diceres, compellari voluerit: quam tamen gentilium ſuorum compellationem Sinæ ambitioſum eſſe rati, eos potius a metropoli ſua *Kam-yong-os*, hoc eſt *Camopolitanos*, aut *Kam-fa-lú-enſes* vocitarunt.

f) Satis eſt, per Cunum, Yao vita functo, Ti-yuum ſuæ Dynaſtiæ *Hia*, vel *Kia* dictæ, quam ipſe in Hoangi, a Septemtrionibus ad Auſtrum deflectentis, ora fundaverat, Principem, adeoque filium ſuum in Regni conſortem adſcitum fuiſſe. Cuno interim circa A. 2 N. C.

ligneam, cujus proprietas ad Sanctimoniales antiquæ Sandecz pertinet, in qua etiam non sunt certi lanei dimensurati, sed species, neque potest numerus laneorum æstimari, & juxta quantitatem agrorum solvunt censum, alii plus, alii minus. Item quilibet Cmetho infra messem medium diem laborat in qualibet Septimana, extra messem vero non faciunt aliquos labores. Item rarione ofziep solvit quilibet unam siliginis mensuram, & duas avenæ mensuras confertas, & 4 grossos. Item non dant gallos, neque ova, neque caseos. Item ducunt omnes tres currus lignorum pro braxanda cerevisia pro Monasterio. Item omnes agri villæ solvunt, & conducunt decimam manipularem & conopalem mensæ Episcopali Krakovienſi, & valor ejus ad tres marcas, aliquando ad quinque. Item tabernæ. Item hortulaniæ. Item prædium ibi non est. Item non est Scoltetia. POLKOWICZE: Villa, sub Parochia (seu Vice-Archidiaconatu) de Podgorze (Ea pars, inquit Cluverus in sua veteri & nova Geographia (*Edit. Brunsvig. A.* 1672. *p.* 489), qua Carpaticis affixa est, jugis, Incolis PODGORZE, quasi submontana, indigitatur) sita, cujus proprietas ad Sanctimo-

X 2

cmethonales. Item ibi cenſus diverſificatur ſecundum quantitatem agrorum. Item ratione Oſziep & opravne ſolvit quilibet unam ſiliginis duas, & avenæ menſuras confertas, & 4 groſſos. Item non ſolvunt gallos neque caſeos, neque ova. Item nihil laborant. Item eſt ibi Scoltetus, habens unum lanеum liberum, habet etiam ſextum denarium de cenſu. Item eſt ibi taberna Scolteti. Item unus hortulanus & molendinum. Item ſolvitur decima manipularis & inducitur pro Epiſcopo Krakovienſi cujus valor æſtimatur ad 15 marcas. ZAVATHKA: Villa, ſub Parochia de Luneczko ſita, cujus proprietas pertinet ad Sanctimoniales antiquæ Sandecz, in qua ſunt 4 lanei emethonales, & quilibet ſolvit pro cenſu ſecundum quantitatem agrorum. Item unum gallum, 2 caſeos, 20 ova. Item unam Povabam laborant pro vere, alteram pro hyeme. Item ratione Oſziep ſolvit quilibet unam ſiliginis & 2 avenæ menſuras confertas. Item 4 groſſos ratione Oprawne. Item tabernæ. Item hortulaniæ. Item prædium. Item Scoltetia non eſt. Item minorem partem ex hac villa decimæ manipularis percipit Epiſcopus Krakovienſis, maior vero pars ejuſdem decimæ manipularis ſolvitur pro Monaſterio Sanctimonialium Sandecenſium. ZAGOCIN: Villa, ſub Parochia de Luneczko ſita, cujus proprietas pertinet ad Monaſterium Sanctimonialium Sandecenſium, in qua ſunt 6 lanei emethonales & ſolus cenſus diverſificatur ſecundum quantitatem agrorum, & ſolvit quilibet unum gallum, duos caſeos, & 20 ova. Item unam Powabam laborant pro vere, alteram pro hyeme. Item ratione Oſziep ſolvit quilibet unam ſiliginis & duas avenæ menſuras confertas, & quatuor groſſos ratione oprawne. Item Scoltetia eſt ibi, quæ habet unum lanеum liberum

---

minore nimirum Aſia, iſthuc delati non fuerint) propria eſſe, res ipſa loquitur. Ammianus, primo Magyarorum in Europam egreſſui coævus, ita (*L. 31 C. 2*), ait: "Hunni equis prope „ affixi, — & muliebriter iiſdem nonnunquam inſidentes, funguntur muneribus conſvetis. Ex ipſis „ equis in hac natione pernox & perdius emit & vendit, cibumque ſumit & potum, & inclina„ tus cervici angustæ jumenti, in altum ſoporem ad uſque varietatem affunditur ſomniorum, & „ deliberatione ſuper rebus propoſita, hoc habitu omnes in commune conſultant."

n) Incolas Tauricæ Cherſoneſi, olim Rhoſos, vel Ruſſos Araxenos, fuiſſe appellatos, teſtatur etiam Tzetzes (*Chil. 2. Hiſt. V. 393 ap. Aſſem. l. c.*), inquiens:

Tauri, generis boum *maſculi*, vocantur.
Eſt & genus *Scythicum*: quia vero hoc obſcurum eſt,
Clarius indicavi: *Tauros* vocari gentes *Rhos*."

Tzetzis nimirum ævo vulgarius adhuc erat vetus nomen *Rhos*, quam recens *Taurorum*, quod Græci quidem Cuno-Magyaris, Scytæ Araxeni autem, ex Cherſoneſo & Cimeria ejecti, eiſdem Sy-mann-orum per contumeliam populariter ideo indidere, quod ſe pro *maribus* eminenter compellarent. Prayus in epiſt. reſponſ. ad Bened. Cotto p. 234, inter complures harmonicas Mogolum & Hungarorum voces, eam quoque adfert, qua *maſculi* Mogolibus *Khun*, Hungaris *Kun* & *Kan* dicuntur. Ut adeo vetuſtiſſimis Majoribus noſtris, per Armeniam Araxe-

berum, & proprium molendinum. Item tabernæ. Item hortulaniæ. Item omnes agri villæ ſolvunt, & conducunt decimam manipularem & conopalem, pro Monaſterio Sanctimonialium, & valor ejus æſtimatur ad 5 marcas. Præter duos laneos, de quibus ſolvitur Eccleſiæ, & Plebano in Luneczko. MASZKOVICE: Villa, ſub Paroehia de Luneczko ſita, cujus proprietas pertinet ad Cœnobium Sanctimonialium Sandecenſium, in qua ſunt 16 lanei emethonales, & ſolvit quilibet pro cenſu unum fertonem. Item unum gallum. Item 2 caſeos. Item 20 ova. Item unam Powabam laborant pro vere, alteram pro hyeme. Item ratione Ofziep ſolvit quilibet, unam ſiliginis, & duas avenæ menſuras confertas, & 4 groſſos. Item taberna eſt, habens agros, & ſolvit pro cenſu 3 fertones. Item Scoltetia non eſt. Item hortulaniæ non ſunt. Item PRÆDIUM. Item omnes agri emethonales, & tabernæ ſolvunt & conducunt decimam manipularem & conopalem pro Epiſcopo Krakovienſi, & valor ejus æſtimatur ad 14 marcas. SZENCSCH: Villa, ſub Parochia Eccleſiæ de Luneczko ſita, cujus proprietas ad Sanctimoniales pertinet, in qua ſunt quatuor lanei emethonales, tres ſolvunt per 20 Scottos, quartus autem ſovit 10 Scottos. Item unum gallum, item duos caſeos. Item 20 ova. Item Powabam non laborant neque pro hyeme, neque pro æſtate. Item quilibet ratione Ofziep ſolvit unam ſiliginis, & duas avenæ menſuras confertas, & 4 groſſos. Item Scoltetia eſt, & habet duos laneos liberos, & ſextum denarium de cenſu. Item tabernæ, item hortulani. Item omnes agri emethonales, & ſcoltetiales ſolvunt, & conducunt decimam manipularem & conopalem pro Epiſcopo Krakovienſi, & valor ejus æſtimatur ad ſeptem marcas. STAYNYACZYN: Villa ſub Parochia Eccleſiæ de — —

xenam diffuſis, nomen *Taurorum* prius indi nequiverit, quam Cherſoneſum Cimeriam, ejectis Scythis Rhotis vel Rhoxolanis, Ruſſis nempe & Alanis, occupaverint. Cherſoneſus eam hæc a Cunis, qui Cimerios, certiſſimam Gomeri ſobolem, primum ex Aſia minore iſthuc ejecerunt, poſtea vero ad aliam peninſulam, de ſuo nomine Cimbricam Cherſoneſum appellatam, commigrare coegerunt, Taurica dici cœpit. Plinio igitur & Ptolemæo male dicuntur *Tauro-Scythæ*, qvum reapſe *Tauro-Mogori*, vel *Tauro-Hunni* debuiſſent dici. Nam *Cuni*, quibus cognomen *Taurorum* a Græcis; *Cumanorum* vero a Scythis & Latinis appingebatur, non erant *Scythæ*, ſed *Magyari* vel *Hunni*. Quod porro Tzetzes *Tauros* quoque ſeu *Cunos* gentibus *Rhos*, vel Roſſis aut Ruſſis accenſeat, inde eſt, quod illi perinde, ſicut antea Rhoxolani Armeniam Araxenam & Cimeriam cum Cherſoneſo Regionem incoluerint. Cuni hi, vel Cumani, Tauricæ Cherſoneſi accolæ (Cf. Not. 55. 1) ac diſerte Boſphorani, quod Boſphori, ſeu freti, a bove meabilis, Duci paruerint, *Útz-turuk-úr-i*, nobis *Úſz-torok-úr-é* hoc eſt: Græcorum *Uturguri*; Cuni autem Iſthmiani, ſuo itidem Duci parentes, quod iſthmum, rupibus munitum (Hunnice Kalantya *(Cf Not. 1 med.)* vocitatum) incoluerint, *Kú-turuk-úr-i*, nobis *Kö-torok-úr-é*, hoc eſt: Græcorum *Cuturguri*, nomine, a populari Hunnica denominatione deſumto, appellari cœperunt *(Cf. Turótz. P. I. C. 4)*. Sed neque Sanctis Eccleſiæ Catholicæ Patribus ignota erat prædandi Ezechielis Rhoſiæ, atque adeo Strabonis & aliorum Rhoxolaniæ vel Ruſſiæ applicatio. Hungaris enim, A. C. 425 contra occidentales Romanos ab Ætio Duce in Italiam evocatis, iidem Græcos ab invadendis Regionibus ſuis, ad iſthmum

ſira, in qua ſunt lanei emethonales, & quilibet ſolvit pro cenſu 1 fertonem. Item unum gallum. Item 2 caſeos. Item 20 ova, proprietas Sanctimonialium de antiqua Sandecz. Item Powabam non laborant, neque pro hyeme neque pro æſtate. Item quilibet pro ratione Oſziep ſolvit unam ſiliginis, & 2 avenæ menſuras confertas, & 4 groſſos. Item Scoltetia non eſt in Villa eadem, neque taberna, neque hortulaniæ. Item omnes agri Villæ ſolvunt, & conducunt decimam manipularem, & conopalem, pro Epiſcopo Krakovienſi, & valor ejus æſtimatur, ad 4 marcas. Item non eſt prædium in villa præfata. Item neque molendinum confinat, cum Olcana. OHODNICZKA: Villa, ſub Parochia de Lunczko, in qua ſunt 4 lanei emethonales, & quilibet ſolvit pro cenſu unum fertonem. Item unum gallum. Item duos caſeos. Item 20 ova. Proprietas Sanctimonialium. Item Powabam non laborant neque pro hyeme neque pro æſtate. Item quilibet ratione Oſziep ſolvit unam ſiliginis & duas avenæ menſuras confertas & 4 groſſos. Item Scoltetia non eſt, neque taberna neque hortulania. Item omnes agri villæ ſolvunt & conducunt decimam manipularem, & conopalem pro Eccleſia, & Plebano in Lunczko, & valor ejus æſtimatur ad

4

ſtrum ſitis, abſtracturi, *Rhugam*, quem Theodoretus *Rhoilum* vocat, Rhos-anorum, jam vero Rugorum, ſerius Ruſcorum, vel Ruſſorum Ducem, ſibi obnoxium, in Thraciam immiſerunt; quo ſper Theodoſium Imp., pro ſalute urbis excubantem, feliciter amoto: " Proclus Epiſcopus „ (*ap. Socrat. Hiſt. Eccl. L. VII. C.* 43) ſermonem faciens in Eccleſia, qvum Ezechie„ lis Prophetiam ſaluti, tum a Deo collatæ, adaptaviſſet, ingenti plauſu & admiratione exceptus „ eſt. Propheta autem ſic habet: *Et tu fili hominis prophetiza ſuper Gog, Principem* „ *Rhos, Moſoch & Thobel, judicabo enim illum morte, & ſanguine, & imbre* „ *inundante, & lapidibus grandinis.* " Proclus igitur CPoleos Epiſcopus, nomen Rhos pro Ruſcis vel Rugis, unde appellativum Ducis nomen, more Græcorum, efformarat, manifeſte intellexit; nam Rugi, quorum Dux Rugas, erant e Gothorum Balticorum, Hungaris obnoxiorum, gente, atque adeo etiam Rhoſi, Rhoxani vel Ruſci, juxta hodiernam orthographiam Ruſſi. Annalium Bertinianorum author ad A. C. 839 (*ap. Aſſem. T. I. p.* 239) de Legatis ad Ludovicum Imperatorem ex Oriente advenientibus hæc ſcribit: " Venerunt etiam Legati „ Græcorum a Theophilo Imp. directi; Theodoſius videlicet Calcedonenſis, Metropolitanus „ Epiſcopus, & Theophanius Spatharius, ferentes cum donis, Imperatore dignis, Epiſtolam. — „ Miſit etiam cum eis quoſdam, qui ſe, id eſt, Gentem ſuam *Rhos* vocari dicebant. Quos Rex „ illorum, Chacanus (*Cf. Not.* 66 a) vocabulo, ad ſe amicitiæ, ſicut aſſerebant, cauſa di„ rexerat. Petens per memoratam epiſtolam, quatenus benignitate Imperatoris redeundi facultatem atque auxilium per Imperium ſuum totum (*Germanicum*) habere poſſent: quoniam itine„ nera, per quæ ad illum venerant, inter barbaras & nimiæ feritatis gentes immaniſſimas (*Gothos quippe aut Ruthenos, per Lodomeriam & Galiciam, ſerius ita dicendam, diffuſos, intelligit*) habuerant, quibus eos (*Theophilus*) ne forte periculum incideret, „ redire noluit. Quorum adventus cauſam Imperator (*Ludovicus*) diligentius inveſtigans, „ comperit eos gentes eſſe Sveonum (*mare Balticum accolentium*) "

o)

4 marcas. Item non eſt prædium in villa præfata, neque molendinum. WOLIDZA: Villa, ſub Parochia de Lunczko ſita, cujus proprietas ad Sanctimoniales Sandeczenſes pertinet, in qua ſunt 3 Lanei emethonales & quilibet ſolvit unum fertonem pro cenſu. Item unum gallum. Item 2 caſeos. Item 20 ova. Item Powabam neque laborat, neque pro hyeme, neque pro æſtate. Item ratione Oſziep ſolvit quilibet unam ſiliginis, & duas avenæ menſuras confertas, & 4 groſſos. Item non eſt prædium neque taberna neque hortulania. Item omnes agri villæ ſolvunt & conducunt decimam manipularem, & conopalem, ad Epiſcopalem menſam Krakovienſem, & valor ejus æſtimatur ad 3 marcas. Item non eſt in villa præfata Scoltetia. NN: Villa - - - cujus proprietas ad Sanctimoniales Sandeceenſes pertinet, in qua ſunt 4 lanei emethonales, & quilibet ſolvit unum fertonem pro cenſu. Item unum gallum. Item 2 caſeos. Item 20 ova. Item Powabam non laborat neque hyeme neque æſtate. Item ratione Oſziep quilibet ſolvit unam ſiliginis & duas avenæ menſuras confertas, & 4 groſſos. Item non eſt prædium, neque taberna, neque hortulania. Item omnes agri villæ ſolvunt & conducunt decimam manipularem & conopalem pro Monaſterio Sanctimonialium antiquæ Sandecz, &

o) Atque ut epiſodium hoc de Sarmatarum, Scytharum & Hunnorum originibus jam concludamus, cum certum ſit, Græcos, qui ſuas origines, palpum reliquis gentibus obtruſuri, ultra genus humanum ad cœlos extulerunt, non modo ſuarum, vicinarumque Regionum viciſſitudines, verum etiam Heroum ſuorum, inter majores & minores Deos relatorum, acta fabulis tantopere obruiſſe, ut multa, iſthuc facientia, diſcerni vix poſſint; cum, inquam, Græci non aliam, quam Græcam Sarmatarum, & Scytharum etymologiam agnoſcant, dum quippe Sarmatas, dictos fuiſſe volunt *Sauromatas* ab oculis lacertarum: *Sauros* enim lacerta eſt, & *omma* oculus, quo etymo ad illud Græcum alludunt *Arimaſpi*, monoculi, quia nimirum, quum peritiſſimi ſint jaculandi, altero oculo connivent, ut rectius colliment; Scytharum vero denominationem partim a quodam *Scytha*, Herculis filio, a quo Scythiam fuiſſe dictam, comminiſcuntur, partim a voce Græca *Skytos*, quæ corium ſignificat, propterea, quod coriaceis tentoriis uſi fuerint, derivant, quaſivero etiam Alexandri M. exercitus, ipſeque adeo Alexander, quibus teſtante Curtio, coriacea tentoria erant, inter Scythas referri debuiſſent, cum tamen Græci, ac inter hos ipſi Macedones, ſe ſolis excluſis, omnes reliquas Gentes pro barbaris & Scythis habuerint, nihil ſupereſt aliud, quam ut ſententiam doctiſſimi Bocharti (*Cf. Aſſem. T. I. p.* 200), qui *Sarmatas*, quaſi Medorum reliquias, a *Madai*, Genearcha Medorum, *Scythas* vero a reliquis Japheti filiis, ex Armenia Araxena & Aſia minore in Europam tranſeuntibus, derivat, amplectamur. Huc accedit Beroſi, quem Joſephus Flavius Judæus Herodoto antiquiorem fuiſſe teſtatur, Genealogia filiorum Noemi (*ap. Pray. in ep. reſp. ad Bened. Cetto p.* 30, 51, 84), tenore cujus *Scytha* Priſcus, ex *Araxa* Priſca progenitus, ultimum inter *Thuiſconis* filios locum occupat. Beroſi *Thuiſco*, Taciti *Tuſco*, Plinii & aliorum *Tbento*, communi Scriptorum ſenſu, *Germanorum* pater fuit. Quemadmodum autem ſub *Scytha Priſco* nihil aliud, quam Aſia minor, ita ſub Araxa Priſca nihil aliud, quam Armenia Araxena intelligi poteſt. Igitur Scytham Priſcum, a cujus patre Thuiſcone ſuam quoque Gens Teutonica denominationem eſt ſortita, non modo inter Germanos vel Gothos collocari, verum etiam Gentem ipſam Germanorum *proprie* Scythicam eſſe oportet. Quod attinet

valor ejus æſtimatur ad 4 marcas. Item non eſt in villa eadem Scolretia neque molendinum.

Ex Libro beneficiorum Monaſteriorum Dioœceſis Cracovienſis anni 1440. deſcriptum, & Sigillo Reverendiſſimi Capituli Eccleſiæ Cathedralis communitum. Joſephus Synowczynski Apoſtolicus & Reverendiſſimi Capituli Cathedralis Cracovienſis Notarius m. p. (L.S.)

XLI.

---

attinet Græcorum Maſſagetas, Perſarum Sacas, eos Procopius (*de B. V. L. I.*) ubique pro Hunnis habet, ac inter alia diſerte *Maſſagetas, ſeu, ut jam vocitant, Hunnos*, commemorat. Idem (*de B. P. L. I. C. 3*) Maſſagetas, Oxum fluvium accolentes, mirifice laudat, & cum Hunnis Ephthalitis, vel Cidaritis, quibus inter alios, teſtante Priſco Rhetore, Atila quoque ac filius ejuſdem Ernachus imperabat, eoſdem facit. Theophanes infelicem Valentis Imperatoris occaſum ad A. 378 deſcribens ait inter cetera: " Gothos, vernacula ipſorum lingua Scythas „ (*hoc eſt:*) Schütten *ſeu* Schützen (*Jaculatores*) nuncupari, Trajanus Patricius in ſua Hiſtoria aſſerit. " Priſcus Rhetor, Maximini ad Atilam, Hunnorum Imperatorem, Legati ſocius, ex Legatione redux, itineris rationem verſus CPolim ita proſequitur: " Berichus vero „ (*Nuncius Atilæ*) uſque dum Scythia (*Hungaria*) exiſſemus, communi eademque „ via nobiſcum iverat, -- ut Iſtrum trajecimus, -- nos inimicorum loco habuit. " Eunapius, a Sardibus, Lydiæ urbe, Sardianus appellatus, Anno C. 404 adhuc ſuperſtes (*pag. 21*) teſtatur: " Hunnorum nomen Scythas (*Gothos autem diſerte intelligit*) ferre noluiſſe. " Ita etiam a contrario Priſcus (*Edit. Poſon. C. II. ſ. 22*) innuit: " *Neque Scytharum nomen Hunnos ferre voluiſſe*, ac propterea inter Maximini & Berichi Legatorum ſervos primum, dein ipſos quoque Legatos exorta fuiſſe diſſidia. " Praysus (*in Diſſert. præv. de Hunn. p. 7*) „ ſcribit: *Sigefridus Beyerus*, vir e ſuis Diſſertationibus, quas Commentariis Eruditorum Academiæ Petropolitanæ inſerit, magnam a doctis laudem conſecutus, res Hunnorum tractandas „ ſuſcepit, cum ex inſtituto Ruſſicas tractaret. Magnæ diligentiæ & exquiſiti judicii ſunt, quæ „ de Hunnis ſcripſerat, conjectura fere id aſſecutus, quod *Deguineſius* -- ex Sinicis annalibus „ in literas retulit. " Fuere (*inquit laudatus Beyerus in epiſtola ad Mathiam Belium, „ quæ habetur in apparatu ad Hiſt. Hung.*) a Volga uſque ad Sinas ab antiquiſſimis temporibus magna Hunnorum Imperia. " Quam vere hæc & quem in modum accipienda ſint, de„ inceps referemus. -- Quod autem *Hungaros aliarum originum populos, quam Scytharum* „ exiſtimaverit, ea res *Deſericium*, operoſum alioqui Scriptorem, ita commovit, ut Beyerum „ audaciæ in ſentiendo poſtularet. " Audaculus (verba ſunt Deſericii de Init. Majorum Hung. L. „ II. C. 1. not. y) Theophylus Sigefridus Beyer, -- Petropoli -- Antiquitatum Profeſſor, origine alioquin Hungarus, in epiſtola ad Mathiam Belium - *Res*, inquit, *a Scythis geſtæ nihil ad Hungaros.* " Hoc Deſericii de Beyero, & hujus de Hungaris judicium eſt. " Rectiſſimum autem fuiſſe Beyeri judicium hoc, omnia, quæ hactenus allata ſunt, evidenter probant. Ut adeo graviſſime aberrent Hungari, qui a primæva Majorum ſuorum cogitandi ratione deficientes, Genti ſuæ nomen Scytharum (*Szittyai*), tanquam proprium: imo etiam Atilæ, Scytharum Regis axioma (*vide opuſculum AD HUNGAROS Vindobonæ A. 1798 editum p. 13*) appingere ſuſtinent, cum tamen illud inde ab initio Nationibus Gothicis & Slavicis, a Japheto deſcendentibus, nobis vero ſemper populare Magyarorum, ſive Hunnorum aut Hungarorum competierit.

XLI.

Magiſter Jacobus, Præpoſitus Scepuſienſis, nonnullarum Villarum Decimas Eccleſiæ Markusfalvenſi attribuit. A. D. 1280.

EX AUTOGRAPHO, in decimali Nobilium Comitatus Scepuſienſis, contra Venerabilem Clerum Scepuſienſem defluente cauſa (70), per Venerabile Capitulum Scepuſienſe coram Excelſa Curia Regia Judiciaria producto.

NOS Magiſter Jacobus, Præpoſitus de Scypus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in Domino. Quoniam Prælatorum curæ intereſt, Honori Eccleſiarum ſibi commiſſarum intendere, videlicet ut in eis divinum Officium debito & honeſto modo expleatur, & officiantes eaſdem ſufficienti ſuſtentatione non fraudentur, ne uno, plus cæteris abundante, alii propter defectum ſuſtentationis eas deſerere, licet inviti, compellantur. Cum igitur Eccleſiam de Villa Marci, ad honorem Dei viventis erectam, & S. Michaeli Archangelo conſecratam, (in) redituum conſpexiſſemus paucitate, volentes animæ noſtræ ſalubriter providere, nec non diem cupientes extremæ meſſionis operibus prævenire miſericordiæ, ex virtute Legalitatis noſtræ & Fratrum noſtrorum Capituli Eccleſiæ noſtræ, maturo interveniente conſilio, univerſas Decimas, provenientes de prælibata Villa Marci, & de Villa Marcus, Decimas de Villa Stephani Aurifabri, cum Decimis filiorum Menardi, & cum Decimis, filiorum Brun provenientibus, ſecundum con-

70) Decimalis cauſa hæc, Actoribus Inclitі Comitatus Scepuſienſis Nobilibus contra Venerabilem Clerum Scepuſienſem A. 1769 die 3tia Junii coram Inclita Tabula Regia Judiciaria Peſtini ſuſcitabatur, quæ ſubinde hanc tulit ſententiam Anno 1771 Die 4. Septembris. DELIBERATUM EST: " *Antiquiſſimo Capituli deſumtionis Decimarum actionalium uſu, variis etiam Conventionis, & iteratis Terræ Principum Protectionalibus, quin imo Sententia quoque Palatinali conſtabilito, ex actis proceſſualibus eveniente, in his vero circumſtantiis Parte I. neque ex genuino Art. 14. 1765 intellectu ad productionem Privilegiorum ſtringi queunte, eandem Partem I. in præhabito uſu ſtabiliri, & ab impetitione Partis A. abſolvi.* "

Parte vero A. Sententiam prohibente: Anno 1773 Die 17. Februarii DELIBERATUM EST: " *Prohibitam non ſtare* "

Parte porro A. reverenter appellante: Anno 1773 Die 20 Septembris In Excſa Tabula Septemvirali DELIBERATUM EST: " *Parte I. ad exigentiam Articuli* 14. 1765 *Pri-*

consvetum morem & approbatum cæterarum circumjacentium Ecclesiarum Plebanicarum, cum omnibus suis pertinentiis, & utilitatibus dedimus, donavimus & contulimus jam dictæ Ecclesiæ B. Michaelis Archangeli, pleno Jure sine refragamine quolibet, & non alicujus præjudicii obstante gravamine, perpetuo pacifice & irrevocabiliter possidendas. Hoc non prætermisso, quod Plebanus ejusdem Ecclesiæ, qui ibidem pro tempore fuerit constitutus, nobis, & successoribus nostris, singulis annis Cathedraticum & procurationem ratione Visitationis, more aliorum Plebanorum vicinorum, solvere teneatur. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præsentes Literas duximus sigillandas. Datum Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo.

XLII.

Privilegium in Articulo 70. 1563. *provocatum non producente, Partem A. ex universali Lege ab onere pendendarum a fundis suis curialibus Decimarum absolvi, & legalem executionem decerni.* "

Pars interim succumbens I., occasione executionis Juridico *Repulsionis* remedio usa, per A. pro Die 28. Februarii A. 1774 ad Eandem Inclitam Tabulam Regiam Judiciariam denuo evocabatur, quæ subinde hanc tulerat Sententiam: Anno 1775 Die 27. Januarii DELIBERATUM EST: " *Parte I. Privilegium in Articulo* 70. 1563 *provocatum sub Nro* 14., *subseque sub Nris* 16. 17. 18. *plurium Regum confirmatione roboratum, exhibente, eodemque tum ex ratione antiquissimi, Privilegioque proximi usus, tum vero quod usus Cleri Scepusiensis in alia tributi specie præhabitus per Partem A. non doceatur, ad actionales Decimas applicato, redita taliter sufficienti Repulsionis ratione, eandem partem I. ab impetitione Actorea absolvi.* "

Parte autem A. iterum reverenter appellante: Anno 1775 Die 2. Septembris in Excelsa Tabula Septemvirali DELIBERATUM EST: " *Privilegio Emerici Regis sub Nro* 14, *substrato actionali, nullatenus applicabili, adeoque ratione Repulsionis, per Partem I. non reddita, eandem in pœnis actionalibus convinci, legalemque tam hujus, quam prioris, Repulsione impeditæ, Sententiæ executionem decerni.* "

Privilegium vero sub Nro 14 erat sequens: " In Nomine Sanctæ Trinitatis & Individuæ „ Unitatis. Emericus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Ramæque Rex; Omnibus no„ tificamus: Quod, quia Sanctissimus Rex Stephanus & Beatus Ladislaus Rex, Hungariæ Re„ ges Nostri Patres & Prædecessores ordinaverunt, recepto Apostolico mandato, ut de omni„ bus proventibus Regalibus, nunc habitis, & quoquo modo & nomine habendis, atque ampli„ andis, Rex Hungariæ, quicunque fuerit a Deo, coronatus per Sedem Strigoniensem, in fi„ gnum Catholicæ fidei Decimam solvere deberet Archiepiscopo Strigoniensi, a quo fidem baptis„ matis & Coronam receperunt. Nos eadem fide, qua ipsi salvari volentes, in perpetuum sta„ tuimus, quod de omnibus proventibus Regalibus Archiepiscopus Strigoniensis Decimam ad ple„ num recipere debeat, prout semper receperunt. Item Decimam tributorum in Terra Scepus„ & in Posonio ipsi Domino Archiepiscopo Strigoniensi in perpetuum pro mensa sua, sicut per San-

„ ctos

XLII.

Andreas III. ratam habet Saxonum & Latinorum Scepuſienſium Univerſitatis jurejurando firmatam ſponſionem, quam ſuis Plebanis de juſtarum Decimarum (71) præſtatione fecerant, Anno Domini 1230.

EX AUTHENTICO Venerabilis Capituli Scepuſienſis Tranſumto. Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 264.

ANDREAS Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum noticiam harum ſerie volu-

A a

„ ſtos Reges erant donatæ; Item pro ſalute noſtra & pro diſcordia vitanda, exemplo Sanctorum „ Regum donavimus in perpetuum Domum Regalem in Caſtro Strigonienſi, quæ nondum fuit o- „ pere conſummata, eidem Strigonienſi Archiepiſcopo: tamen tempore neceſſitatis noſtræ ipſe Do- „ minus Archiepiſcopus Nos in eadem recipere tenentur. Datum per manus Domini Katapani, „ Epiſcopi Agrienſis, Aulæ Noſtræ Cancellarii. Anno ab Incarnatione Domini *Milleſimo* „ *centeſimo nonageſimo octavo.*

71) Qualiter antea Decimæ in Hungaria deſumi conſueverint, ſequens Colomani I. Regis, A. 1111 Arbenſi Eccleſiæ conceſſum Privilegium (*ap. Lucc. L. III. C. 4*) ſatis clare oſtendit: " Ego „ Colomanus, Dei gratia Hungarorum Rex, per miſericordiam Dei potitus Regno Dalmatiæ „ atque Croatiæ, aſſentimus, & quantum ad nos pertinet, confirmamus Arbenſi Eccleſiæ ſuas Pa- „ rochias. -- Poſtea neceſſarium duximus, cum utriuſque Regni univerſo conſilio, ut qua liber- „ tate fruuntur Clerici Hungariæ, fruantur & Clerici Dalmatiæ, -- hoc modo decimationem „ quemadmodum in Hungaria accipiant Priſtaldus Regis cum Priſtaldis Epiſcoporum ex decimatione, „ Epiſcopi ipſi accipiant decimam partem, ex qua Priſtaldus Regius dimidiam partem illius decimationis „ accipiat, Priſtaldi vero aliam dimidiam cum Curiali Comite (*Cf. Not. 20. e*) ſui Epiſcopi „ per medium dividant, & ſic Curialis Comes dimidiam ſibi habeat, Priſtaldi vero aliam dimi- „ diam inter ſe dividant. " Ex hoc patet, Regibus Hungariæ *vigeſimam*, Priſtaldis autem (ſeu fidedignis Regio ac Epiſcopali Commiſſariis, a verbo Slavico *priſtogim*, id eſt: *adſto*: cujus præteritum *priſtal* flectitur, ita dictis) ſeorſim per *octuageſimam*, Curiali denique Comiti, ſeu Epiſcopalis Curiæ Præfecto, ipſius Epiſcopi nomine, *quadrageſimam* obtigiſſe. Id ipſum e genuino S. Stephani Decr. L. II. C. 52. intellectu eruitur: " Si cui Deus decem dederit in an- „ no, Decimam DEO det, & ſi quis *decimationem Epiſcopo* (a Regia) *ſeparatam*, furatus fuerit, dijudicetur ut fur. " Huc accedit Andr. Reg. Decr. art. 20 & ſeq.: " Decimæ Argento „ non.

volumus pervenire. Quod discretus vir Jacobus, Plebanus de Igluhaza, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis Privilegium seu ordinationem Judicum & tocius Universitatis Saxonum de Provincia Scepusiensi, super facto solucionis seu exactionis Decimarum, per eosdem ordinate, confectum, petens a nobis cum instancia, ut ipsum Privilegium ratum habere, & nostro dignaremur Privilegio confirmare: cujus quidem Privilegii tenor talis est:

Elias, Comes Saxonum & Latinorum, *(Cf. XXIX. & XXXI)* & Consules ceterique Saxones & Latini *(jam uniti, Cf. VII)* de Provincia Scepusiensi; Omnibus, presens Scriptum inspecturis, salutem in eo, qui omnium est vera salus. Dum error iniqvus vetustatis, linea recta vere justicie corrigitur, constat necessarium, ut nota linee correccionis tanta exprimatur superficie, ne linea deleta error dilabendi revertatur ad

---

„ non redimantur, sed sicut terra protulerit, vinum & segetes, persolvantur, &, si Episcopi contradixerint, non juvabimus ipsos. Episcopi super prædia servientium eqvis nostris decimas non dent, nec ad prædia Regalia populi eorum decimas suas apportare teneantur. "

Ex his apparet, Episcopos plerumque decimas suas elocare, Reges autem ad horrea prædiorum suorum, ubivis prostantia, cellasque vinarias inferre consveviſſe, ac propterea Episcopalium decimarum Locatores damnis non raro exponi contigiſſe: ut adeo Rex Andreas finem qverimoniis posituras, hac Lege statuendum censuerit, quo Episcopi decimationem suam, a Regia separatam, sub incursu denegandæ, contra fraudatores assistentiæ Regiæ in natura percipiant. Legem hanc adhuc sub Sigismundo & Mathia Corvino Regibus observatam fuiſſe, articuli 6. 1411. & 8. 1481 testantur. Apparet, inquam, id quoque, Episcopos & Prælatos plane ita, sicut Castra seu Comitatus, suos habuiſſe Jobagiones, prædialibus Ecclesiarum portionibus titulo militiæ provisos, quorum decimas Regiæ udvornicales Curriferorum villæ, *Zekeres* vocatæ, frequentius tam in Registro Judicii ferri candentis, Ecclesiæ Varadiensis, quam Privilegiis commemoratæ, ad cellas vinarias & horrea Regia convehere solebant, dumque per curriferos hosce Regios præstanda eqvorum ab Episcopis ad rationem decimationis ex parte colonorum & prædialium suorum Nobilium intertentio exigeretur, hac Lege onus non modo isthoc sublatum, verum etiam colonos Episcopales a Decimis suis ad promptuaria Regia, ut antea consveverant, devehendis, exemtos haberi. Apparet denique Regias vectigalia sola Decimarum totius Regni, allodialibus præcipue possessoriis Prælatorum ac Nobilium exclusis, rata medietate, opes avo adhuc Andreæ II. magnas fuiſſe, a proportione harum, & aliorum Regalium ac Regalium tenutorum, armenta quoque pecorum & greges pecudum in omnibus Regni Comitatibus vel Castris diffundi oportebat. Ceterum

Jus desumendarum per universam, inclusis Partibus, Hungariam *majorum*, in frugibus omnis generis, & minorum in agnellis, porcellis, apibus, anseribus, pullis &c. subsistentium Decimarum, ex generali, Regno convæ Legis dispositione, Reges & concernentes Prælatos respexiſſe certum est. Saxonibus interim, a Geyza II. Rege sub certarum Libertatum sponsione vocatis, per Scepusiensem Terram inter Hungaros & Slavos confidentibus, iidem Decimas majores & minores nec Regi neque Prælato suo, Scepusienſi utpote Præposito, verum indicante Stephanaeo anni 1271 Privilegio (XXIX) Sacerdotibus suis præstabant. Ut adeo Saxonibus, præstito

ad priſtina, & dicatur, eſt error noviſſimus pejor priore; Noverint igitur univerſi preſens ſcriptum inſpecturi, quod frater Corardus, vir Deo devotus, de Ordine Heremitarum Sancti Auguſtini, ex mandato & precepto Sanctiſſimi Patris noſtri Domini Philippi, miſeratione Divina Firmani Epiſcopi, Apoſtolice Sedis Legati, ad noſtram Provinciam delegatus, pro ſalute animarum noſtrarum, & ſtatus noſtri reformacione, maxime ſuper errore veteri Decimarum, in noſtra Provincia hactenus non juſte nec ordinarie perſolutarum, literas nobis patentes ipſius Domini Legati, Patris noſtri Sanctiſſimi, demonſtravit, in quibus didicimus, ipſum nos ſancta & paterna exhortari ammonicione, ut juſtas ex integro daremus Decimas, illi non ſubtrahentes partem, qui nobis largiretur totum, affirmans, quod ſine amminiſtracione juſtarum Decimarum noſtras animas ſalvare aliquatenus nequiremus, & quod conſvetudo, quam pretendimus fuiſſe ordinatam Patrum noſtrorum temporibus, ſcilicet ut duodecimam erogaremus partem congregatam, & preparatam, pro Decima non collecta nec preparata, non poſſet cum aliqua fieri juſticia, ſed pocius dici poſſit corruptela, & animarum noſtrarum perpetue damnacionis cauſa. Nos vero ammonicionem Sanctiſſimi Patris noſtri audientes tam ſalutarem, docti, & reformati per ſanctam predicacionem viri Religioſi, ejuſdem Fratris Corardi, cum Univerſitate populi tocius noſtre Provincie, uſi deliberacione communi, eodem fratre Corardo nobis injungente, in remiſſionem peccaminum Patrum noſtrorum, ac animarum noſtrarum, illi corrupte conſvetudini abrenunciavimus, & abrenunciamus, & preſtito Sacramento promiſimus & promittimus, Sacro-Sancte Romane Eccleſie obedire, & ampliùs juſtas dare Decimas, prout ſumus eruditi ab eodem Fratre Corardo, & ſicut Hungari & Slavi (72) ſuas

---

ſtito Sacramento, hac occaſione regulatis, pateat, hanc ipſam Decimas, nemini alteri, quam Sacerdotibus unice ſuis, præſtandi obligationem, inter ceteras Regiorum Saxonum Libertates & Prærogativas, Privilegiis firmatas, relatam fuiſſe.

72) Inter Slavos, Hungariæ incolas (*Cf. Not.* 60), jam olim opera SS. Cyrilli & Methodii (*Cf. Not* 43 g. h. i.) converſos, ac ſubinde ad Phocianum Schiſma deflectentes, etiam Rutheni, partim Almum ex Lodomeria & Galicia comitati, partim ſuapte adventantes, partim denique, ac diſerte ad Scepuſium a Comite Jordano de Gorgon (XXII) acciti, plerique omnes inde a S. Stephano, Hungarorum Apoſtolo, Ritum Græco-Catholicum ſecuti, reſernuntur, quorum alii, Latinum ritum aſſumentes, Slavis accenſebantur, alii vero in Græcanico Ritu perſeverantes, hodiedum Rutheni dicuntur. Quia vero CPolitanæ cum Romana Eccleſia æmulatio ac Rituum diverſitas, maximum in rem Hungariæ Partiumque adnexarum hiſtoricam Seculi hujus XIII, partim Tatarorum vaſtatione, partim vitilis Arpadum ſtirpis interitu, adeo nefaſti, nexum habeat, nonnulla de hiſce diſſidiis attingenda ſunt.

a) Primis duobus hodiernæ Hungariæ Seculis, Abbatias quoque ac Regales Præpoſituras potiſſimum Græci Ritus Catholicas fuiſſe, Diplomata & rerum adjuncta teſtantur. Ut enim S. Stephanum Regem, qui A. 1011 Græcas Moniales de Valle Veſprimienſi (*Cf. Kat. T. I. p. 168*) fundaverat, prætereamus, S. Ladislaus Vetero-Budenſem Græci Ritus Præpoſituram, a S. Stephano

erogant Decimas in toto Territorio Scepuſienſi. Et ne hec Sancta ordinacio, & ordinacionis preſtito Sacramento confirmacio, procedente tempore poſſit per aliquos noſtros heredes, heredumque ſucceſſores aliquatenus irritari, cum conſenſu univerſitatis preſentes decrevimus literas in perpetuam confirmacionem Sigilli terre communis munimine roborare. Acta ſunt hec in Liwche preſente viro Venerabili Luca, Prepoſito Sancte Strigonienſis Eccleſie, Aule Regine Majoris (reſpectu alterius Eliſabethæ, Caroli, Apuliæ Regis, filiæ (Turótz. C. 79), nurus utpote ſuæ, ſic dicta) Hungarie Cancellario, omnibus Plebanis & Laicis, ejuſdem Provincie Senioribus, ad eandem ordinacionem congregatis. Anno Domini Millesimo ducenteſimo octuageſimo.

Nos

---

phano ædificari cœptam (*Turótz. P. II. C.* 31 -), conſummavit. Andreas I, teſtante S. Gerardi Biographo (*ap. Kat. T. II. p.* 112) Tychoniense ac Viſegradienſe Monaſteria conſtruxit, quorum illud Benedictinorum, ex Latino-Græcis Monachis mixtum fuit, poſterius vero Monachos pure Græcos, ac diſerte Baſilitas (alii enim utriuſque ſexus religioſi Ordines primis duobus illis fere Seculis in Hungaria nondum erant) anno adhuc 1221 aluiſſe, probatur ex Literis Honorii III, (*ap. Kat. T. V. p.* 348), quibus Joanni, AEpiſcopo Strigonienſi (*Cf. Not. 8*), erga præviam Andreæ II Regis, inſinuationem, in hac rerum Occidentis contra Orientem conſenſione factam, admittitur, ut Græcis Viſegradienſibus Monachis Latini (quorum novelli aliquot Ordines, ac diſerte Ciſtercienſes, Sacri Sepulchri Hieroſolymitani, Præmonſtratenſes, Dominicani, Franciſcani, in ſuas claſſes diviſi, &c. ſe in Hungariam Parteique adnexas jam inſinuarunt) ſi abſque gravi ſcandalo fieri potuerit, ſufficiantur.

b) Anno equidem adhuc 1204 unum duntaxat pure Latinum in Hungaria Cœnobium, alia vero partim adhuc mixta, partim Græco-Catholica fuiſſe docent ſequentes Literæ: " Innocentius (III) - - Cariſſimo in Chriſto filio H. (*Henrico vel Emerico, ap. Kat. T. IV. p.* 735) Illuſtri Regi Ungarie, Salutem & Apoſtolicam Bened. Venientes ad Apoſtolicam Sedem dilecti filii H. G. A. & B, Monachi S. Egidii (*Ordinis S. Benedicti*) de Ungaria (*ſerius de Simigio, Veſprimienſis Diœceſis* (Péterf. Concil. P. II. p. 274), *rectius tamen de Somos, Agrienſis Diœceſis, dicendi*), nobis lacrimabiliter intimarunt, quod eorum Abbate defuncto, alium ſibi, ſecundum antiqvum & approbatum morem ſui Monaſterii elegerunt, quod hactenus tam Abbates quam Monachi conſveverant habere *Latini*; ſed tu, Fili cariſſime, - Regium ſibi nolliſti præbere conſenſum, affirmans, quod in alium, quam Hungarum (*Græco, ut paulo infra patebit, Ritui addictum*), minime conſentires. Venerabilis autem Frater noſter B. (*Bernardus*) Spalatenſis Archiepiſcopus, hoc attendens, ad præſentiam tuæ Serenitatis acceſſit, & Monaſterium ipſum velociter impetravit (*erat enim Emerico, quem antea* (Cf. Kat. l.c. p. 577. 595) *inſtituebat, acceptiſſimus, & Græco Ritui perinde addictus*), - qui non multo poſt - Monachos Ungaros pro ſua inſtituit voluntate, appellationi non deferens, quam memorati Monaſterii Monachi ſuper tanto gravamine ad Sedem Apoſtolicam emiſerunt. - Quia vero nec novum eſt, nec abſurdum, ut in Regno tuo diverſarum Nationum (*Hungarorum quippe, Germanorum, Slavorum, Ruthenorum, Valachorum & Raſcianorum*) Conventus (*juxta Ritum Græco Catholicum*) uni Domino

Nós igitur juſtis peticionibus dicti Jacobi Plebani favorabiliter inclinati predictum Privilegium Judicum, & tocius Univerſitatis Saxonum de Provincia Scepuſienſi rite ac legitime emanatum, ratum habentes & acceptum, de verbo ad verbum preſentibus inſertum, patrocinio noſtri Privilegii duximus confirmandum. Conceſſimus eciam omnibus Plebanis, de Provincia Scepuſienſi, ex gracia noſtra ſpeciali, ut quicunque Parochianorum eorundem Decimas ſuas juſto modo ſolvere neglexerint, de uno quoque cum judicio unius marce, vel ſi villa communiter & in communi ſuas Decimas dare neglexerint, ut eſt pretactum, cum judicio trium marcarum a Villa, vel a Communitate per judices

A a 3

„ inino, ſub regulari habitu famulentur, licet *unum ſit ibi Latinorum* Cœnobium, qvum tamen *ibidem ſint multa Græcorum;* Serenitatem Regiam rogamus attente & monemus, quatenus - non impedias, nec impediri permittas, quo minus præfati Monachi ſecundum conſvetudinem, hactenus obſervatam, aſſumant ſibi perſonam idoneam per electionem canonicam in Abbatem. -- Datum Romæ XVIII Kal. Octobr. Pontificatus noſtri A. VII (1204). In eundem modum Bernardo, Spalatenſi AEpiſcopo ſcriptum eſt. Tum ita Pontifex illum redarguit (*ibid.*): Ecce qualiter eccleſiaſticam libertatem diligis & defendis: qualiter Apoſtolicæ Sedis honorem promoves & procuras: qualiter Pontificalem modeſtiam exhibes & obſervas: qualiter monaſticam regulam proſequeris & zelaris. Certe niſi præſcriptos exceſſus per te ipſum corrigas & emendes, & a ſimilibus abſtineas, -- nos, quanto familiarius te diligimus, tanto diſtrictius puniemus, ut pœna nulius ſit cautela multorum, & juſti lavent manus ſuas in ſanguine peccatoris. "

c) Monaſterium hoc S. Egidii, pure Latinum, non in Similienſi, Veſprimienſis, verum in Hevenſienſi Comitatu, Agrienſis Diœceſis (quæ initio a Teutonicis, fluvium Eger accolentibus coloniis, populariter *Fel-* & *Al-Némethi*, hoc eſt: *Superiorum* & *Inferiorum Teutonum Colonia* nuncupatis, etiam *Nemethienſis* Hungarice; ex Hungarico autem *Nemet* ac Germanice Au, Teutonice *Nemauſienſis* quoque vacabatur) ac diſerte in valle Felnémethienſi, ubi [illegible] ous, reliquis eminentior, hodiedum Egidius dicitur, cujuſve cacumen Sacellum, eidem Sancto dicatum, longe lateque conſpicuum, una cum Eremitorio, contiguæ ad ortum vallicule ditto, exhibet, olim ſubſtitiſſe dubitari nequit. En Literas anni 1106 (*ap. Kat. T. II. p. 662*), ad quas nempe priores illæ Innocentianæ, Seculo tardiores reſpiciunt: " Paſchalis Epiſcopus, Servus „ Servorum DEI. Dilecto in Chriſto filio Hugoni, Abbati Monaſterii S. Egidii, quod in valle „ Flaviana (*voce nimirum ex Hungarico* Felsö-liget, *ac Germanico* Ober-Au, *ejuſ-* „ *dem ſignificationis, per Monachos Latine detorta & compoſita*) ſitum eſt, in Diœceſi „ Nemauſienſi (*cujus inferiorem vallem, Teutonicam utpote inferiorem coloniam*, Al- „ Németi *vocatam, ſubinde vero nomen* Agriæ, Erl-au, Eger *adeptam, Diœceſanus* „ *Epiſcopus incolebat, ex Hungarico* Nemet *ac Gemaniao* Au, *ſic appellata*) „ ejuſque ſucceſſoribus, regulariter promovendis, in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt „ facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Ladislaus ſiquidem „ bonæ memoriæ, Ungarorum Rex, ad honorem DEI & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, in „ memoriam S. Confeſſoris Egidii (*a quo ſcilicet in prœalto monte Agrienſi diſtinctam* „ *cellam, ac in Felnémethienſi valle ſocios Benedictinos habente, mons idem hodie-* „ *dum Egidius appellatur*) Semichienſem (*ita locum exemplar Bullarii Romani vo-* „ *cat*)

dices Provincie Scepusiensis, pro tempore constitutos, auctoritate nostra eisdem Plebanis a quibuslibet sine diminucione exigantur, vel eciam persolvantur. In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem presentes concessimus literas duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thome, Dei gracia Episcopi Jaurinensis, Aule nostre Vice-Cancellarii dilecti & fidelis nostri. A. D. Millesimo ducentesimo nonagesimo septimo. Regni autem nostri Anno Octavo.

XLIII.

„ *cat*) fundavit Ecclesiam, & eam per manum Odilonis, felicis memoriæ prædecessoris vestri, „ Monasterio B. Egidii, cui auctore DEO præsides, obtulit: ubi ejus (*Egidii*) corpus ve„ nerabile requiescit. Hanc nimirum oblationem, pro animarum salute perpetratam, nos largien„ te DEO, Apostolicæ Sedis auctoritate, firmamus, cui vestrum Flavianæ (*Feluémethiensis*) „ vabis coenobium ab eodem S. Egidio in - salarium datum agnoscitur (*ubi scilicet Nico„ laus olim II. A.* 1245 (Pray. Hier. P. I. p. 207) *Paulinos; Franciscus autem* „ *IV., e Comitibus Barbiany de Szala, Episcopi Agrienses, A.* 1757 *Nazarenos,* „ *ab illius obitu, & hujus ad Strigoniensem Metropolim transitu, illico exstinctos,* „ *collocarunt*). Igitur supradicti Regis deliberationem præsenti Decreto sancimus, ut, quicun„ que Semichiensis Abbas (*Hungarice Somoßi Apát-Ur* (Schomoscher Abt), *cujus* „ *memoriam Apát - fala - enfis Ecclesia, supplicationibus annuis, etiam Agria e„ duci solitis, hodiedum retinet*) fuerit, Abbati Monasterii vestri, quod in valle Flavia„ na (*Felnémethiensi*) a S. Egidio constructum diximus, obedientiam profiteatur. -- Decer„ nimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium perturbare, -- sed omnia, quæ „ ab eodem Ladislavo Rege -- data sunt, firma semper & integra conserventur, salva canonica „ reverentia Diœcesani Episcopi. -- Si quis igitur Decreti hujus tenore cognito, vel Semichiensem „ (*Somos - iensem, a corniferis dumis ita dictam*) cellam (*Abbatialem, hodie Apát„ fala dictam*) a vestri Monasterii subjectione subtrahere, vel eandem cellam bonis suis te„ mere privare tentaverit, *a sanctissimo corpore ac sanguine DEI & Domini Redemtoris* „ *nostri JESU* (Cf. XXXVIII) *alienus existat*, atque in extremo examine districtæ ultioni „ subjaceat. Cunctis autem, hæc statuta servantibus, sit pax Domini Nostri JESU Christi, qua„ tenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pa„ cis inveniant. Amen. Amen. Amen. Ego Paschalis, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus (*Sig.*). „ Ego Bruno, Signinus Episcopus (*Sig.*). Ego Landulfus, Cardinalis Presbiter (*Sig.*). „ Datum Parmæ, per manum Johannis, S. R. E. Diaconi Cardinalis & Bibliothecarii, IV. No„ vembris, Indictione XV. Anno Dominicæ Incarnationis *Millesimo centesimo sexto*. Pontifi„ catus autem Domini Paschalis II. Papæ octavo." Atque de hac Abbatia loqui censendus est Albericus (*ap. Pray. Diss. de S. Lad. Kat. h. c. p. 665*): qvum scribit: *a S. Ladislao nobilissimam Abbatiam de Sentigis* (ex Hungarico Szent & Germanico Igis, quo Sanctus Egidius designatur, ita vocitatam), *in qua non solent recipi, nisi Franci* (Teutones quippe, aut Latini, occidentalem ritum secuti), *fundatam esse*. "

d) Phociano schismate in aliquibus Hungariæ partibus reviviscente, Valdensium vero, qui subinde Paterini dicebantur, hæresi, ex Bohemia semet per Dalmatiam insinuante, Alexander III.

XLIII.

Eliſabetha, Major Regina Hungariæ, confirmat juratam Saxonum & Latinorum Scepuſienſium ſponſionem, de perſolvendis juſtis Decimis factam, Anno Domini 1280.

EX INSTANTIA XVI Oppidanorum Scepuſienſium, Inclitis SS. & OO. Regni, 1790 Budæ congregatis, exhibita deſumtum.

ELISABETHA, DEI gratia Major Regina Hungariæ, Ducissa de Machou, & de Boſna, omnibus CHRISTI Fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod Frater Conradus, Vir

III. A. 1179 ad vindicandam Eccleſiæ diſciplinam OEcumenicum Romæ Concilium celebravit. Aderant Epiſcopi CCC, quos inter *de Ungria Bacſienſis* quoque AEpiſcopus *Andreas* ſubſcripſit (*Cf. Sand. Potiff. ad h. a. & Kat. T. IV. p. 371*). Synodi hujus objectum triplex erat: " 1. Ut Schiſma penitus exſtinguveretur; 2. Ut Valdenſes hæretici damnarentur; 3. Ut „ diſciplina Eccleſiaſtica, quæ, durante Schiſmate, labefactata fuerat, reſtitueretur. " Poſt mortem vero Emanuelis (*quæ A. 1180 acciderat*) Imperatoris (*ita Thom. Archid. Hiſt. Salon. C. 23*), qvum rediiſſent Spalatenſes (*partim Valdenſium hæreſi, partim Phociano ſchiſmate infecti*) ad Dominium Hungarorum (*& Bela III. a propoſito ſuo* (Kat. l. c. p. 259. 300. - 374), *quo Spalatenſibus non alium, quam natione Hungarum, AEpiſcopum eligendum permiſerat, non receſſiſſet*); electio facta eſt de quodam Petro Ungaro, filio Chitilen, qui erat nobili genere ortus. Qvum ergo conſecrationis munus ſuiſſet adeptus, primo Pontificatus ſui anno convocavit univerſos Epiſcopos, Suffraganeos ſuos, Abbates etiam & omnes Eccleſiæ perſonatus habentes, cum univerſo Clero, & celebravit provincialem Synodum in Baſilica S. Andreæ, quæ dicitur Picta. -- Tunc limitatæ fuerunt Diœceſes cujuslibet Epiſcopatus. -- " In hac Synodo (*ut ipſe Petrus ap. Kat. l. c. loquitur*) anathematizavimus omnes ſectas hæreticorum, & eorum complices, contra Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, & ejus doctrinam oblatrantes. " Thomas Archidiaconus contra Petrum hunc (*loc. cit.*) inter cetera queritur: " Petrus, *inquit*, AEpiſcopus, modum Pontificalis acrimoniæ paullisper excedens, cœpit cum Canonicis Eccleſiæ ſuæ contentioſe agere, — propter quod ambæ partes, multum exaſperatæ, ad Romanam ſe Curiam contulerant. -- Ventilatis ergo quæſtionibus utrorumque, pax & compoſitio inter ipſos reformata eſt, & ſic ad propria ſunt reverſi. Poſt modicum vero tempus (A. 1189) Petrus AEpiſcopus in Hungariam profectus, neſcio qua cauſſa (*ne ſchiſma Phocianum per alteram Bacſienſem Hungariæ Metropolim & ſuffraganeas hujus Diœceſes propagetur*) ad Epiſcopatum Colocenſis „ Eccle-

Vir Deo devotus, de Ordine Eremitarum S. Auguſtini, ex mandato & præcepto Sanctiſſimi Patris D. Philippi, Miſſ itione Divina, Firmani Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, ad partes Scepuſienſes veniens pro ſalute animarum & reformatione ſtatus tam Saxonum noſtrorum, quam Latinorum, maxime ſuper jure Decimarum, hactenus (Prælato ſuo) nullatenus perſolutarum (*Cf. Not.* 71), in partibus Scepuſienſibus, noſtræ Ditioni ſubjectis, multa laudabiliter propoſuit, & licet inter eoſdem Saxones & Latinos in noſtra Provincia, diutius fuiſſet diſceptatum, ne aliter perſolverent Decimas

---

„ Eccleſiæ (*Paulo Colocenſi electo* (Cf. Kat. l. c. p. 330-332), *amplius haud recur-*
„ *rente, cum Bacſienſi Eccleſia canonice unitæ, aut potius in Metropolitanam e-*
„ *vectæ*) translatus eſt. "

e) Per hanc Bacſienſis antea Metropoleos, cum Colocenſi Eccleſia unionem, ſpirituali hujus Juriſdictioni tota Servia & Sirmia ulterior acceſſerat quidem, ſed Sclavi, quod Græci Ritus eſſent, Latino Archi-Præſuli ſuo Decimas exhibere contempſerunt; Boleslaus vero, Vacienſis Epiſcopus (*Cf. ibid. p.* 413-508-519), altercationem hanc, teſtantibus reſponſoriis Cœleſtini & Innocentii Pontificum Literis, in eandem formam A. 1193 & 1198 exaratis, prævenit: " Qvum (*ita illæ*) Presbyteri tuæ Diœceſis (*Latinum Ritum ſequi nolentes*)
„ nunquam ad Synodum convenirent, -- diligenter attendens, quod, quia nunquam exhortationem
„ ſui Epiſcopi (*ad aſſumendum exemplo ſuo Latinum ritum perſvadentis*) audiebant, nec
„ percipiebant Correctionem ſuorum (*in dimittendis uxoribus*) exceſſuum, in eis
„ (*Clericis utpote*) & eorum ſubditis, (*Parochianis plerumque Sclavis*) apparebat
„ nimia morum corruptela, & nimis exiſtebant imperiti & rudes in regenda animarum cura.
„ Habito conſilio venerabilis Fratris noſtri Job, Metropolitani tui (*Strigon. AEpiſcopi*),
„ & ut omnes Presbyteri & Prælati tuæ Diœceſis annuatim in Nativitate B. Mariæ V. venirent
„ ad tuam Synodum, deliberatione provida ſtatuiſti, & quaſdam Decimas, quæ ad ſumtus epi-
„ ſcopales ſpecialiter (*Cf. Not.* 71) pertinere dicuntur, ut illis (*Presbyteris videlicet*
„ *ſeu Parochis*) materiam cujuslibet difficultatis (*ad amplectendum Latinum Ritum*)
„ auferres, univerſorum Procuratori, perpetuo deputaſti. Nos igitur, -- prædictam conſtitutionem,
„ ſicut de conſilio Metropolitani tui, & aſſenſu Canonicorum Eccleſiæ tuæ provide facta eſt, au-
„ ctoritate Apoſtolica confirmamus &c. Nulli ergo hominum &c. " Emericus Rex hanc Decimarum, ſe inconſulto, Presbyteris factam ceſſionem, ac per hoc ſuarum quoque Regalium involutionem, uſque adeo graviter tulit, ut Phociani etiam ſchiſmatis propterea infimulatum, violata Vacienſis Eccleſiæ immunitate, ipſo Boleslao de Eccleſia violenter ejecto, fractoque Sacrarii oſtio, & ſcriniis occupatis, indigne (*Cf. ibid. p.* 553) tractaverit, inveſtigatione ac negotii compoſitione Sauli AEpiſcopo Colocenſi per Pontificem commiſſa. Huc pertinent ea, quæ in Andreæ II. Regis, Diplomate, quo idem Leleſzienſem Ordinis Præmonſtratenſis Præpoſituram, a Boleslao fundatam, A. 1214 veluti Regalem E eſiam (*ap. Kat. T. V. p.* 180) confirmat, recenſentur in hæc verba: " Teſtamenti ipſius Boleslai, Vacienſis Epiſcopi, ſeriem, -- auctoritate Regia cenſuimus con-
„ firmandam; quia idem ipſe Epiſcopus tempore dilecti Fratris noſtri Emerici Regis, qvum ob
„ Regiæ Celſitudinis ingratitudinem falſi ſcelenis pœnas ſubiiſſet, authenticum ſuper ſerie præmiſſa

„ teſta-

mas ſuas, niſi more Saxonum, ſicut conſueverunt, videlicet (Plebanis ſuis) duodecimam capeciam, de quocunque genere frugum in campis relinquendo. Super quibus etiam quaſdam conſvetudines allegabant ſuorum Parentum, licet debiles, ut ſolutio fieri deberet more Saxonum antiquorum. Tandem deliberatione habita inter ſe, coram noſtræ Serenitatis præſentia, iſti Saxones & Latini, voluntarie aſſumpſerunt, ac præciſe præſtito Sacramento, quod Decimas perſolverent eo modo, & ea integritate ſuis Plebanis & Sacerdotibus per totum Comitatum de cætero, ſicut Hungari, & Slavi in Scepus exiſtentes, Decimas ipſas (Prælato ſuo) perſolvere ſunt conſveti ab antiquo; ſalvis minutis Decimis, quas minime perſolvere denegarunt, juxta ipſorum libertatem. Super omnibus igitur præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum obſervandis in futurum,

„ teſtamentum, -- bulla Patris noſtri, Belæ Regis, inſigitum, ſe pluribus amiſiſſe edocuit argumentis. -- Contulit igitur prædictus Epiſcopus prædium, quod Lelefz vocatur, in quo ſitum „ eſt Monaſterium, ſibi a ſecundo Rege Bela, filio Ducis Alnæ (*Cf. Tab. Gen. p.* 91. *Col.* „ *IX. X.*), collatum, quando eum de ſacro Baptiſmatis fonte elevavit, -- Prædium quoque Kanar nomine, -- in cujus commutatione ad petitionem Capituli Juleaſis (*bodie Albæ-Carolinenſis*) & Abbatis, qui Laurentius vocabatur, & de Conſenſu Wathæ (*Cf. Pray. Hier. P. II. p.* 162 a. & b.) Varadienſis Epiſcopi, villam de Arpa totaliter, -- eidem „ Eccleſiæ (*S. Crucis Leleſzienſi*), quia ratione vicinitatis, judicio utriuſque partis, utilius eſſe videbatur. -- Loca igitur prænominata, videlicet -- -- quæ Juri Eluimi, Epiſcopi Varadienſis, Fratris ſui, competere videbantur, ab ipſo in præſentia Job AEpiſcopi & Strigonienſis „ Capituli comparavit, qvum Romam, tempore Regis Emerici, pro quibuſdam neceſſitatibus eſſet profecturus. -- " Atque hinc ſimul, non modo Eluimum, qui Boleslao fratri partem Jurium ſuorum oppignoraverit, opulenta domo prognatum, ſed etiam Watham, eodem tempore alterum Varadienſem Epiſcopum, & quidem, una cum Albenſi Capitulo & Laurentio Abbate ſuo, ſchiſmaticum fuiſſe, apparet, ſecus enim commutationi villæ Arpa pro prædio Kanar non Watha Varadienſis, verum Adrianus, Tranſſilvanienſis Epiſcopus (*Cf. Pray. l. c. p.* 252), conſenſum ſuum præbere debuiſſet.

f) Andreas, junior natu Emerici frater, Galiciæ Regno, quod vivente Patre ſuo, Bela III, acceperat, haud contentus, caſtella quædam adhuc & prædia magna cum inſignibus (*Godefr. Monach. ap. Kat. l. c. p.* 464) ad peregrinationem Jeroſolymitanam, quam ipſe voverat, peragendam, pecuniis obtinuit; ſed neque his acquieſcens, qvum, Patre ſatis A. 1196 cedente, iter ſe terram ſanctam arripere ſimulaſſet, Dalmatiam & Croatiam, quas etiam frater Emericus, antequam Regno potitus fuiſſet, poſſederat, cum ſuis Cruce ſignatis occupavit. Quia vero idem nec ita quieſcere velle videretur, Innocentius III, die 6. Januar. 1198 ad Pontificatum evectus, ſcriptis Andreæ literis, diſtrictius & ſub incurſu excommunicationis inhibuit, ne in Regem vel Regnum Hungariæ arma movere, vel ſeditionem ſuſcitare (*ibid. p.* 481) præſumat. Peculiare illud eſt, quod in his attingit, inquiens: " Inter ceteros autem, qui eidem Regno „ diverſis temporibus præfuerunt, illuſtris Recordationis Bela quondam Pater tuus, Eccleſiæ Romanæ (*aſſumto etiam Ritu Latino*) devotior exſtitit, & ſe ac Regnum ſuum in illius „ ne-

ut prædiximus, præfati Saxones & Latini tactis S. Evangeliis, præstitere solenniter juramentum; petentes nihilominus iidem Saxones & Latini universi a nobis cum instantia, ut hanc eorum sponsionem, seu promissionem de solvendis Decimis factam, ne processu temporis, per eos, vel eorum hæredes aliquid de iisdem possit dubitari, seu retractari, Nostro patrocinio dignaremur declarare. Nos itaque attendentes hanc petitionem esse justam, rationabilem atque sanam, super omnibus præmissis, & assumptis præsentes concessimus literas duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Lucæ, Sanctæ Ecclesiæ Strigoniensis Præpositi, Aulæ nostræ Cancellarii, Fidelis nostri. Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo.

XLIV.

„ necessitatis articulo exponere nullatenus formidavit, quo, tumescentibus Schismaticorum cordi„ bus, nostri piscatoris navicula tumultuosis fluctibus jactabatur. " Ex hoc patet, Belam, acerrimum Schismaticorum, omnem Hungariam Partesque adnexas ab Ecclesiæ Romanæ obedientia & unione abstrahere satagentium, hostem, quod nusquam alibi legitur, fuisse, quibus optima quavis ratione occurrurus, multa Religiosorum Latinorum Cœnobia *(Cf. Kat. ibid. p.* 440 *& Péterf. Conc. P. II. p.* 265 *)* undique surrexerunt " quorum *(Tatarica potissimum anni* 1241 *cla„ de hausiorum)* Catalogum *Petrus Pazmanus, Strigon. AEpiscopus (prout ipse lo„ quitur)*, texere voluit, sed conatum successus destituit; nihil enim uspiam reperit, quod animum expleret. " Emericus, Patris exemplum secutus, inter alia observando, Basilitarum Ordinem passim Phociano schismati favere, A. 1198 ad Innocentium III. recurrens, impetravit *(ap. Kat. l. c. p.* 500 *)*, ut Monasterium, quod *(Basilitis)* Both, quondam Comes de Byhor (probabilius Boleslai & Eluimi Episcoporum Pater) in Diœcesi Varadiensi ædificare incepit, & morte præventus consummare non potuit, in locum (a Phocianis Hungaris) tutiorem & magis idoneum, de assensu Diœcesani Episcopi transferatur. Verum Eluimo, Varadiensi Episcopo, refraganti, & per Saulem, AEpiscopum Colocensem, Metropolitam suum, ex Hedervári-ana gente Hungarum, ob quædam crimina *(quod scilicet Bacsiensis Græcanicæ Metropoleos cum Latina Colocensi Ecclesia unioni obsistendo, Phocianis adhærere argueretur)* excommunicato, Romamque ad Sedis Apostolicæ conspectum ire tergiversanti, Episcopus alter Simon *(Cf. Pray. Hier. T. II. p.* 162. *Kat. l. c. p.* 415. 519 *)* subrogatus est.

g) Idem Pontifex, eodem anno, Strigoniensi quidem AEpiscopo Jobo inter alia hæc scripsit *(ibid.)*: " Circa reformationem Monasteriorum *(Græcanicorum Basilitanorum, mixtorumque „ Benedictinorum)*, & augmentum eorum *(quæ Ritum pure Latinum secuta, fundaban„ tur)* tanto potius tenemur esse solliciti, & ipsorum *(Latinorum)* gravaminibus præcave„ re, quanto ad nos specialius pertinet, & plantare Religionem in DEI Ecclesiis, & fovere plan„ tatam. " Colocensi autem AEpiscopo *(ibid. p.* 512. 516 *)* Sauli commisit: " quatenus „ *(postea quam olim Belus, Geyzæ II. Avunculus, Monasterium Benedictinorum in „ ulteriore Sirmia* (Cf. Not. 64) *& loco, Kbue vel Kube vocato, fundasset, subinde „ autem illis* (de Phociano schismate suspectis) *propter dissolutionem suam exclusis, in „ Canonicos S. Abrahæ de Valle Hebron, sive sacri Sepulchri Hierosolymitani, „ transf-

XLIV.

Ladislaus IV. vetera Olaſzienſium Oppidanorum Jura & Libertates confirmando Eccleſiam eorum & Plebaniam a Jurisdictione Scepuſienſis Præpoſiti eximit, & Strigonienſi Archiepiſcopo immediate ſubjicit. Anno Domini 1273.

EX AUTOGRAPHO, apud Olaſzienſes habito, propterea iſthic extra ordinem producto, quod ſerius Diplomatis hujus copiam obtinuerimus.

LADISLAUS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Univerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam futuris, preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore.

„ *translatum fuiſſet*), ſi per Monachos (*S. Abrahæ ob diſſolutionem ſuam pariter ejectos*) Eccleſiam illam videris reformari non poſſe; in ipſa Eccleſia Canonicos inſtituas regulares, qui ſecundum regulam B. Auguſtini devotum ibi Domino famulatum impendant, & per eorum Religionem locus ipſe (*Græcanico Ritui addictus*) in melius, tuo faciente ſtudio, reformetur." Studium nempe reformationis hujus eo pertinuiſſe monumenta & adjuncta rerum loquuntur, ut non modo Schiſmatici, verum etiam Hungari & Slavi ex Græco ad Latinum, ubi tantum fieri poterat, Ritum traducantur, atque adeo Epiſcopis, Capitulis, Monaſteriis & Curionibus Parœciarum Græcanicis, Latinum Ritum amplecti nolentibus, Latini ſufficiantur. Huc, inter plures alias, ſpectant duplices Innocentii Litteræ, ad Joannem, Epiſcopum Cſanadienſem, antea Græcanici Baciſienſis, jam vero Latini Colocenſis (*Cf. Pray. Hier. T. II. p. 6. 47*) AEpiſcopi, Suffraganeum, XVII. Kal. Jan. 1198 datæ (*ap. Kat. l. c. p. 520.*) in hæc verba: " Quidam „ Clerici (*Græcum Ritum, ab Hungaris populariter hodiedum* Ó-Hit, *ſeu* antiquam „ fidem, *vocitari ſolitum, ſecuti*) tuæ Diœceſis manifeſte dicuntur Doctrinæ Apoſtoli obviare, qui Candorem Eccleſiaſticæ puritatis, quæ ſine omni ruga & macula eſſe debet, -- ſuis ſpurcitiis depravantes, miniſterium ſuum in vituperium, damnoſa præſumtione, convertunt. Quidam etenim ex ipſis in Diaconatus & Subdiaconatus ordine conſtituti, uxores ſibi, ſi tamen uxores ſint nominandæ, contra inſtituta canonica, ut dicitur, copularunt; qui poſtmodum Dignitates eccleſiaſticas aſſecuti, curæ ſtudent domeſticæ potius, quam eccleſiaſticæ imminere. „ Volentes igitur id per tuæ Fraternitatis induſtriam emendari, Fraternitati tuæ authoritate præſentium indulgemus, quatenus, ſi prædicti Clerici ad commonitionem tuam mulieres ipſas non „ prorſus ejecerint, & de tanto exceſſu non ſatisfecerint congruenter, licitum tibi ſit, ipſos, „ auctoritate noſtra, eccleſiaſticis redditibus, remoto appellationis obſtaculo, ſpoliare. Nulli „ ergo hominum &c." Alia vero ſic habent: " Licet eccleſiaſticis Inſtitutis, quæ provida delibe„ ratio Sanctorum Patrum inſtituit, a nullo debeat obviari; tamen, cum juſta contigit impedi-

Regalis ſublimitatis immenſitas, cujus eſt in multitudine ſubjectorum gloriari, quantum tenetur quoslibet incolas Regni ſui in ſuis Juribus conſervare, tanto magis Libertates hoſpitum ſuorum tenetur ſuorum Privilegiorum munimine roborare, ut hominibus, certa lege gaudentibus, honor Regius augeatur. Proinde ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire, quod hoſpites noſtros de Latina villa *(Cf. VII.)* in Scepes, Regie benignitatis, favore proſequi intendentes, cupienteſque eoſdem in ipſorum antiquis Libertatibus & Juribus acqviſitis indempnes conſervare, concedimus eiſdem, imo a Predeceſſoribus noſtris Regibus Hungarie illuſtribus, dudum conceſſam innovamus, quod in omnibus & per omnia illam & eandem ipſi & eorum ſucceſſores Libertatem & honeſtam conſvetudinem habeant, quemadmodum & hactenus habuerunt, qua univerſi alii omnes hoſpites noſtri

---

„ menta concurrere, quæ Inſtitutorum ipſorum ex neceſſitate proceſſum impediunt, juxta diſcre-
„ tionem in medio reſidentis, rigor eſt eccleſiaſticus temperandus. Unde nos tuæ juſtæ petitioni
„ faventes, ut valetudinariis, ſenibus & infirmis, diœceſana tibi lege ſubjectis, qui pro injec-
„ tione manuum in *(Latinas)* perſonas eccleſiaſticas in Canonem latæ Sententiæ inciderunt,
„ juxta formam Eccleſiæ, beneficium abſolutionis poſſis impendere; ita tamen, quod, poſtquam
„ infirmi ſuæ reſtituti fuerint ſanitati, ad Apoſtolicam Sedem accedant, & alii pro itineris labore,
„ ſibi dimiſſo, dignum aliquid recompenſent, plenam tibi uſque ad triennium, auctoritate præſen-
„ tium, concedimus facultatem. Datum Laterani XVII. Kal. Januarii.

h) In præmiſſorum nexu, poſtquam Innocentius Gregorium de Creſcentio Cardinalem, turbatas Hungariæ res efficacius compoſiturum, exmiſiſſet, una Jobo Strigonienſi, & Saulo, Colocenſi AEpiſcopis *(ap. Kat. l. c. p. 528 -)*, ac Suffraganeis eorum ita ſcripſit: " Qvum Ec-
„ cleſia DEi in Regno Ungariæ in ta ta reverentia olim conſveverit haberi, ut, ſi publicus la-
„ tro ad eam ob tutelam ſui corporis confugiſſet, ſub ejus confideret immunitate ſecurus: — nunc
„ evacuata omnino, tanta per iniquitatis filios *(a Græcanico ritu recedere nolentes)* liber-
„ tate, non tantum nocentes perſonas, verum etiam res ſacras & alias, ibidem pro ſecuritate depo-
„ ſitas, violenter ab Eccleſiis extrahuntur. Unde nos, quibus ſecundum Apoſtolum incumbit ce-
„ rnulum Eccleſiarum ſollicitudo continua, propter tantum ſcrimen Eccleſiæ *(Hungaricæ)*
„ vehementer afflicti, univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, qua-
„ tenus ſtatum Eccleſiæ, quem taliter *(mutuis templorum & Parœciarum occupationibus)*
„ periclitari dolemus, ad antiquum ſtudentes omnimodis reducere libertatem, eos, quos temera-
„ rios violatores earum vobis eſſe conſtiterit, tam noſtra, quam veſtra auctoritate ſuffulti, ap-
„ pellatione ceſſante, terram illius rigore ſententiæ compeſcatis, quam ſecundum Canonum inſti-
„ tuta in talibus videritis præſumptoribus adhibendum. Datum Laterani XI. Kal. Novembr. "
Subjicitur in editione Romana: *Scriptum eſt H.* (Henrico ſeu Emerico) *illuſtri Regi Ungariæ, ut in his, quæ pro libertate Eccleſiæ prædicti AEpiſcopi duxerint ſtatuenda, ſuum eis auxilium & conſilium impendat pariter & favorem.* Hæc accedant ejuſdem Innocentii Literæ *(ap. Pray. Hier. P. I. p. 376)* in hæc verba: " Innocentius Epiſcopus,
„ Servus Servorum DEI, Venerabili Fratri S. *(Simoni)* Varadienſi Epiſcopo, & - Abbati
„ de Beel Veſprimienſis Diœceſis Sal. & Ap. Benedictionem: Significavit nobis Carissimus in Chri-
„ ſto filius noſter H. *(Henricus vel Emericus, qui filio ſuo infanti Ladislao, in*
„ *Regem*

ſtri Saxones de Scepes, juxta formam Privilegiorum ſuorum, quæ tam ipſis Saxonibus, quam Latinis prenotatis, priſcis temporibus communiter conceſſa fuerunt, gratulantur; hoc nihilominus ſalvo & ſpecialiter declarato, quod ad Eccleſiam eorum, ubi eſt Regalis Plebania, Plebanum per univerſos, concorditer videlicet, per majorem & ſaniorem partem electum, Archiepiſcopo Strigonienſi, vel ejus vices gerentibus, & non Prepoſito de Scepes, nomine Saxonum preſentent confirmandum, cum eadem Eccleſia & hoſpites de Latina Villa predicta a Juriſdictione & poteſtate Prepoſiti de Scepes, ab ipſo congregacionis ipſorum principio ſint exempti. Ut igitur hujuſmodi Libertas robur perpetuæ firmitatis obtineat, preſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine

„ *Regem coronato, ab Andrea Fratre metuens, Innocentio ſe omnibus modis accommodare ſtuduit*) Rex Ungarorum illuſtris, quod quædam Eccleſiæ Monachorum Græcorum „ in Regno Ungariæ conſtitutæ, per incuriam Diœceſanorum Epiſcoporum, & per ipſos Græcos, „ qui valde ſunt, ſicut aſſerit, diſſoluti, penitus deſtruuntur, a nobis ſupplicans humiliter & devote, ut, auctoritate noſtra, unus fieret Epiſcopatus ex ipſis, qui nobis nullo mediante, ſubeſſet, „ vel Abbas aut Præpoſiti Latini conſtituerentur in illis, per quorum ſtudium & diligentiam, earundem Eccleſiarum ſtatus poſſet in melius reformari. Nos igitur ejuſdem Regis petitionibus inclinati, Diſcretioni Veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictas Eccleſias accedentes, „ inquiratis diligentius veritatem; utrum per ipſos Monachos Græcos eadem Monaſteria in Religionis obſervantia valeant reformari, utrumve de Diœceſanorum Epiſcoporum conſenſu unus „ fieri poſſit Epiſcopatus ex illis, qui nobis ſit immediate ſubjectus. Quod ſuper his inveneritis, „ fideliter — ad noſtram præſentiam deſtinetis. — Interim autem ad correctionem eorum impendatis operam efficacem. Datum Laterani XVI. Kal. Maji, Pontificatus noſtri anno VII (1204)."

§) Innocentius quippe III. claruit magnitudine ac varietate rerum geſtarum (*Cf. Sand. Pontiff. Edit. Tyr. p.* 502.—), fumeaque conſtantia adverſus Imperatores, Reges & Principes quoſcunque, Eccleſiæ adverſantes. - Ademptas Romanæ Eccleſiæ terras redegit ſub jus Conſtantiæ (*olim Emerico* (Cf. Tab. gen. p. 91. Col. XIII), *dein Federico II. Imperatori nuptæ*); cujus Conjugi Federico (*Cf. Kat. T. IV. p.* 497) fiduciarium conceſſit „ Regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ & Principatum Capuæ, abrogatis juribus, quæ Guſtelmus „ II. ab Hadriano IV. extorſerat. Diſceptantibus de Imperio Philippo Svevo, atque Ottone, „ Saxoniæ Duce, ipſe cauſam adjudicavit Ottoni, eidemque poſt Philippi mortem Imperii Inſignia impoſuit. Haud manentem in pactione, invadentemque contra jusjurandum, Provincias „ Romanæ Eccleſiæ, & communione Chriſtianorum, & Imperio ſubmovit, aſſenſuſque eſt Germaniæ Principibus, Federicum II, Regem Siciliæ, in ejus locum ſubrogantibus. Bohemiæ Ducem „ (*Premislaum*) auxit Regis titulo. Regiam Coronam ipſe Romæ impoſuit Petro Aragoniæ, „ qui ut gratiam referret, ditionem ſuam Romanæ Eccleſiæ veſtigalem fecit. — Idem fuit inſtinctor „ belli, quo capta *a Cruce ſignatis* CPoli, Græcum Imperium translatum eſt *ad Latinos*, „ ac Balduinus, Flandriæ Comes, magno conſenſu factus Imperator, primuſque *Latinus Patriarcha* Thomas Mauroceuus, Venetus Patricius (*Nobilioribus pene omnibus* (Kéry. „ Hiſt. Byz. T. II. ad A. 1204 & 1208) *cum Camatero, Patriarcha Græco, ſemet „ in alias oras exportantibus, Monachis, aliiſque in ſententia veteri propugnandæ*

„ *ferven-*

mine roboratas. Datum per manus Magiſtri Benedicti, Orodienſis Eccleſie Prepoſiti, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio. Indiccione prima XIV. Kal. Januar. Regni autem noſtri anno ſecundo. Venerabilibus Patribus Stephano Colocenſi & Johanne Spalatenſi Archiepiſcopis, Lamperto Agrienſi, Briccio Chanadienſi, Philippo Vacienſi & Comi-

„ *ferventioribus*, *repleti carceres*, *occluſa eorum templa*; *quin capitale quoque iis* „ *propoſitum ſupplicium*, *qui pervicaciores eſſe pergerent.*). -- Recuperandæ etiam Paleſtinæ conſilia contulit, ratus eventum, Latino Imperatore CPoli regnante, facilius ad ſpem reſponſurum. Ob id Concilium OEcumenicum XII, Lateranenſe IV, indixit A. 1213, cui „ CCCCXII. Epiſcopi ac inter hos Patriarchæ CPolitanus & Hieroſolymitanus, Primates & Metropolitæ LXXVII, Cœnobiarchæ amplius DCCC. -- Federici II, electi Imperatoris Romanorum, Imperatoris item (*Henrici Flandri*) CPolitani, Regis Chriſtianiſſimi Philippi, Regum „ Angliæ, Ungariæ, aliorumque Oratores interfuerunt. Ipſe Innocentius III præfuit. " Inter ceteros Canones in eodem editos, (*ap. Sand. l. c. Not.* 4) " tertius anathema & ſupplicia „ in hæreticos, & civilibus Magiſtratibus puniendos tradi jubet, eorumque bona publicari. Principes, qui Ditionem ſuam erroribus Albigenſium purgare negligerent, ſacra deteſtatione perſtringit, ac niſi intra annum imperata facerent, eorundem Ditionem exponit *Catholicis occupandam*. Albigenſes porro errabant, ponentes duo principia, bonum & malum, Deum & „ Diabolum, negantes corporum reſurrectionem, ſpernentes Baptiſmum & Euchariſtiam, docenteſque animarum tranſmigrationem, de corpore ad corpus." Horum ſurculi *Valdenſes* in Bohemia *Patareni* quoque *Catharique*, vel a *Patara Catharoque* Dalmatiæ Civitatibus, vel quod inſtar Martyrum ſe *pati* jactarent, nuncupabantur. Iidem & *Bougimilos*, id eſt, *Deo dilectos*, in Bulgaria & Boſnia, quo ſe receperant, vocarunt, a quibus nempe pariter malas res, a dæmone conditas eſſe, docentibus (*Cf. Kat. l. c. p.* 599), in vicinam Hungariam propagatus fuit deteſtandus ille, gentique noſtræ pudendus blaſphemandi mos, quo *creatio dæmoni* tribuitur, dum aliæ res bonæ, DEO attributæ, populariter hodiedum *Iſten adta* dicerentur." Canone porro „ (*ap. Sandin. l. c.*) LXVIII. jubentur *Judæi* ſeu *Saraceni*, inter Chriſtianos ubique degentes, „ indumenti genus aliquod geſtare, quo internoſcantur a Chriſtianis; idque ob eam cauſam, ne „ per errorem Chriſtiani *Judæorum* ſeu *Saracenorum*, & *Judæi* ſeu *Saraceni* Chriſtianorum mulieribus commiſceantur. -- Quod attinet expeditionem ſacram, ea decreta in annum alterum. Huic, qui nomen darent, iis multæ indulgentiæ & privilegia conceſſa. In hanc per „ annos tres imperata Clericis, cujuscunque ordinis ac dignitatis, pars redituum eccleſiaſticorum „ vicesima, Summo Pontifici & Cardinalibus decima: pax inſuper indicta cunctis Principibus „ Chriſtianis ſub pœna anathematis.

k) Eventus interea docuit, eam paucorum aliquot Pontificum deſtinationem, ut Græcanici Ritus homines, per Hungariam Parteſque adnexas diffuſi, ad Latinum traducantur, non omni ex parte votis reſpondiſſe; imo deinceps Hungariæ Reges eo duntaxat contentos fuiſſe, ut Schiſmatici ad unitatem & obedientiam Eccleſiæ Romanæ redeant, teſtimonio ſunt ipſius adeo Andreæ ad Innocentium III, paulo poſt obeundam, exaratæ Literæ (*Cf. Not.* 63. i. *p.* 142), quæ inter

Comite Neugradienſi, Paullo Veſprimienſi, Aule noſtre Cancellario, Timotheo Zagrabienſi; Ludomirio Varadienſi, Dionyſio Jaurienſi, & Petro Tranſſilvano Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus; Dionyſio Palatino, Comite de Oklich & Judice Cumanorum, Nicolao, Judice Curie Regie, Henrico, Bano Sclavonie, Joachimo, Magiſtro Tawarnicorum & Comite de Pilys, Rainoldo, Magiſtro Dapiferorum noſtrorum,

---

inter cetera hæc habent: " Noverit igitur Sanctitas Veſtra, quod Galicie Principes, & popu-
„ lus Noſtræ ditioni ſubjecti, humiliter a Nobis poſtularunt, ut filium Noſtrum Colomanum ipſis
„ in Regem præficeremus, in unitate & obedientia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ perſeveraturis
„ impoſterum, ſalvo tamen eo, quod fas illis ſit, a ritu proprio non recedere. " Quum interim Latini Ritus propagatio per Hungariam in ſuo vigore conſiſteret, hos Andreæ II. ac Belæ IV. Regum conatus adornata per Cumanos, Ponti Euxini, & Lodomerianos, Boryſthenis accolas, Phociano Schiſmati addictos, Tatarorum (*Cf. VI. & Not.* 13), quibus ipſi quoque ſe adjunxerunt, anni 1241 incurſio, & extrema, quam Magiſter Rogerius, Canonicus Varadienſis, Author ſynchronus, copioſe perſcripſit, totius Hungariæ, ac diſerte Scepuſienſis etiam Terræ, evaſtatio elnſit. Neque alia Bullæ, ab Innocentio IV, mox ac Pontificatum (*Cf. Sandin.*) A. 1243 adierat, editæ, qua *Idem ratum eſſe voluit jus conceſſum ab Hadriano II. & Joanne VII.* (utriſque Seculi IX. Pontificibus) *celebrandi Miſſam officiumque Divinum lingua Slavonica*, ratio fuiſſe cenſenda eſt, quam ut priſtinam Hungariæ pacem reveheret, ac Schiſmaticos ad unionem amplectendam tanto certius præpararet. Atque huic Epochæ attribuenda eſt complurium Hungarorum inter Slavos, Raſcios ac Valachos, partim Græco-Catholicos, partim Phociano-Schiſmaticos permanſio, vel etiam acceſſio, qui linguam & mores ut plurimum ſubinde mutarunt. Catholicum equidem Græci Ritus populum deinceps per Diœceſanos Latinos Epiſcopos, medio Generalium ſuorum, in ſpiritualibus Vicariorum, id quod vota ejuſdem haud expleverat, gubernatum fuiſſe indicant ſequentes Literæ, ex autographo, apud Spect. olim & Cl. D. Samuelem Székely de Doba habito, deſumtæ: " Nos Magiſter Johannes, Præpoſitus Eccleſiæ S. Georgii Martyris de Strigo-
„ nio, Canonicuſque Eccleſiæ Agrienſis, Generalis Vicarius Venerabilis in Chriſto Patris, Do-
„ mini Nicolai, DEI & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Agrienſis. Damus pro memoria: Quod,
„ cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum Comes Petrus, filius Johannis de Ponyila,
„ ſecundo, cum Nobili, ſibi ſimili, in Octavis S. Michaelis Archangeli contra Dominam uxo-
„ rem Georgii Clerici (*ſeu Plebani*) de Harsány (*poſſeſſione Agrienſis Epiſcopatus pure Hungarica*), in Capella ejuſdem Domini Epiſcopi noſtri juramentum præſtare debuiſſet, ad-
„ veniente ipſo termino, dictus Comes Petrus cum præfato Conjuratore ſuo, videlicet Nobili,
„ ſibi ſimili, contra dictam Dominam præſtitit juramentum ſuper eo, quod ipſe duo pecora, ſci-
„ licet unam vaccam & unum bovem, unam marcam valentes, ejuſdem Dominæ, ab ipſa Domi-
„ na non abſtuliſſet, & in his contra eandem Dominam penitus innoxius eſſet & immunis. Da-
„ tum Agriæ in Craſtino ipſius juramenti. A. D. Milleſimo trecenteſimo triceſimo tertio. (L.S.)
„ *Indorſatio.* Super depoſitione Juramenti pro Comite Petro, filio Johannis de Ponyila, con-
„ tra Dominam uxorem Georgii, Clerici de Harsány, expeditoria. " Huſſitis porro, Ritus Græcanici ſarculis, per Bohemiam late graſſantibus, ac ſeſe in Hungariam quoque inſinuantibus, celebratum eſt A. 1431 Baſileenſe Concilium, Sigiſmundi, Hungariæ Regis & Imperatoris, metu Schiſmaticorum victi, ſvaſione inſtauratum (*Cf. Sand. Pontiff.*), ac ſubinde A. 1438 Florentiam translatum, ad Græcos cum Latinis reconciliandos. " Interfuerunt Epiſcopi CXL, in iiſque Jo-
„ ſephus Patriarcha CPolitanus, Beſſarion Antiſtes Nicænus, Iſidorus Theſſalonicenſis, Marcus Epheſi-

rum, Comite Zulgagcurie, Nicolao, Vojvoda Transilvano & Comite de Zonuk, Paulo, Bano de Sceurino (Szörény), Moyse, Comite Simigiensi, Johanne Comite Supruniensi, Dedalo, Comite Zaladiensi, Michaele, Comite Nitriensi, & aliis quam plurimis, Comitatus Regni nostri tenentibus & honores.

XLV.

„ phesinus. Adfuit etiam Joannes VII. Phaleologus Orientis Imperator. Praefuit ipse Eugenius „ IV. -- Graeci omnes extra unum Marcum Episcopum consensere, Spiritum Sanctum procedere „ a Patre *Filioque*, ac vocem *Filioque* declarandae causa veritatis recte insertam Symbolo, „ quamvis ipsi eam Symbolo suo inserere noluerint: Eucharistiae Sacramentum in azymo pane jun„ ta atque fermentato confici, *nemini tamen licere mutare Ritum Ecclesiae suae:* esse lo„ cum, in quo piorum animae, sejunctae a corpore, siquid diluendum superfit, ad definitum tempus cru„ ciatae expiantur, iisque preces Christianorum & Sacrificia prodesse, puras e contrario, omnis„ que macula expertes, ad optatissimam beatitudinem, qua in DEI visione consistit, statim ad„ volare: denique Pontificem Romanum in Ecclesia universa *Primatum* obtinere. Sic recon„ ciliata pax: quae tamen brevis admodum fuit; Graeci enim vix in Patriam reversi auctore Mar„ co Ephesino Metropolita, renovarunt Schisma antiquum, in quo ad hodiernam diem (potiori „ parte) perseverant, post duodecimam seu decimam quartam cum Latina Ecclesia reconciliationem."

1) In hocce Florentino Concilio etiam disciplinae rationem, ac rerum sacrarum normam, quae apud Unitos obtinere debeat, singillatim definitam, a Latinis tamen Diocesanis obtarbatam fuisse, docet Leonis Papae X. sub Ludovico II. emanata sequentis tenoris Bulla (*ap. Pray. Hier. P. I. p.* 382): " Leo Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Accepimus nuper, quod, „ licet dudum in Concilio Florentino sub felicis recordationis Eugenio Papa IV, Praedecessore „ nostro, in quo inter ceteros Principes & Praelatos, Imperator tunc Graecorum, & quam plu„ rimi alii Praelati Nationis Graecae pro unione faciendae de orientali Graecorum cum Romana „ Ecclesia, re, tam diu a Praedecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, ac tota Christiana Repu„ blica, desiderata, interfuerint; inter alia Statuta determinatum est, Nationem praedictam, in qui„ busdam eorum Ritibus & observantiis, quae non imputabantur Haeresi, permanere, & inter ce„ tera scilicet: quod Presbyteri in fermentato celebrare, ac sub alia forma, quam Romana, bap„ tizare, videlicet: baptizatur servus DEI in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti Amen. „ Item quod ordinati in Sacris Matrimonio, ante ipsorum sacrorum Ordinum susceptionem contra„ cto, uti, ac barbam nutrire, venerandumque Sacramentum sub utraque specie omnibus, etiam „ pueris, ministrare possint, per dictum Concilium statutum, ordinatum, ac decretum, sive per„ missum fuerit, tamen Ordinarii locorum Latini ipsam Nationem super dictis Ritibus & observantiis, in „ locis, ubi de praesenti Graeci morantur, quotidie molestent, perturbent, ac inquietent, cogentes pue„ ros ipsorum, & alios, eorum more baptizatos, iterum *more Romanae Ecclesiae rebaptizari*, „ dictumque Sacramentum sub utraque specie omnibus, etiam pueris praedictis, minime adminis„ ri debere, neque barbam nutrire, neque in fermentato, sed azymo celebrare, in dictis sacris Or„ dinibus ordinatos matrimonio sequagnam uti debere, propter quae ac nonnulla alia quotidie in „ populo diversa scandala exoriuntur, ac in dies, nisi opportuno per nos remedio provideretur, „ exoriri contingeret. Considerantes autem, quam operae pretium, pium, ac necessarium sit, ut „ malo praedicto, multo labore quaesito, -- per Romanos Pontifices -- -- conservetur, & dicto„ rum Graecorum molestiis ac impedimentis hujusmodi obvietur, necnon quieti ipsorum, atque a„ nimarum consolationi in praemissis opportune consulatur, Ritus quoque, & observantiae eorum

„ Eccle-

XLV.

Ladislaus IV. centum marcas pauperibus & infirmis ex fodina Gelnitzienſi aſſignat quotannis dependendas. A. D. 1280.

EX MANUSCRIPTO Vaticano, quod Raynaldus in Hiſt. Eccleſiaſt. ad A. 1280 vulgavit. Ap. Kat. H. R. H. T. VI. p. 835. Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 192.

LADISLAUS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Omnibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in auctore ſalutis. Cum ad Catholicos & Deo devotos Principes,

„ Eccleſiis & alibi, juxta antiquam ipſorum conſvetudinem conſerventur, motu proprio, non ad
„ alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra liberalitate, & ex certa
„ ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dictis Græcis tam Prælatis, quam a-
„ liis perſonis Nationis Græcæ, & eorum cuilibet, ut eorum Ritibus, ac obſervantiis ſive con-
„ ſvetudinibus, ut præmittitur, uti, ac illos, & illas obſervare, Miſſaſque, & alia Divina of-
„ ficia, ſecundum eorum antiquam conſvetudinem celebrare - - - poſſint, motu, & ſcientia ſimi-
„ libus, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Et inſuper, quod nullus AEpiſcopus, Epiſco-
„ pusque ordinarius Clericos Græcos ad Sacerdotium promovere audeant, ac, quod in Dioceſi, ubi
„ Latini & Græci inhabitant, & ſolum AEpiſcopum, ſive Epiſcopum Latinum ordinarium habent,
„ dictus AEpiſcopus, ſive Epiſcopus, circa negotia & cauſas dictorum Græcorum, Vicarium
„ Græcum, ipſis Græcis gratum, vel per ipſos Græcos eligendum, ex quo vir Græcus melius Græcos
„ mores novit, quam Latinus, eorum ſtipendio & ſalario retinendum deputare, quodque in cau-
„ ſis appellationis ad Metropolitanum, ſi forſan Græcus non eſſet dictus Metropolitanus, ſimiliter
„ in dictis cauſis Judicem Græcum deputare teneantur. Et inſuper cum in Parochialibus Eccleſiis
„ ipſorum Græcorum antiquiſſimo, & hactenus obſervato Ritu, non niſi ſemel in die per unum Sa-
„ cerdotem celebrari liceat, & tamen nonnulli Sacerdotes Latinorum, dimiſſis ipſorum propriis
„ Parochialibus Eccleſiis, ut præfatos Græcos injuria afficiant, & ad diſturbandum eorum Ritus,
„ & conſvetudinem hujuſmodi, neſcitur, quo ſpiritu ducti, interdum Altaria dictarum Parochia-
„ lium Eccleſiarum præoccupant, & ibi contra voluntatem eorundem Græcorum Miſſas, & for-
„ ſan alia Divina officia celebrant, adeoque dicti Græci ſæpenumero ſine auditione Miſſarum, cum
„ magna animarum moleſtia feſtivis & aliis diebus, quibus Miſſam audire conſveverunt, remaneant,
„ Nos autem ad obviandum ſcandalis, & providendum, ne in futurum moleſtiæ hujuſmodi Grę-
„ cis ipſis inferantur, Sacerdotibus Latinis prædictis, ne de cetero Miſſas, & alia Divina officia
„ in dictis Eccleſiis eorundem Græcorum celebrare, Magiſtratibus vero, ſi qui ſunt, ne dictis Sa-
„ cerdotibus auxilium & favorem præſtent, nec non, ut nullos Ritus & Ceremonias, in dicto Con-
„ cilio Florentino, vel alias approbatos, blaſphemare, aut reprobare, ſeu improbare, ac ubi
„ duo, unus Latinus, alter vero Græcus, ejuſdem loci ſunt Epiſcopi, Epiſcopus Latinus de perſo-
„ nis Eccleſiaſticis & Secularibus Græcis, ac de Juriſdictione -- Epiſcopi Græci, vel aliis qui-
„ buſcunque ad Epiſcopum Græcum quomodolibet ſpectantibus, nullatenus ſe intromittere præſu-

„ mat,

& quoslibet alios Chriſtianæ fidei profeſſores principaliter quaſi ſpectare noſcatur, culpas ſuas agnoſcere, & Eccleſias ac alia pia loca, ad uſum pauperum & egenorum, ac infirmorum Chriſti ædificare; notum fieri volumus univerſis: Quod cum tempore ſacri

„ mat, ſed Epiſcopus Latinus Latinorum, Epiſcopus vero Græcus Græcorum duntaxat curam „ regimen ac Jurisdictionem reſpective habeant, & exerceant: Et inſuper, quod Presbyteri La„ tini in Eccleſiis Græcorum neque celebrare, neque funeralibus, nuptiis ac baptiſmis, & aliis „ Græcorum actibus publicis & privatis intereſſe, aut ſe immiſcere, niſi ad hoc ſpecialiter per „ ipſos Græcos vocati fuerint, audeant, vel præſumant: Clerici & Presbyteri ſeculares, Mona„ chi Græcorum, aliorumque Eccleſiæ, ac Monaſteria, Bonis, quæcunque de Jure, ſive con„ ſvetudine, vel alias quomodolibet ad ipſos pertinentibus, iiſdem uti, potiri & gaudere libere „ & licite poſſint & valeant: — Nec non viduæ Presbyterorum, vel Clericorum Græcorum, „ in caſtitate juxta Ritum Græcorum viventes, iiſdem Immunitatibus, Exemtionibus, Privilegiis, „ quibus, viventibus earum viris Presbyteris, ſeu Clericis, gaudere poterant, gaudeant & fru„ antur, motu, ſcientia, & poteſtate paribus, concedimus, decernimus & declaramus: ac ita „ per AEpiſcopos, Epiſcopos & alios Prælatos, Presbyteros & Clericos Latinos, pro dictis & „ quibuſcunque aliis exceſſibus, ejus videlicet Prælatis, & ſuis Majoribus, ſub ſuſpenſionis a Di„ vinis, aliis vero inferioribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, privationis beneficiorum „ Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia impoſterum obtinenda, ipſo „ facto per quemlibet contra facientem incurrendis pœnis præcipimus, mandamus, quatenus præ„ ſentes Literas, ac omnia in eis contenta, inviolabiliter obſervent, ſicque per quoſcunque Ju„ dices in Romana Curia, vel extra eam in quacunque Inſtantia judicari, ſententiari & definiri „ debere, ſublato eis & eorum cuilibet aliter judicandi, ſententiandi & definiendi facultate, ac „ irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his a quocunque, quavis authoritate, ſcienter vel igno„ ranter contigerit attentari. &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XVI. „ Maji, Anno MDXXI. Pontificatus noſtri Anno IX. “

m) Atque ab hoc tempore Hungari & Slavi reſidui, ac præprimis *Gógenyi*, quos paſſim *Ruthenos* Latine, *Oroſz*-os populariter (*Cf. Not.* 43 b. g.) vocamus, nec non Valachi (*Oláh* - ok), Servii (*Rátz* - ok) & Croatæ (*Horvát* - ok), cum Romana Eccleſia uniti, per varias Diœceſes diſperſi, Catholicos quidem ſui Ritus Epiſcopos accipiebant, in Latinorum tamen Diœceſanorum arbitrio manſerunt, donec ævo noſtro, bona Pontificis Benedicti XIV, & Auguſtæ Mariæ II. venia, diſerte autem Criſienſis, Fogaraſſienſis, Magno - Varadienſis & Munkaczienſis Præſules, inter ceteros Diœceſanos relati, ab omni Latinorum Jurisdictione exemti fuiſſent, reliqui vero non uniti, utpote Aradienſis (*ex antiquo Cſanadienſi Latino decerptus*) Bacſienſis (*Metropolitanæ veteris Eccleſiæ, a S. Ladislao Rege pro Regnicolis Partium illarum, Græco potiſſimum Ritui addictis, fundatæ, memoriam refricans*) Budenſis (*qui cum Peſthienſi antiquo idem eſt*), Caroloſtadienſis, Pakratzenſis, Temeſvarienſis, Tranſſilvanienſis & Verſchetzenſis Epiſcopi (*omnes quippe tales, quorum populus, partim Tataricarum, partim vero Mohácſianæ ſtragium occaſione uſus, a Latinis Epiſcopis deficiens, Byzantinæ Aulæ favore, ac Patriarcharum CPolitanorum inſtinctu, animatus, Epiſcopos Græci Ritus, in reliquiis latinizatorum, ut ita dicamus, Epiſcopatuum, ſtabilitos aſſumſit*) ſub Carlovicenſi AEpiſcopo, velut Metropolita ſuo, perſtitiſſent. “Huc

ipſe-

cri Concilii, per Venerabilem Patrem Dominum Philippum (73), Dei gratia Firmanum Epiſcopum, Apoſtolicæ Sedis Legatum, in Caſtro Budenſi (Anno priore 1279) devote & ſolenniter celebrati (Cf. Synodi hujus Decreta ap. Carol. Péterfy. Concil. Eccl. Hung. P. I), nos fervore juventutis contra noſtram ſalutem ac-

ſpectant hodiernorum Boſnenſis ſeu Diakovárienſis & Sirmienſis, nec non Segnienſis & Modruſſienſis ſeu Corbavienſis Epiſcopatuum, canonice unitorum, laciniæ, haud ſecus, ita dictorum, Titularium Almiſſienſis, Anſarienſis, Arbenſis, Belgradenſis, Boſonenſis, Biduanenſis, Catarenſis, Corczolenſis, Drivaſtenſis, Dulcinenſis, Novienſis, Priſtinenſis, rectius Priſerenenſis (*Cf. Not.* 64 c.), vel S. Irenæi, Samandrienſis, Sardicenſis, Scopienſis, Scutarienſis, Serbienſis, Tinninienſis, Titopolitani, Veglienſis, aliorumque Epiſcopatuum, ſub Sacra Regni Hungariæ Corona olim conſtitutorum, memoriae." Addo pro coronide (*inqvit RR. Pray. l. c. p.* 414. *Not.* c.) „ Epiſcopatum Munkacſienſem olim latius, quam hodie ſit, porrectum fuiſſe, ut patet ex numero „ *Archipresbyterorum*, & *Archidiaconorum* anni MDCC, qui Epiſcopo parebant. Inter „ *Archipresbyteratus*, ſequentes cenſebantur; Scepuſienſis, qui communi conſenſu ſe Archi- „ epiſcopo Strigonienſi ſubjecit (*jam vero ad Munkacſienſem Epiſcopum rediit*, *ac per* „ *RR. D. Michaelem Bradacs*, *Cathedralis Eccleſiæ Munkacſienſis Archidiaconum*, „ *ſeu Lectorem*, *& Canonicum*, *II. Comitatuum Scepuſienſis & Gömörienſis Ar-* „ *chidiaconum*, *nec non Excellentiſſimi*, *Illuſtriſſimi*, *ac Reverendiſſimi D. Epiſcopi* „ *Munkacſienſis Andreæ Bacſinſzky &c. per Diſtrictum Caſſovienſem in Spiritualibus* „ *Vicarium ſecundarium*, *& Cauſarum Auditorem Generalem*, *Eperjeſſini reſidentem*, *me-* „ *dio duorum Vice-Archidiaconorum*, *utpote A. Reverendorum Dominorum Michaelis* „ *Kanyuch*, *Jarembinenſis*, *in Regio-Camerali Dominio Lublovienſi*, *& Michaelis Dudin-* „ *ſzky Szlovienkenſis*, *in Dynaſtia Csákyana Parochorum*, *I. Comitatus Scep. Tab. Jud.* „ *Aſſeſſorum*, *immediate regitur*): Sároſienſis, Makovitzenſis circa Zboroviam, item alter „ Makovitzenſis, Ujhelyienſis: *Munkacſienſes* numero ſeptem, qui Archipresbytero Cathedrali „ parebant: Szöllöſienſis, Havasföldienſis: *Nagybányenſes* numero tres: *Kállovienſes* duo: „ Váradienſis & Sixovienſis. Inter *Archidiaconatus* ſequentes fuiſſe reperio: Sztropkovienſem, „ Homonnenſem & Ungvárienſem. In hoc terrarum tractu, numerabantur eodem anno Eccleſiae „ DCCLXIX. Ex his non unitae CCCCXVI. Unitae CCCLIII. Nunc (*A.* 1776), „ quo loco res ſit, non habeo, quod pro comperto poſſim dicere."

73) Turbis religionariis, qvæ inter Latinos & Græcum Ritum ſecutos per Hungariam, Parteſque adnexas, recruduerunt, ipſumque adeo Scepuſium, Duce Rolando (*Cf. Not.* 37 *& LII.*) involverunt, A. 1278 nimia Ladislai Regis lenitate, ſuoque ad Ritum Græco-Catholicum receſſu, utcunque ſopitis, Nicolaus III. Pontifex Philippum, Epiſcopum Firmanum, Apoſt. Sedis Legatum, his Literis (*Rainald. l. c. ap. Kat. T. VI. p.* 771) munitum, in Hungariam emiſit: " Nobilis Regni Hungariae neceſſitates, Apoſtolicæ Sedi frequenter expoſitas, præcordialiter intuemur, - & non ſine cordis amaritudine ſæpius contemplamur. Condolemus enim tumultuoſis motibus & ſeditioſis tumultibus illius incolarum, qui vel per diſſidia ſimultatum (*religionariarum*) alterutrum diſſident, vel (*per*) congreſſus mutuos & bella plus quam civilia immaniter colliduntur. Ex quibus inter alia, dono pacis (*reducendæ*)

mor-

censi, & quorundam pravorum consiliis depravati, atque seducti, in nostram hoc inferri injuriam æstimantes, quod erat ad propagationem virtutum, exclusionem etiam vitiorum, Judici & Civibus dicti Castri Budensis sub gravibus pœnis dedimus in mandatis, ut Prælatos Regni nostri, ad mandatum Domini Legati præfati, ibi occasione dicti Concilii congregatos, de Castro ipso excluderent, nec aliquos in dictum Castrum permitterent introire, quodque eis & familiæ eorundem victualia & venalia prohiberent (74) Tandem

---

mortalibus cunctis accommodo, dato (*per Ladislaum Regem, ritum Græco-Catholicum assumentem, Elisabethæ Conjugi suæ Latinæ*) libello repudii (*cujus ex jure Canonico Græcorum aliquot formulas RR. Pray* (Hier. P. I. p. 389. b.) *recitat: Libellus Repudii propter adulterium.* Item: *Libellus divortii, quando Maritus peregre proficiscitur, & non amplius videtur.* Rursus: *Libellus Divortii, hominis, a dæmone obsessi.* Denique: *Libellus Repudii, quando Maritus non mittit Uxori sumtus, & media vitæ sustentandæ*) graviter solium regale deprimitur, ejusque depresso Regimine, non solum in Regno ipso vastantur bona fidelium (*Latinorum*); sed jura Ecclesiarum & aliorum piorum locorum (*per præfectionem & immissionem personarum Græco-Catholicarum, quales, inter alios complures, Nicolaus II, Benedictus æque II, & Lodomerius Archiepiscopi Strigonienses* (Cf. Schmith AEpp. Strigon.) *nec non Muthmerius, Præpositus Scepusiensis erant*) in direptionem (*per consuetas in juribus ecclesiasticis cognatorum aut proximorum successiones*) veniunt, & libertas ecclesiastica (*in deligendis Ecclesiarum Rectoribus*) damnabiliter conculcatur; animarum quoque subsequuntur deplorandæ pericula, nefanda personarum (*de Romana Ecclesia bene meritarum*) excidia, & alia fere innumera detrimenta. -- -- Nos itaque tam ingenti & periculosa necessitate præmissorum attente pensata, te, de cujus claris meritis & probata industria plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad Regnum ipsum, tibi Legationis officio plene commisso, in eodem Regno ac Poloniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Lodomeriæ, Galiciæ & Cumaniæ Partibus, illi contermin's (*& adnexis*), ut in eis evellas & destruas, dissipes & disperdas, ædifices & plantes, in nomine Domini, sicut videris expedire, de Fratrum nostrorum consilio, velut pacis angelum, destinamus; injuncto tibi nihilominus, ut in Regno ipso inter eundem Regem & Regni personas, nec non tam ibidem, quam in Provinciis memoratis, inter ecclesiasticos & mundanos viros, & universos alios -- agere studeas & tractare, quæ ad cultum DEI, Apostolicæ Sedis honorem, observantiam Canonicæ sanctionis, reintegrationem ecclesiasticæ libertatis, robur status Regii, honestatis cultum, reformationem pacis (*pro qua inter Græcam Latinamque Ecclesiam componenda* (Sandin. Pontiff. p. 538) *in Lugdunensi Concilio literas quoque ad Michaelem Paleologum, Andronicum ejus filium, Patriarcham ceteroſque Præsules Græcos dederat*) -- pertinebunt. -- Datum Viterbii X. Kal. Octobr. anno I. *seu* 22. *Septembr.* 1278. *Cf. Kat. l. cit. p.* 776 --."

74) Præfixerat Ladislaus Rex A. 1279 publica in diem 20 post festum B. Joannis Bapt. Regni Comitia, Budæ celebranda. Philippus igitur opportunissima occasione hac usurus, ecclesiasticam quoque Synodum, ibidem congregandam indixerat, quam Ladislaus, Regno suo (turbis religionariis, quas idem partim per Donationem Comitatus Berzentzensis Timotheo, Zagrabien-

sis

dem paterna manſvetudine ab ipſo Domino Legato pie & leniter informati, ad eruditionem & frequentem inductionem ipſius, exceſſum noſtrum in hujuſmodi cupientes miſericordiæ operibus expiari, cum crimina eleemoſynis redimantur, in perpetuam eleemoſynam ad mandatum ipſius Domini Legati donamus, concedimus atque offerimus eidem Reverendo Patri Domino Legato, recipienti nomine & vice egenorum, ac pauperum & infirmorum Chriſti, centum marcas argenti, annis ſingulis, perpetuis temporibus,

---

ſi Epiſcopo, egregiam in Schiſmaticis, ad unionem reducendis, operam navanti, & ſucceſſoribus ejuſdem (*Cf. Kat. l. c. p. 720*) factam, partim per ſeditioſorum a Rolandi, Comitis de Scepus, cæde reſiduorum, & Stephani, Bani Machovienſis, aſſeclarumque ſuorum, Phocio adhærentium, in gratiam Regiam, procurata unione, receptionem (*Cf. ibid. p. 767 -*), partim denique ad conteſtandam bonam fidem, ſuo ad Græco-Catholicum a Latino ritum tranſitu, paulo antea feliciter compoſuerat, denuo excitandis) metuens, impedire voluit, verum a Legato melius ac plene informatus celebrari admiſit; cujus quidem Synodi decreta Raynaldus (*ap. Kat. l. c. p. 811*) ex Vaticano MS. ita vulgavit: " Sanctæ Conſtitutiones, editæ per Vener. Patrem D. Philippum, DEI gratia Firmanum Epiſcopum, in Ungaria, Polonia, Dalmatia, Croatia, Rama, Servia, Lodomeria Galicia & Cumania Apoſtolicæ Sedis Legatum, de conſilio & conſenſu Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Electorum atque Abbatum, Præpoſitorum, Archidiaconorum, Priorum, Miniſtrorum, Cuſtodum, Guardianorum, Plebanorum, Canonicorum, Rectorum & aliarum perſonarum & Clericorum, necnon Capitulorum tam Cathedralium, quam aliarum Eccleſiarum, ſecularium & regularium, Ciſtercienſium, S. Benedicti, Premonſtratenſium, S. Auguſtini, Prædicatorum, & Minorum, ac aliarum Ordinum (*ſed non Baſilitarum*), congregatorum in Concilio, celebrato in Caſtro Budenſi, Veſprimienſis Diœceſis, per eundem Legatum, ad honorem & gloriam Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ad reverentiam & honorem S. Rom. Eccleſiæ, & beatiſſimi ac ſanctiſſimi Patris D. Nicolai III. & Succeſſorum ejus, ad relevationem, fulcimentum ac defenſionem fidei Catholicæ & eccleſiaſticæ libertatis, nec non reformationem vitæ, morum & actuum Cleri & populi, Legationis prædictæ, ſub A. Domini MCCLXXIX. Indict. VII. die XIV. intrante Septembris, in quo videlicet die terminatum fuit Concilium ſupradictum, Pontificatus ſanctiſſimi Patris D. Nicolai Papæ III, anno II. " *Sequuntur Conſtitutiones LXII. quarum tituli in margine notantur.*

In horum nexu Ladislaus quoque ſequens in Regni Comitiis Decretum (*a RR. Pray. ex authographo vulgatum ap. Kat. l. c. p. 796*) edidit: " Ladislaus, Dei gratia Hungariæ -- -- Rex. Ad univerſorum notitiam volumus pervenire: Quod, quum Ven. P. Philippus, Dei gratia Firmanus Epiſcopus, Ap. S. Legatus, ad nos & Regnum noſtrum ſpecialiter ab eadem Sede ſancta, a Chriſti ſcilicet Vicario, fuiſſet deſtinatus, ipſius ſalubri ſvaſione & ſancta inductione concurrente, placuit Dominis Comanorum, ſcilicet *Alpra*, *& Uzur*, & ceteris Dominis de Comanis, (*adhuc a Bela IV. (Cf. VI. Not. 13) receptis*) ſimpliciter omnibus Nobilibus de Comanis, nomine Univerſitatis eorundem, ut ipſi, relictis idolorum (*quæ Cumani, velut Magyarieæ originis populi nunquam* (Cf. ibid. a. b. c.) *ſed Gothorum, ex Aſia minore ad Tanaim & Boryſthenem* (Cf. Not. 69 h. i. k.) *commigrantium, reliquiæ, in unam cum Cumanis gentem coaleſcentes, olim ex Græcia ſecum allata & retenta, colebant*) cultura, & omnibus ac ſingulis Paganorum (*Phociano-Schiſmaticorum, Cf. Not.*

ribus, ipſorum pauperum & egenorum ac infirmorum nomine percipiendas ad opus conſtruendi unum hoſpitale, pro ſuſtentatione dictorum pauperum, egenorum ac [illegible] infirmorum, & in ſolatium eorundem in Regno noſtro, ubi, quando, & ſicut præfato Domino Legato videbitur expedire, & per ſe, vel per alium duxerit ordinandum, irrefragabiliter ſtatuentes: quod dictæ centum marcæ per nos & ſucceſſores noſtros, annis ſingulis, perpetuis temporibus perſolvantur de argenti fodina noſtra, Guylnych bana (Gelnitz-bánya) vocata, circa Scepes, qui per ipſum, vel alium, qui de mandato

---

Not. 60. d.) ritibus prorſus dimiſſis, ad Catholicæ ſeu orthodoxæ fidei unionem convertantur, ac faceri baptiſmatis univerſi & ſinguli (*Cf. Not.* 72) recipiant Sacramentum, & quæcunque alia docet, tenet ac prædicat Eccleſia Romana ſacroſancta. Et quia fides ſine opere mortua, -- nos, ut aſſumptæ fidei perfectio apud ipſos & in ipſis ſumat initium, & principale faciat fundamentum, quum ad hocce eoſdem D. Legatus quodammodo coarctaret, recepimus & prius de VII. generationibus eorundem Comanorum, prout ſunt VII obſides. -- Quos quidem Dominos de Comanis, & Nobiles Comanorum, ac totam gentem eorundem, in Regno noſtro (*Hungariæ*) exiſtentem (*excluſis proinde ad inferiorem Danâprim & Tanaim diffuſis, a quibus axioma Cumaniæ, titulis Regum noſtrorum inſeritur, quorumve converſionem Nicolaus Pontifex Præſidi Franciſcanorum Hungariæ, inſtituendum vero in Cumania Epiſcopatum eidem Philippo, Firmano Epiſcopo, X. Kal. Octobris, anno I.* (ap. Kat. l. c. p. 773) *præceperat*), nos ſollemni & publica Congregatione, in Regno facta, & diligenti deliberatione cum Baronibus & Nobilibus Regni noſtri habita, deſcendere fecimus modo ac locis infraſcriptis: videlicet a modo -- recedent a tabernaculis ſuis & domibus filtrinis (*e filo textis tentoriis*), & habitabunt ac morabuntur in villis, more Chriſtianorum (*Latinorum*) - in ædificiis & domibus, ſolo fixis, præter abraſionem barbarum, & abbreviationem capillorum & habitum veſtium eorundem, ſuper quibus eoſdem, præter (*contra*) ipſorum voluntatem, prædictus Vener. Pater D. Legatus, ad noſtram devotam inſtantiam, lenitate paternæ pietatis condeſcendendum invitos coegit; ſed in aliis ſe moribus Chriſtianorum (*Latino-& Græco-Catholicorum*) conformabunt; & quod in Regno & terris noſtris ab omnibus inſolentiis & inſidiis faciendis ac interfectione Chriſtianorum --- retrahent penitus manus ſuas, &, ut antea, nullo unquam tempore facient, nec fieri permittent hujuſmodi per ſuos famulos, & ſubjectos; &, ut præmiſſa per ipſos obſerventur, ordinabit D. Legatus inquiſitores aliquos fidedignos, qui per ſingulas generationes, -- & per alios omnes ſubditos eorum inquirant, & ſciant ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis veritatem, quam nobis & eidem D. Legato, imo Eccleſiæ referre & exponere teneantur, ut ille, qui in aliquo præmiſſorum transgreſſor inventus fuerit, pœnam eccleſiaſticam, quam meretur, ab Eccleſia accipiat, & nihilominus per nos, temporalis vindictæ ſentiat ultionem. Et quia copioſa multitudo Comanorum copioſum terræ ſpatium capiebat, ſtatuimus, ut hi, qui cum generatione ſua inter Danubium & Titiam, aut juxta flumina Kris, vel inter flumina Meruz, aut circa eadem deſcenderant; & non alias, ſed ſuperiiſdem fluminibus, ſeu locis, ſive terris, quibus primitus quamlibet generationem cum ſuis tabernaculis Dominus Bela Rex, Avus noſter, illuſtriſſimus Rex Hungariæ, inclitæ recordat. deſcendere fecerat, ibi & nunc deſcendant & reſideant, modo præmiſſo, tanquam Nobiles Regni noſtri, conferendo & dando eis ibi terras Caſtrorum Udvarnicorum Reginalium, & alias terras conditionariorum, aut hominum Nobilium ſine herede decedentium, -- remanentibus juribus Monaſteriorum

&

dato ipſius, aut per Venerabilem Patrem Lodomerium, Dei gratia Strigonienſem Archiepiſcopum, ad curam, miniſtrationem, & gubernationem dicti hoſpitalis fuerint deputati, nos & Cameram noſtram, noſtroſque ſucceſſores, ad prædicta omnia & ſingula per præſens Privilegium obligantes. Quod ſi caſu aliquo dictam argenti fodinam deficere, diminui vel deperire contingeret, quod dictæ centum Marcæ de ipſius argenti fodinæ proventibus ſolvi non poſſent, aſſumimus, promittimus, ordinamus atque ſtatuimus, nos, & Cameram & ærarium noſtra, ut ſupra obnixi, obligantes, quod dictæ centum marcæ

& Eccleſiarum omnium ſemper ſalvis. -- Præciſe expreſſimus, quod Domini & Nobiles Comanorum univerſi & ſinguli ad noſtrum exercitum, ad quem nos perſonaliter accefferimus, venire teneantur, ſicuti ceteri Nobiles, Regales ſervientes, & ſi qui ex iiſdem negligentes exſtiterint, eandem ultionem idemque judicium patientur, quam vel quod incurrent alii Nobiles Regni noſtri. -- Ad hæc, quia prædictæ VII generationes Comanorum in locis diverſis & in pluribus Proceſſibus, utpote Domini Archiepiſcopi Colocenſis, & Venerabilium Patrum Dominorum, Varadienſis, Agrienſis, Chanadienſis & Vacienſis Epiſcoporum, reſidebunt & deſcendent, volumus, eodem D. Legato annuente, ut unuſquiſque eorundem venerabilium Patrum accedat ad generationem, in ſua Diœceſi deſcendentem, cum uno Barone noſtro & duobus Servientibus, de Regni Nobilibus fidedignis, & idem nondum (*Latino more*) baptizatis, ſacri baptiſmatis imponat Sacramentum (*quod videlicet Græco-Schiſmaticis quoque Græco Ritu conferri ſolitum fuiſſe* (Not. 72 b.) *docuimus*). -- Nec hoc prætermittimus, quod iidem Domini de Comanis, & Nobiles, & Univerſitas Comanorum, judicio Palatini Regni noſtri, qui fuerit pro tempore conſtitutus, ſubjacebunt, ſicut tempore Belæ Regis, avi noſtri (*Cf. Not.* 13 k. l. m.), fuerat inſtitutum, qui quoslibet cum incolis Regni noſtri in omnibus articulis judicabit, aſſidente ei Judice, ſeu Principe, qui in generatione quallibet fuerit inſtitutus, prout a tempore Avi noſtri exſtiterat obſervatum. -- Ceterum quoniam prædicti Domini de Comanis, & Nobiles Comanorum una ac eadem cum Regni Nobilibus perfruantur libertate, ſtatuimus, ut, ſicut a tempore Sanctorum Regum, progenitorum noſtrorum, ſuper Regni Nobiles & eorum populos, nec per nos, nec per Regni Barones deſcenſus fieri debebit violentus, ita & ſuper eoſdem Dominos & Nobiles de Comanis, ac eorundem populos, nec per nos, nec per Dominam Reginam, Cariſſimam Conſortem noſtram (*Eliſabetham, Caroli Siciliæ Regis filiam: hinc patet Ladislaum a dato Repudii libello, receſſiſſe, atque ad Latinum fors etiam Ritum rediviſſe*), & noſtros Barones, deſcenſus violentus fieri non poſſit, nec debeat ullo modo. Inſuper etiam terras ſeu poſſeſſiones, quas hactenus ex collatione Progenitorum noſtrorum & noſtra, cum Privilegiis eorundem & noſtro, vel aliquibus aliis evidentibus inſtrumentis juſte & pacifice poſſidere digneſcuntur, eaſdem poſſidere valeant & habere. Ut igitur ſeries hujuſmodi ordinationis, per nos factæ, robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Nicolai, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. A. D. Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono. IV. Id. Auguſti, Regni autem noſtri anno VII. "

Quibus & aliis omnibus, per Philippum Nicolao Pontifici relatis, idem ad Ladislaum ſequentes dedit Literas (*Raynald. ad A.* 1279 *ap. Kat. l. c. p.* 818) Ladislao Regi Hungariæ illuſtri, ſpiritum conſilii ſanioris. Militantis Eccleſiæ Pater æternus proprium filium JESUM Chri-

eæ de Camera vel ærario noſtris, annis ſingulis perſolvantur, tam pro ſatisfactione præfatæ injuriæ & offenſæ, per nos Deo & Eccleſiæ irrogatæ, quam pro noſtro & progenitorum noſtrorum remedio peccatorum. In cujus rei memoriam ſempiternam & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Bartholomæi, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo. Decimo quinto Kalendas Septembris, Regni noſtri anno octavo.

XLVI.

Chriſtum, præter quod nemo aliud ponere poteſt, poſuit fundamentum. Ad cujus Eccleſiæ regimen voluit Chriſti clementia Romanum Pontificem vice ſui deputari miniſtrum, ut ejus fidem, inſtructionem atque doctrinam, eloquio veritatis evangelicæ traditas, cuncti renati fonte baptiſmatis teneant & obſervent. Qui enim ſub hac fide laudabiliter curſus vitæ peregerint, Salvatoris gratiam merebuntur; & qui ab ipſa declinaverint, ſunt damnationis æternæ ſententia feriendi. Hoc itaque miniſterium Apoſtolicæ ſervitutis expoſcit, hoc ſolicitudo noſtra requirit, & ad hoc continuis vigiliis anxiamur potiſſime, ut fides ipſa ubilibet fervetur & vigeat, ſubmotis quibuslibet nubibus, clare reluceat, & effundat in ſingulos, eam profitentes, libere ſuos radios claritatis; nec minus pro eccleſiaſtica libertate ſervanda, curis quotidianis inſiſtimus, & quietem quærimus fidelium populorum, in iis paſtoralis officii debitum exſolventes. Unde non indigne de tua Regnique tui ſalute, more Patris ſolliciti, cogitantes, ab olim intellectis tumultuoſis motibus dicti Regni & ſeditionis tumultibus incolarum illius, qui per diſſidia ſimultatum (*religionariarum*) alteratrum diffidebant, & mutuis congreſſibus collidebantur immaniter, quæ quidem, dono pacis poſtpoſito, Regale ſolium graviter deprimebant, ejuſque depreſſo regimine, non ſolum in Regno ipſo vaſtabantur bona fidelium, ſed jura Eccleſiarum & aliorum piorum locorum diripiebantur enormiter, & libertatem eccleſiaſticam inſolentia damnabiliter conculcabant; animarum quoque ſubſequebantur deplorandæ pericula, nefanda perſonarum excidia & alia fere innumera detrimenta: Nos veriſimiliter hæſitantes, ne ex iis fidem ipſam vacillare, libertatem eandem & juſtitiam conculcari, ac *errores ſchiſmaticos* pullulare contingeret; licet conſideraremus interdum, ſi concurriſſet cum poſſibilitate decentia, noſtram ibidem exhibere præſentiam, ut circa hæc præſentialiter ſtudia noſtra verſando, apud DEUM & Patrem, retributorem omnium, in ſic gratis & acceptis obſequiis mereremur, tua culmina præſervaremus a fluctibus, & tam te, quam dicti Regni populum præſentialibus reficeremus affatibus, & exhibitionibus ſpiritualium gratiarum; quia tamen id non patiebatur noſtra conditio, nec emergentium undique negotiorum immenſitas permittebat, Venerabilem fratrem noſtrum Philippum, Epiſcopum Firmanum; Ap. S. Legatum de cujus induſtria, circumſpectione provida, & fidei puritate confidimus, ad Partes illas, tanquam pacis angelum, de fratrum noſtrorum conſilio, duximus deſtinandum, ut Perſonam noſtram Prælatis, tibi, ac aliis illarum Partium Catholicis, & aliis præſentaret, & quæ Deo placitura, dictoque Regno ad ſalutem profutura, & ad Chriſtianæ fidei ac tui ſtatus fulcimenta pertinere cognoſceret, auctoritate noſtra munitus, impleret. Utinam in hac parte noſtris deſideriis ſatisfiat. Profecto te affectibus paternis alloquimur, & tibi noſtræ mentis aperimus intrinſeca, ut de Patris pectore colligas, quod tuæ proſperitatis commoda quærimus, & in tuis ſucceſſibus proſperis delectamur; devota quoque horum attentione percipias, quod tuæ ſalutis zelatores exiſtimus, nec omittimus actus tuos dirigere precibus, interdum limine communitis, & ad te, qvum expedit, correctionis paternæ virgam extendere, ac illa feriente, a te indecentia quæque prorſus excutere, ut, illis expiatis, mun-

de

XLVI.

Eliſabetha, Major Regina Hungariæ, Guebelino de Leucha confirmat terram duorum aratrorum. Anno Domini 1280.

EX APOGRAPHO, in Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 81. manca producto.

ELISABETHA, Dei gratia Regina Hungariæ. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Reginalis benignitatis ſublimitas juſtas petitiones fidelium debet non immerito exaudire, eorum præcipue, pro

de reniteas DEO Patri, & nobis filius præſenteris electus, & exultent corda fidelium in lumine vultus tui, tuque proſpere procedens & regnans, tandem participationem æternæ gloriæ merearis: & ſi quæ forſan ex noſtris eloquiis amara colligeres, tenere te volumus, quod ex amoris dulcedine talis amaritudo procedit, & finaliter a te grate percepta dulceſcet. Licet itaque in primo ipſius Legati progreſſu diſplicuit nobis, & merito, quod ſicut audivimus, tu ejus reformidans adventum & ingreſſum *(Budam, ubi Comitia Regni celebranda erant)*, forſitan dubitans, illum dicebaris, quod invite referimus, impedire; cum non deceret de Patre Filium dubitare; nec opinari, ſeu debere præſumere, quod Romana Mater Eccleſia (quæ magnifica ſingulis, non ſolum filios benedictionis grate complectitur, & dulcedinis lactat uberibus, verum etiam aberrantibus, ut neminem relinquat ſuæ benignitatis expertem, potius manſvetudinis ſinum pandit ad gratiam, quam in illos judicium exerceat ultionis) in te ſæviens, quicquam tibi nocivum [illegible]itteret, vel Celſitudini Regiæ aut Regno prædicto, quod in memoria noſtra tenemus *(per S. Stephanum a Silveſtro Pontifice)* acceptum, quod Chriſti miniſtros produxit electos, & viros religione fœcundos, inclitos Catholicæ fidei profeſſores, & in quo degit Catholicus populus, mandatorum Domini ſectator eximius, peregrinationibus, pœnitentiis & aliis piis vacans operibus, prout in pluribus experimur, fomenta negaret propinare ſalutis; tamen reſumpſimus in mente lætitiam, gratanter audito, quod tu poſtmodum, ingreſſu dicti Legati percepto, te, ipſius inductionibus & ſalutaribus monitis, regali manſvetudine conformaſti, & animum tuum ad Omnipotentem Dominum, ut videbatur, concurrens, dicta tibi per eundem Legatum tam ſuper obſervatione fidei *(quoad Ritum & Doctrinam de Repudio alteratæ)* ac Decretorum & conſvetudinum Progenitorum tuorum *(a Bela III. Latinum Ritum ſecutorum)*, & conſervatione libertatis eccleſiaſticæ, quam hæreticorum *(Phocianorum & Patarenorum)* expulſione de Regno prædicto, ſervare ac in terris tuis ſervari facere, ſuper altare tactis Evangeliis, promiſiſti; quodque ipſius Legati monita ſuper liberatione Chriſtianorum *(utriuſque Latino- & Græco-Catholici ritus)*, quos Cumani & alii Pagani *(Phociani quippe ac Patareni, ſalutari baptiſmo carentes)* ſub ſervitute tenebant, benigne recolligens, quod Chriſtianos a Cumanorum obſequiis retraheres & quod compelleres Cumanos ad habitandum in domibus, ſolo fixis, & ex eis baptizatos potiſſime

quibus gratuita merita servitiorum intercedunt. Proinde ad universorum, præsentium futurorumque, notitiam harum serie volumus pervenire: Quod cum de gratia & favore Domini Regis Ladislai, filii nostri charissimi, & omnium Baronum suorum consensu, Dominium provinciæ Scypus ad nostras manus fuisset devolutum, & fidelem nostrum Dominicum, Magistrum Tavarnicorum (*Cf. Not.* 17.b. & 47.) nostrorum ad reambulandas & mensurandas terras in Scypus misissemus, idem ad nos rediens retulit nobis inter cetera: Quod

---

ad destructionem cogeres idolorum (*apud nonnullos adhuc vigentium, Cf. priora*); nullum etiam infidelem, vel quem scires excommunicatione ligatum, in officialem Regium vel familiarem admitteres; quod tam in te, quam in illis, de Regno tuo dimisso Paganorum (*Schismaticorum*) abusu, resumeres Christianorum habitum tam in vestibus quam capillis; Cumanos insuper restituere Monasteria & Ecclesias, occupata per ipsos, ac apostatas dicti Regni ad ordines redire compelleres, qvum ab eorum Prælatis existeres requisitus; & quædam alia, directionem Regni & salutem continentia Status tui, coram signo Crucis sollemniter in altari, primo & iterum, Regia fide data, Ungarico more (*Isten úgy segéllyen*) jurasti. Et dum exspectaretur, quod in hujusmodi proposito salutari concresceres, prædicta, sic promissa pluries, & jurata, per te non fuerunt, prch dolor! ut sperabatur, impleta: quamquam Cumanorum nuncii certos recepissent & approbassent articulos, uno excepto, videlicet de barbis radendis (*Cf. Not.* 72 *l.p.* 208) & crinibus breviandis, ad quod te Prælatis & Baronibus Regni prædicti eundem Legatum inducentibus, tu eidem Legato, quod cetera alia servari faceres, promisisti, Coronam & Regnum tuum propter hoc specialiter obligando. Et postmodum pro eo, quod præmissa, quæ promiseras & juraveras, ut prædicitur, adimplere distuleras, te graviter deliquisse, humili spiritu recognoscens, iterum cum obligatione simili, per manum dexteram, Regia fide data, Ungarico more, similiter & denuo te excommunicatum (*átkozott legyek, Cf. Not.* 46 *p.* 90) & Regnum tuum propter hoc juste interdicto tuisse [illegible]situm recognoscens, tactis sacrosanctis Evangeliis, jurasti, & renunciando appellationibus, exceptionibus & impugnationibus quibuslibet, promisisti etiam implere per omnia supradicta. Sed nec iis, non sine nota tui nominis, prout decuit, observatis, miramur & mirando tibi compatimur, & compatiendo dolemus, quod te famam Regalis nominis reprehensivæ inconstantiæ, in Principe maxime, lacerari remorsibus negligentiæ ac in vetita toties, non sine DEI offensa & inconstantia notabili, relabente, prædicta, sic per te jurata toties, & promissa, & obligationibus roborata, ne dicamus contempta, reperiuntur omissa: & demum audito, quod te improvido appellationis refugio, imo potius diffugio, commiseras, & prætextu appellationis hujusmodi, quasi baculo arundineo, incautus inhærens, non solum Legato non parebas, eidem secundum te ipsum, nec non & alios ab ejus Prælatorum, sibi adhærentium, obedientia, non absque notæ macula, interdum comminationibus, inductionibus interdum, pœnarum inflictionibus, retrahebas (*sub præmissis verborum involucris, Nicolaus Pontif. Ladislai ad ritum Græco-Catholicum transitionem, Regios Prælatis Græco-Catholicis exhibitos ad invidiam Latinorum favores, & Schismaticorum sub spe unionis tolerantiam perstrinxisse censendus est, id quod posteriora rerum adjuncta uberius evolvent*); in eo potissime tanto graviori dolore perpungimur, & anxiamur angustia, quanto incautius super his teipsum, animam & Regnum, tua, diceris involvisse; unde progredi videris in devium, & nisi resilias, in ruinam.

Nos

Quod apud Magiſtrum Guebelinum de Leucha quandam particulam terræ duorum aratrorum, & paulo plus, juxta terram Hydurmik a parte Orientis inveniſſet, quam quidem terram, quia ex collatione Domini Regis Belæ, ſoceri noſtri piæ memoriæ, pridem Magiſtrum Guebelinum pacifice poſſediſſe *(Cf. XXIV.)* comperimus, pro petitionibus ejuſdem juſtis & condignis, inſpectis fidelitatibus & ſervitiis ſuis, ipſi Guebelino Magiſtro, & ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus dedimus & contulimus: imo

---

Nos itaque, more Paſtoris, de commiſſo nobis grege dominico & ſalute tua, juxta officii noſtri debitum, ne videamur in te ac Regno prædicto negligere, quod in Catholicis Chriſtianis amamus, ſedulo cogitantes. Ac licet nondum ad nos ex parte tua ſuper proſequutione appellationis hujuſmodi nuncii ſeu procuratores tui venerint, præmiſſis abſque intermiſſione temporis occurrentes, te, ne ſub talibus nubibus ceſpitando præcipites Paſtoris miniſterio non adjutus, ad tuam & Regni tui ſalutem, ſub ſpe ſummi Patris, promptis adhibitis ſtudiis, prævenimus. Attende igitur, Rex inclite, cogita & revolve, quo duceris, & a quibus? quid poſtpoſueris, & cui vel quibus inhæreris? Attende te ipſum & vide, quod dicitur, dum auditus, quod Regalis Domus Ungarica, quæ conſvevit athletas Chriſti contra infideles producere, ac ſurgere ad reprimendam aſtutiam barbarorum; & quæ viros enutrivit electos, Catholicæ fidei profeſſores, DEUM & Matrem Eccleſiam reverentes, cultores juſtitiæ, religionis Chriſtianæ ſervatores præcipuos, & piorum operum ſedulos ſectatores, tali & tanto, quod ex præmiſſis colligitur, nefando contagio maculetur *(iſthic Ladislaus Phociani plane Schiſmatis argui videtur)*. Attende, quod in præſenti negocio agitur cauſa Chriſti, a quo non eſt appellationibus divertendum; nam ipſe Scrutator cordium judicat illos DEUS. Quibus allegationibus te munies, dum, ut dicitur, juramentorum & tot promiſſorum violator, maxime contra fidem, libertatem Eccleſiaſticam, in notoriis inſuper, in eo etiam, quod eſt tempore periturum, contra renunciationem tuam ac ſalutem propriam, ſub pallio talis appellationis inobediens coram Chriſti Vicario præſentaris! Reſpuunt interdum in talibus appellationes, nedum divina, ſed humana judicia. Quibus te poteris apud juſtum Judicem excuſare ſuffragiis, dum ſalutem tuam & Regalis nominis famam poſtpoſuiſſe fic diceris; & pateris, quod ſub tuo prætextu, in Regno ſic Catholico, unde conſcripta Sanctorum merita colit Eccleſia, fluctuet Fides Chriſti? Quibus defenſionibus poteris coram illo ſubſiſtere, qui patiens & humilis miſeretur & commodat, & tandem provocatus ad iram, mucrone duræ ſententiæ ferit & deprimit obſiſtentes? Abſit, quod tu talibus contrecteris inſultibus! Abſit, quod tantum Principem & ſic electum Regnum, ſicque copioſam fidelium multitudinem periclitari noſtro tempore videamus! O quanta producimus & quam amara ſuſpiria, dum te ac dictum Regnum, ſic nobis cara, tantis videmus ſubjacere periculis? O quam profunde diſtrahimur, dum aſtutias infidelium *(Græcorum)* ſubtilius judicamus; & quanto langvore diffundimur, dum timemus nequitiam ſitientium Chriſtiani populi colludere veritatem! Nam ipſi Schiſmatici *(ſub quibus patet Cumanos per Pontificem intelligi)*, tecum barbarico more luctantes, tibi ſe ipſos ſeditioſa calliditate ſubjiciunt, ut tandem ſibi ſubjiciant tui nominis claritatem. Ad quæ Divinam Clementiam orationum ſuffragiis humiliter imploramus, ut dignetur ab oculis tuis omnem nubem excutere, per quam poſſet in te ſuperioris luminis beneficium impediri, ut excluſa tenebrarum caligine, quid fis, & ubi, quid agas, quidque tuis mereariſ actibus, tam exteriori, quam interiori lumine contempleris. Et nihilominus illius vices gerentes in terris, qui pro ove deperdita ad flagella duci, clavis affigi, & tandem mortem ſubire voluit, ut mortem noſtram

jam dudum collatam, relinquimus perpetuo poſſidendam. -- -- In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes eidem conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Gregorii, Præpoſiti de Gow (Kow, ſive Kou vel Keu) Aulæ noſtræ Cancellarii, fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo.

XLVII.

ſtram moriendo redimeret, & quas protoplaſti delicto meruimus, miſerias tolleret infernales; nos & fratres iidem non ſolum in his adhibere, quæ videbuntur opportuna, remedia, ſed nos ipſos etiam, prout tenemur, pro conſervatione Catholicæ Fidei, ſi expedierit, exhibere proponimus, ut tuam & Regni præfati ſalutem, &, ſi oporterit, non ſolum ſpiritualibus, ſed temporalibus correctionibus, procuremus. Et licet ſperemus in Bonorum omnium directore, quod ipſe te reducet ad gratiam, & diriget per ſuorum ſemitam mandatorum: ſi tamen, quod abſit, in præſenti varietate calleſceres; firma fide tenemus, quod nobis aderit ipſe propitius, & ſua potentia prævalebit. Digne quoque confidimus, ſic Prælatos, Barones & populum Regni præfati ad DEUM & Matrem Eccleſiam ſincera devotione fervere, & in Divinis beneplacitis radicatos, quod non ſolum te in talibus non confoverent flagitiis, ſed Zelo fidei & fervore Chriſtianæ religionis accenſi, potius in tuos actus reprobandos inſurgerent pro conſervanda gloria Redemptoris. Exurge igitur per te ipſum, & imbutus ſpiritu ſalutari, mente conſurge: animum tuum Regali conſtantia & ad Creatorem tuum ſerena magnanimitate reforma: & illi pure ac ſimpliciter irrefragabili ſoliditate ſtudioſius te conforma: & ejus nutibus dirige actus tuos, a quo dependent omnium mors & vita. Exurge, nec tepeas, illius te beneplacitis humili ſpiritu devovere; cujus eſt proprium miſereri ſemper & parcere. Conſurge fortis, & prudenter audi verba, quibus te Chriſti Vicarius alloquitur. Illa ſume, ſumtaque diligenter attende; nam te dante cauſſam, deducunt ad verbera, ut te ipſum correctione paterna reformes, nec avertas manſvetudinem Matris Eccleſiæ, filium trahentis ad ubera, ut ipſum materna dulcedine liniat & reficiat gratia ſalutari. Et exurgens humiliter, de tua vel cujuſvis alterius contra DEUM potentia non confidas; ſicque facias, ſicut Catholicus Chriſtianus, Regalibus circumfultus virtutibus, de quadam DEO placida neceſſitate virtutem; & in dicto Legato perſonam noſtram devote contemplans, ſicut nobis, in prædictis & aliis Legato parere, prætextu cujuſquam appellationis indebitæ, vel incauti conſilii, non dimittas eidem; ſed ei potius ſic prompte ac humiliter acquieſcas, promptitudine Regali corrigas per te in hac parte commiſſa, & pœnitudine plena & intentione perfecta, places, altiſſimum, quod nos & dicti fratres per ipſius Legati, tuas Prælatorum & Baronum Regni præfati literas & alias etiam, optata & DEO accepta gaudia, cum efficaci & devota Regali promptitudine de tuis actibus, dante Domino, velociter colligamus: ipſe quoque pius Pater tibi placatus arrideat; Solium & Regnum prædicta ſolidet, dirigat & reformet: ac te dictumque Regnum ubertate fœcundet: tuque Progenitorum tuorum ſequens clara veſtigia, quolibet nubilo fugato, reluceas, & plene percipiens nominis Divini fragrantiam, & efficacius ad amorem ejus allectus, ad dona cœleſtis gratiæ valeas, tanquam benedictionis filius, pervenire; nec cogamur, quod faceremus invite, circa hæc alia remedia cogitare. Datum Romæ apud S. Petrum, V. idus Decembris, Anno II (*vel 9. Decembr. 1279*).

XLVII.

Transactio Muthmerii, Præpoſiti Scepuſienſis, cum ſuo Capitulo ratione Villarum Lethon & Heymuth inita, Anno Domini 1281.

EX AUTOGRAPHO, in Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 301 prodacto.

NOS Magiſter Muthmerius, miſeratione Divina Præpoſitus de Scepus. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in vero Salutari. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod cum ex Donatione illuſtris Belæ Regis, bonæ memoriæ, villas Lethon & Heymuth vocatas, pro remedio animæ cariſſimi fratris ſui Colomani, felicis recordationis, nobis & Eccleſiæ noſtræ contulerit *(Cf. XI.)* perpetuo poſſidendas. Et licet pro eiſdem villis fratres noſtri traxerint nos in cauſam coram Domino Legato (Philippo, Epiſcopo Firmano): tamen ante Deciſionem ipſius cauſæ, maturiori & ſaniori habita deliberatione, medie-

D.

Bela IV. ratam habet Donationem, quam fecerat Cœnobio B. M. V. de Scepus. Ordinis Ciſtercienſis. Datum A. D. 1250.

EX APOGRAPHO ap. Wagn. in Anal. Scep. P. I. p. 391.

BELA, Dei gratia Hungariæ &c. Rex: Omnibus, tam præſentibus quam futuris, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ut Celſitudo Regia, negotia Eccleſiarum ſuarum, quæ caſu conſumpta ſunt, vel amiſſa, ſuorum Privilegiorum teſtimonio renovet, & confirmet, pietas ſvadet, ratio poſtulat, jus requirit. Proinde ad univerſorum notitiam volumus pervenire: Quod fideles noſtri Albertus Abbas & Conventus Monaſterii B. V. de Scepus, de Ordine Ciſtercienſi, coram nobis comparendo, propoſuerunt, quod cum Monaſterium & Clauſtrum ipſorum caſuali incendio ſit abſumptum, inter alias res ipſorum, Privilegium noſtrum, ſuper collatione terræ, exiſtentis circa Clauſtrum, quam quidem terram de conſenſu cariſſimi fratris noſtri Colomani Regis *(Cf. Not. 16)*, pie recordationis, ipſis jam dudum contuleramus, exuſtum caſualiter exſtitiſſet. Unde ſupplicarunt nobis, ut prædictam Donationem noſtram ipſis, cum ſint in pacifica poſſeſſione earundem terrarum, iterato noſtro Privilegio dignaremur confirmare. Nos igitur ipſorum Supplicationibus inclinati; maxime quod ſeriem Donationis noſtræ revocavimus ad memoriam, eandem terram dicto Monaſterio, iterato noſtro Privilegio duximus confirmandam. Cujus quidem terræ metæ, prout in literis Magiſtri Mathiæ, Præpoſiti de Scepus, fidelis noſtri, qui eandem terram de mandato noſtro antea ipſi Monaſterio metaverat & aſſi-

gnave-

tatem omnium proventuum dictarum villarum tam majorum quam minorum, dictis Fratribus noſtris, imo ipſi Capitulo contulimus, ordinavimus & ſtatuimus perpetuo retinendam: ita, quod nec nos, nec Succeſſores noſtri, de mediis proventibus dictarum villarum, nullum jus ſibi poſſint vendicare, quia in retentione dictarum villarum magnas expenſas & labores ſæpe, ac ſæpius pro confirmationibus *(Cf. XXXVI)*, ſumus perpeſſi. Ut autem hæc ordinatio ſeu donatio, per nos facta, per Succeſſores noſtros in irritum nequeat revocari, præſentes literas noſtras dicto Capitulo, mediantibus Henrico, Plebano de Leucha, & Johanne Plebano de Suburbio (Szepes Várallya), & Comite Helia *(Cf. XLII)*, fratre ſuo Johanne de Gargow, conceſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum A. Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo.

XLVIII.

---

gnaverat, vidimus contineri, hoc ordine diſtinguuntur. -- -- Datum per manus Magiſtri Pauli, Præpoſiti Poſonienſis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii. A. Domini MCCLX. XIX. Kal. Septemb. Regni autem noſtri A. XXV.

E.

Belæ IV. Regis Literæ, quibus terram Vizoka Muthmerio Præpoſito Scepuſienſi, ejuſque Eccleſiæ aſſerit. Datum Jaurini Anno Domini 1264.

EX APOGRAPHO ibid. pag. 295 mance prodicto.

NOS Bela, Dei gratia Rex Hungariæ &c. Memoriæ commendantes ſignificamus tenore præſentium univerſis: Quod Magiſter Muthmerius, Præpoſitus de Scepus, fidelis Clericus noſter, ad noſtram accedens præſentiam, nobis ſignificare curavit: Quod Villam, Centurio Drauchariorum *(Cf. Not. 30. d. XXVI. Not. 50)* de Scepus, de villa Drauch, & populi de eadem, quandam terram Eccleſiæ S. Martini, Præpoſituræ de Scepus, Vizoka vocatam, dudum a nobis ſibi dari petiviſſent, & petunt, ut ipſam Eccleſiam non pateremur defraudari ſuo jure, & inſuper prout dictus Comes de Scepus -- -- terræ prædictæ, homo noſter deputatus, ordinaverat, idem Præpoſitus ſuper facto memoratæ terræ Privilegium ejuſdem Eccleſiæ exhibuit coram nobis, cujus tenore perlecto, intelleximus, & invenimus ipſam terram Vizoka eſſe terram Eccleſiæ prænotatæ, & in eodem Privilegio contineri. Nos itaque unicuique in ſua juſtitia -- -- quia ipſam terram invenimus in jam dicto Privilegio contineri, eandem ſine ſtrepitu Judicii dictæ Eccleſiæ de Scepus reliquimus, pleno Jure, præſente eodem Villam, qui de Jure, quod non habebat, diffidens, omni actioni, quam occaſione ipſius terræ contra eundem Præpoſitum, & Eccleſiam de Scepus, moverat, prout movere intendebat, renunciavit coram nobis. Datum Jaurini in Vigilia B. Lucæ Evangeliſtæ. Anno Domini MCCLXIV.

XLVIII.

Lucas, Præpoſitus Scepuſienſis, ſex Canonicis, a ſe fundatis, auget Capitulum Scepuſienſe. Anno Domini 1232.

EX AUTOGRAPHO, per Cl. Wagner Anal. Scep. P. I. p. 302 mance producto.

LUCAS, miſeratione Divina Præpoſitus Eccleſiæ S. Martini de Scepus, Aulæ Majoris Reginæ Hungariæ *(Cf. XLV)* Cancellarius, univerſis, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in vero Salutari. Cum Eccleſiaſtica beneficia pro illis, qui Divina in Eccleſiis exercent officia, ſint inſtituta, indecorum omnino & abſurdum videretur, ſi aliqua Eccleſia, quæ reditibus abundet, præſertim CATHEDRALIS, Miniſtris legitimis defraudetur. Unde cum Eccleſia B. Martini in Scepus, debitis ac congruis careat Miniſtris, qui Divina officia in eadem valeant miniſtrare, Nos, qui utilitati Eccleſiæ prænotatæ toto animo volumus prodeſſe, ut tenemur, ſex Canonicos de novo ordinavi-

---

F.

Immunitates Kéſmarkienſium. Dat. Anno Domini 1269.

EX AUTOGRAPHO in. Wagn. Anal. P. I. p. 48.

BELA, Dei gratia Hung. Dalm. Croat. Ramæ, Serviæ, Gal. Lodom. Comaniæque Rex. Omnibus, præſens ſcriptum inſpecturis, Salutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod nos ſupplicationibus Hoſpitum noſtrorum de Kaſzmark in Scepis inclinati, hanc eis libertatem duximus concedendam: ut Villicum *(Cf. VII)* inter ſe eligant de communi voluntate, qui omnes cauſas eorundem decidere debeat, juſtitia mediante; exceptis quibuſdam cauſis, furti videlicet, decimarum, ſanguinis & monetæ, quas Judex noſter *(ſeu Comes Caſtri de Scepus)*, pro tempore conſtitutus, judicabit & decidet; & tertiam partem Judicii habebit Villic s, duas vero partes Judex noſter *(Cf. XXIX)* ſibi vendicabit. Item ordinavimus, ut nobis pro cenſu, ſeu terragio, ſingulis annis marcas ſolvere teneantur *(Harum valor apud diverſas Nationes diverſus eſt. Hungaris Marca auri appendit 72 flor. Trip. P. II. Tit. 73. Argenti vero, ſi gravis eſt ponderis florenos 4. Tit. 28. ſin levioris, florenum 1. Tit. 82)*; quarum duas partes ſolvent in argento finno *(ex Germanico* Fein: *de auro & argento infecto potiſſimum dicitur, quod probum & ab heterogeneo metallo depuratum eſt)*, tertiam vero partem in denariis, ſicut alii Hoſpites noſtri Saxones ſolvere conſueverunt; cujus quidem pecuniæ medietatem ſolvent in Feſto S. Georgii, & aliam medietatem in Feſto S. Michaelis. Præterea eiſdem Forum liberum *(Cf. Not. 29)* ſolito more

navimus: videlicet Joannem Sacerdotem, qui pro ſalute animæ noſtræ Miſſam B. M. V. quotidie celebrabit, & ſicut ipſe, ita & omnes ſui ſucceſſores in perpetuum temporibus ſucceſſivis; Magiſtrum Stephanum, Magiſtrum Jacobum, item Helbrandum & Joannem Clericos, item Jordanum. Cum autem, qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede, prænotato Joanni Sacerdoti & ſuis Succeſſoribus, volentibus tamen hoc officium Virginis glorioſæ fideliter celebrare, contulimus Decimas -- -- (vicinarum utique poſſeſſionum Slavicarum *(Cf. XLII. & Not. 64. p. 151 & 72. p. 195 & 210)* e cujuſmodi nempe Decimis hodiernæ ita dictæ, Præbendæ, juxta ſpecimen, jam alibi *(XXXVII. XLI.)* productum, coaluerunt). Ut autem præſens ſcriptum robur firmitatis in poſterum valeat obtinere, impreſſione noſtri Sigilli & Capituli Eccleſiæ noſtræ fecimus conſignari. Datum apud Eccleſiam B. Martini in Dominica proxima poſt Feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli. A. Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo.

XLIX.

---

more duximus [concedendum]. Item Decimas in campis ſolvent more Saxonum aliorum *(non Præpoſito Scepuſienſi* (Cf. XLIII), *ſed Sacerdotibus propriis)*. Ad hæc Eccleſiam cum Cimiterio, quantum nos contingit, dimittimus eis liberam, ratione humandi & ſepeliendi *(ſuos Saxones, ne miſceri debeant cum Slavis, quorum diſtinctæ Késmarkini, Leutſchoviæ, Igloviæ, Olaſzini & Várallyæ Parochiales Eccleſiæ ac Domus hodiedum ſuperſunt, Rectores vero earum veteri Vicariorum nomine veniunt)* mortuos, quemadmodum antea dignoſcuntur habuiſſe. Ceterum volumus, quod terras ſuas ſine præjudicio Juris alieni pacifice teneant, ſicut hactenus tenuerunt. -- -- In cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem præſentes dedimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Demetrii, Præpoſiti Albenſis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. A. Domini MCCLXIX. Regni autem noſtri Anno XXXIV.

G.

Literæ Concordiæ, inter Comitem Rycolphum & Polanum fratres, ac Hoſpites de Villa Kazmark, ſeu Késmark, initæ. Datum A. Domini 1270. *Ex Apographo ibid. p. 106.*

NOS Magiſter Muthmerius, Præpoſitus Scipiſienſis, Magiſter Detricus, Comes de Zolum & de Scepus, Albertus Abbas de Scepus *(ſeu de Schavnik, Cf. D. p. 221)*, & Capitulum Eccleſiæ B. Martini de Scepus, ſignificamus, quibus expedierit, univerſis præſentium per tenorem: Quod, cum quædam particula terræ ſufficiens ad uſum aratri unius, ſuper qua vertebatur controverſia inter Rycolphum Comitem & Polanum ex una parte, ac Hoſpites de Villa Kazmark ex altera, ex noſtra permiſſione, ipſiſque Partibus conſentientibus, nec non mediantibus probis Viris *(Cf. XXVIII. Not. 54)*, ad talem devenerunt compoſitionem: ut medietas dictæ terræ controverſæ, a parte occidentali incipiens, juxta fluvium Poprad, redeat in Jus perpetuum Rycolpho & Polano. -- -- Medietas vero, incipiens a plaga orientali, redeat in Jus Hoſpitum de Kazmark, -- -- hoc interpoſito, quod prædictæ Partes, tam Rycolphus & Pola-

XLIX.

Ladislaus IV. Villam Drauch Comiti Heliæ, filio Jordani, pro receptis centum argenti marcis, & annua marcæ auri præstatione perpetuo possidendam confert. A. D. 1282.

EX AUTOGRAPHO, in Processu Fisci Regii, contra Dravetzenses Compossessores A. 1776 coram Vice-Comite Comitatus Scepusiensis decurrente, per Incatios producto, desumtum.

NOS Capitulum Ecclesie Beati Martini de Scepus, significamus universis, quibus expedit presencium per tenorem: Quod Comes Stephanus, filius condam Comitis Helie, personaliter ad nostram presenciam accedens, exhibuit Literas privilegiales sub duplici Sigillo quondam Domini Ladislai, illustris Regis Hungarie, petens nos cum instancia, quatenus easdem Literas, propter discrimina viarum, & impacati temporis importunitatem ad suas causas exequendas secum deferre non presumeret, sub Sigillo nostro referibere dignaremur, quarum Literarum tenor talis est:

Ladislaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in vero Salvatore. Regie Majestatis immensitas fideliter sibi famulantes munere suo prosequitur gracia ampliori, ut alii eorum exemplis incitati ad fidelitatis opera facilius accendantur: proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Comes Helias, filius Jordani *(Cf. XLII. p. 194)* ad nostram accedens presenciam a nobis humiliter supplicando postulavit, ut quandam villam nostram Drauch vocatam, in Comitatu de Scepus existentem *(Cf. XXVI. Not. 50 p. 96)*, ob merita serviciorum suorum, nobis fideliter impensorum, sibi conferre de benignitate Regia dignaremur. Nos igitur, quibus ex officio suscepti regiminis incumbit pensare & meti-

E e

Polanus Nobiles, quam etiam Hospites de Kazmark, omnes literas ipsorum, quascunque habuerunt super praedicta terra obtentas, penitus coram nobis recassarunt, vel si forte fraudulenter aliqua Partium literas reservasset, ad cautelam etiam ipsas omnino decernimus abolendas, & Privilegia ipsorum, quae habebant de praedicta terra, utraque Partium debent renovare. Nec hoc praetermittimus, quod memorati Rycolphus & Polanus, ac Hospites de Kazmark, coram nobis constituti, tali vinculo se obligarunt: quod, si quis Partium a compositione memorata a longinquo tempore resiliret, in litis aggressum Parti, non resilienti, cum portione Judici centum Marcas argenti fini dare tenetur. Datum Anno Domini MCCLXX.

metiri merita singulorum, & unicuique pro meritis respondere, consideratis fidelitatibus & serviciorum meritis ejusdem Comitis Helie, que idem nobis semper & ubique temporibus opportunis, Corone Regie (75) adherendo, impendit fideliter & devote, & cum quedam necessitas in facto pecunie nobis quodammodo videretur imminere, quia centum marcas argenti (quadringentis florenis argenteis æquivalentes) insuper recepimus ab eodem, quia eciam idem Comes Helias voluit & assumpsit, ut racione Donacionis seu Collacionis ejusdem ville Drauch dimidiam marcam auri (duos utpote auri florenos) singulis annis Regie Majestati dare, ministrare, & persolvere teneatur, prefatam villam Drauch (quam Regii aucupes (*Cf. XXVI*) vel falconarii olim incolebant) cum omnibus utilitatibus & pertinenciis suis, eidem Comiti Helie, & per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, dona-

75) Vel sola Græcarum Sacræ Regni Hungariæ Coronæ Inscriptionum, quas D. Samuel Decy, Ephemeridum Hungaricarum Scriptor, in opere suo, Viennæ A. 1792 typis Hungaricis edito, male interpretatur, genuina explicatio, quin pro inde ad alia recurri debeat, Hungariam primæ Classis Regnum, quorum duo in Europa erant, esse manifestat. RR. D. Stephanus Katona in opusculo suo, Budæ A. 1793 itidem Hungarice vulgato, plures Decsyanas assertiones egregie recensuit, in eo tamen aberravit, quod pag. 50-- citra ullam necessitatem cum eodem D. Decsy circa Michaelem Ducam, Constantinum item Porphyrogenitum, ejus filium, & Geyzam I, Hungariæ Regem, convos, inferiori Sacræ Coronæ circulo, ut ait, insculptos, transigere videatur.

a) Anterior circuli Coronæ hujus, per ipsum Decsyum productæ, facies habet sequentes quinque Græcas cum suis iconibus Inscriptiones: GEORGIUS. ARCH. MICHAEL. ARCH. GABRIEL. DEMETRIUS. Eminet in medio Salvatoris imago, cum contracta inscriptione IS CHS (JESUS CHRISTUS). Posteriæ vero ejusdem circuli Sacræ Coronæ facies exhibet sequentes itidem quinque Græcas cum suis iconibus Inscriptiones: DAMIANUS. CONSTANTINUS REX ROMANORUM PORPHYROTHNETUS (*Porphyro sive Mundo mortuus*). GEOVITZ, IMMARCESCIBILIS. KRALES (*Rex*) TURCIÆ. COSMAS. Eminet iterum in medio Magni Constantini imago, cum contracta inscriptione Græca MAGNUS CONSTANTINUS, CHRISTO FIDELIS, REX ROMANORUM, FLAVIUS VALERIUS. Decsy autem, ut opinioni suæ; de *Michaele Duca* & *Geyza* conceptæ, satisfaciat, primum initialem literam M, in cujus vertice gamma contractum conspicitur, pro MICHAELE, cum tamen *Megas*, id est: *Magnum* significare debeat, finales vero literas tres pro DUC. cum tamen iterum F.VA. (*Flavium Valerium*) significent, perperam exponit.

b) Omnes præmissæ imagines, unica *Geovitzæ* seu *Geitzæ* aut *Geizæ* exclusa, habent circa caput *aureolam*, quæ ab Ecclesia Romana tantum *Sanctis* attribuitur. Atqui *Michael Constantinus Ducas*, & alter *Constantinus*, ejusdem filius, inter Sanctos relati non sunt, clarum ergo est, non hos, verum illos Constantinos, utrosque Sanctos (quorum prior A. C. 337, alter autem ab inchoata Hungarorum, testante Cedreno & Zonara, Conversione notus A. C. 959 decesserat), Sacræ Coronæ insculptos haberi. In Geovitz-æ porro nomine, cujus apud Hungaros Geitz (*Ditmaro Scriptori Germano*, Vaic, *id est* Veitz, *rectius* Geitz), Geitza,

donavimus & contulimus pacifice, quiete & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam pariter & habendam. Volumus eciam, ut tam ipſe Comes Helias, quam ſui heredes omni ea gaudeant libertate, qua alii auridatores de Scepus (*Cf. XXIV*) more ſolito perfruuntur. Ut itaque hujus noſtre Donacionis, ordinacionis ſeu Collacionis ſeries robur obtineat perpetue firmitatis, nec unquam proceſſu temporum per quempiam valeat in irritum revocari, preſentes eidem conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri Magiſtri Bartholomei, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſecundo. Duodecimo Calendas Septembris, Regni autem noſtri anno decimo.

Geitza, Getzi, Götze, Getzô ſynonyma ſunt, & Gregorium ſignificant, S. Stephanum a ſuis popularibus, *Govitz* ſeu *Geovitz*, juniorem quippe Gregorium, ex paterno *Götze* ſeu *Geotze* aut *Geitza* nomine, plane ita, ſicut ex *Ur* diminutive *Uracs* dicimus, vocitatum intelligi, vel ipſum *Asbeſtos* Græcum, *inextinguibilis vel immarceſcibilis* Latinum Epitheton, quod ſtylo, in Eccleſia Romana, recepto, Coronæ, Græcis STEPHANOS dictæ, adjici ſolet, palam evincit. Quid, quod Sylveſter Pontifex, Græcam inſcriptionem, ad evitandam omnem ampliboliam, præ Latina eligens, populari potius antelata *Geovitz*, quam Græca *Stephanos* voce, in denominando homonymo *S. Stephano*, prorſus ita, ſicut vocabulo *Krales* in deſignando Rege Orientis prudenter ſane ac provide, pro ratione temporis illius adjunctorum, uti debuerit? Vetuſtiſſimi enim Hungari, ſive Hunni aut Magyari, ſummos in Aſia Imperatores ſuos primum *Mogor*-os (vel ſapientes) deinde *Iſten-ſi*-os (Dei filios) porro *Nagy-Ur*-os, hoc eſt *Magnos Dominos*, vel *Seniores Magnos* denique *Cſa-aba-s* (Gentis Patres), vel etiam *Cſá-kán*-os, (Gentis Duces) vocitabant.

c) Proprium igitur nomen appellativum, quo Reges ita dictorum Regum, quales duo tantum in Europa, Occidentalium quippe, ac Orientalium Romanorum Imperatores erant, deſignarentur, gens noſtra non habuit; Slavi autem Occidentis Regem, notatione nominis a Carolo Magno (*Germanis* Karl *dicto*), collapſi occidentalis, incluſa omni Gallia & Germania, Imperii A. 800 Inſtauratore, deſumta *Kral*-em vocitabant (*Cf. Szark. Conj. p. 17*), cujusmodi vocem non modo S. Stephanus, qui ſe in Diplomate Græco, Sanctimonialibus de Valle Veſzprimienſi A. 1011 (*ap. Pray. in vita S. Margar. p. 221*) elargito, *Kralem totius* (incluſis quippe Partibus) *Hungariæ* appellat, aſſumſit, verum ipſi etiam Hungari Civitate ſua donarunt, donec ſubinde Bela III, CPoli electus Orientis Imperator (*Palma I. p. 534*) KYRI-ALEXIOS ibi dictus, per Hungaros, q. i. Regem ſuum, alioquin potioris Europæ orientalis Imperatorem eſſe noverant, ac propter Schiſma Phocianum Græcis æquari nolverunt, in Hungariam evocatus, & Sacra Corona redimitus, alteri nominis notationi KYR-AL, qua Regem ſignificamus, occaſionem dediſſet. Ut adeo Silveſter Pontifex S. Stephanum, cujus dexteram duplicata Cruce, velut delati poſt Magnum Conſtantinum orientalis Apoſtolatus teſſera, ornari voluit, non modo uſitata inter Hungaros voce *Kralem Turciæ* appellando, ſed Coronam quoque, teſtante Anna Comnena (*Alexiad. III*) Imperiali Græcæ ſimillimam conferendo, eandem una,

pro

Considerantes itaque ejusdem Comitis Stephani peticiones fore justas, easdem Literas de verbo ad verbum rescribi fecimus, & nostro Sigillo consignari. Datum feria quarta proxima ante festum Margarethæ Virginis. Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo quarto.

L.

---

pro orientalis Græcorum, denuo Sedi Apostolicæ refractariorum, Imperii, per Hungaros alioquin nimiopere mutilati, Instauratore habuerit, ac proinde tam ipsum, quam successuros, ritu præscripto coronandos Principes Hungariæ, in genuinos Orientis Reges aut Imperatores, plane ita, sicut antea Leo III. Carolum Magnum, velut Principem, de Romana Ecclesia bene meritum, in Romanorum Occidentalium Regem, aut Iperatorem, palam proclamavit, vel ideo legitime constituerit, quod, quemadmodum jam antea Ludovicus II, Occidentis Rex, Caroli Magni abnepos, scripsit Anno Christi 871. ad Basilium Macedonem Literis (*ap. Baron. ad A.* 871. *f.* 59), eundem A. C. 867 Michaeli Rangabe succedentem, velut sancto oleo, in CPolitana, cetum ab antelato Photio inquinata, Ecclesia confici nequeunte, haud perfusum, consque pro legitimo Orientis Rege agnoscere solebat, donec ab Ignatio, Sedi sue restituto, ungeretur; prorsus ita serius neque Otto III, Occidentis aque Rex, ipseque adeo Silvester Pontifex Basilium Bulgaroctonum, a Nicolao, Chrysobergo, Romanæ Sedi suspecto, Patriarcha, A. C. 975 unctum, sed Stephanum, velut legitime coronatum, summum Hungarorum Principem, pro genuino Orientis Rege habere potuerit. Atque hinc vetus illa *Osterrichiæ*, seu orientalis Regni, quod cum *Vestrichia*, sive occidentali aque Regno correlativum est, necnon alia Oesterreichische Staaten denominatio, qua matrici Hungariæ Regno, inclusis *Partibus*, eidem adnexis, velut orientali Europæ Imperio, unice congruit, repetenda est (*Cf. Not.* 61)

d) Mirum proinde nemini videbitur, Hungaros inde ab initio ad hoc usque tempora maximum semper in Sacra Corona sua decus & gloriam reposuisse (*Cf. Not.* 40. 77), cujus Majestatem a Concive impeti dolorosum est. Etiam Comes Petrus de Rewa heterodoxus fuit, ac nihilominus de Sacra Regni Corona honorificentissime loquitur, dum Andreæ I. Regis, a pugnantium & fugientium equitum suorum globo conculcati (*Cf. Kat. T. II. p.* 149 -), casum hoc monito concludit: " Quo sane exemplo doceamur, verum & immotum esse regulam, peccatum omne per „ idem peccatum puniri. Petrum enim (*Regem*) Regno & Corpore hic (*Andreas*) „ privaverat, qui similiter eodem a Bela & vita simul exuitur. Et neque impune, sive exteri illi „ fuerint, sive domestici, CORONAM violenter tactam, &, vivo legitimo coronato Rege, „ usurpatam, tulerunt; verum documentum plerumque fati gravissimi ex profanatione ILLIUS „ amplissimum ostenderunt. "

e) E præmissis jam sufficienter patet, ingens fuisse inter Magnos Hungarorum Apostolicos Reges, & Partium illis obnoxiarum Regulos, a Gregorio VII. aliisque Pontificibus, per nonnullorum Regiæ Dignitatis insignium, non emancipationis prærogativa, sed auctoris erga illos ac Sedem Apostolicam observantiæ vinculo collationem, optimo fine institutis, discrimen. Utebantur quippe Græcorum Imperatores peculiaribus illecebris, quibus vicinarum Gentium Principes ad venerationem & obsequium sibi præstandum, ampleetendamque Ritu sua Religionem Christianam moverentur. Tales erant varii honorum tituli (*Constant. Porph. de Cerim. Aulæ Byz. L. II.*) & convivia. Inter titulos collatio insignium Regiorum, quasi partem Imperatoriæ dignita-

L.

Ladislaus IV. ſilvam deſertam, a rivo Koiſchenſeiffen uſque ad viam ex Jáſzó ad Scepus tranſeuntem, cuidam Hekkul, Civi Gelniczienſi confert. Anno Domini 1284.

EX APOGRAPHO, in Anal. Scep. P. I. p. 442 productо.

LADISLAUS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, Salutem in Salutis largitore. Quia in multitudine plebis eſt gloria Principis, debet non immerito Regalis immenſitas ex augmentatione populorum gratulari. Proinde ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire. Quod Hekkul Civis, Gwylniczbania, ad noſtram accedens præſentiam, quandam ſilvam noſtram deſertam, & habitatoribus deſtitutam, in qua quondam Heremitæ

E c 3 mora-

gaitatis communicaſſent, præcipuum obtinebat locum, ſequebantur tituli Patriciorum, Magiſtrorum, Protoſpathariorum & Spatharіorum. Noverant porro ingens rebus ſuis pretium addere, ut eo majori cum authoramento expeterentur. Sanctus equidem Conſtantinus Porphyrogenitus, Leonis Philoſophi filius, A. 949 Librum de adminiſtrando Imperio conſcribens, filium ſuum Romanum (C. 13) ita monet: " Si quando ſive Chazari, ſive Turci *(Hungari)* ſive Ruſſi „ *(genuini utpote illi, olim Rhoſi & Roxani vel Roxolani dicti, quos ipſe Con-* „ *ſtant. Porph. C. 9. a Francis, hoc eſt, Germanis, originem ducere, Luitprandus* „ *vero coævus aliique ad mare Balticum diffuſos, diſerte autem Anonymus Annalium* „ *Bertinianorum Auctor* (ap. Aſſeman. T. I. p. 239 Cf. N. 69. *p.* 176. l.) *Sveones, hoc eſt:* „ *Svecos fuiſſe, teſtantur)* ſive aliæ quæpiam Gentes, ut plerumque accidit; imperiales veſtes, coronas & ſtolas poſtularent, ita te excuſare oportet: " Hujuſmodi ſtolæ & coronæ neque hóminum opera confectæ, neque humana induſtria excogitatæ ſunt; ſed a Deo per Angelum Conſtantino Magno miſſæ, in magna ſancta Dei Eccleſia, quæ ſancta Sophia appellatur, „ deponendæ, earum uſu tantum publico *(utpote CPoli)* magnis JESU CHRISTI feſtis conceſſo. " — Primus omnium ejuſmodi Principum, Hungaris obnoxiorum, cui Aula Byzantina Regiam dignitatem detulit, eſt Petrus, Bulgarіæ Rex. Poſtquam enim Simeoni, Patri ſuo, in Bulgaria, Hungaris tributaria (Cf. Not. 1. fin.), Principatu A. 941 ſucceſſiſſet, teſtante S. Conſtantino Porph. *(de Cerim. L. II.)* " Ad Bulgarіæ Archontem ſcribebatur ſic: " In nomine „ Patris & Filii & Spiritus Sancti, unius & ſolius veri Dei noſtri: Conſtantinus & Romanus, „ fideles in eodem Deo Imperatores Romanorum, ad Cariſſimum & ſpiritualem noſtrum filium, & ex „ Deo, Divinaque Auctoritate Archontem (N) Chriſtianiſſimæ Nationis Bulgarorum. " -- Nunc autem „ ſcribitur ſic: " Conſtantinus & Romanus, in Chriſto Deo pii Imperatores & Reges Romanorum, ad Cariſſimum & ſpiritualem noſtrum Filium *Kyrin* illum, Regem Bulgariæ *(ſcilicet* „ *Petrum).*" Ita etiam Thomas Archidiaconus *(In hiſt. Salonit. C. 13)* teſtatur Croatiæ ac Dalmatiæ Principes inde a temporibus Dircislai (A. 994 -- 1000) Regiæ dignitatis inſi-

gnia

morabantur (hodie autem Slavicæ poſſeſſiones Jekel- & Margitfalva exſiſtunt), a rivo, qui Teutonice Cochenſeiſe (unde homonyma quoque Slavica Græci Ritus poſſeſſio Kojſſow, ejuſdem fontibus adſita,) dicitur, , uſque ad quandam viam antiquam, quæ tranſit de Jáſzo in Scepus, petiit ſibi dari, & conferri de noſtræ Serenitatis gratia ſpeciali, ut ibi populos congregaret, & habitationes hominum ordinaret. Nos itaque attendentes ipſius petitionem fore juſtam, conſiderantesque ipſam ſilvam magis eſſe utilem populoſam, quam deſertam; eandem ſilvam dedimus, donavimus & contulimus præfato Hekkul, & per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus, jure perpetuo & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam pariter, & habendam. Ut igitur hujus noſtræ collationis ſeries per labentia temporum ſpatia apud poſteros inviolabiliter perſeveret, præſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thomæ, Epiſcopi Vacienſis, Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. A. Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo quarto. Regni autem noſtri anno XIII.

LI.

Ladislaus IV. confirmat Donationem Villæ Kolchvan Magiſtro Helbrando de Leuche (76). Anno Domini 1284.

EX APOGRAPHO in Anal. Scep. P. I. p. 82. mance producto.

LADI-

gaia ab Imperatoribus CPolitanis recepiſſe. Regum ejuſmodi obligatio fuit quotannis Byzantium, ut ſolemnibus & ſtipulatis honoribus fruerentur, comparare, aut certe Legatos, velut fidei ſuæ obſides, mittere. Adhibebantur autem epulis, quas ſacras vocitabant, imperatoriis, prout hæc uberius idem Sanctus Conſtantinus (l. c.) deſcribit. Notabilis eſt ea de re Luitprandi, Zultano coævi (*Legatt. p.* 482), ad Aulam CPolitanam legati querimonia, quod nimirum Imperatores diebus feſtis Optimates Bulgarorum ad ſuas epulas adhibuerint, illiſque locum ſupra omnes alios exterorum Principum Legatos aſſignaverint. Hæc nempe Græcorum erant illicia, quibus primum Bulgaros, dein Dalmatas & Croatas ab Hungarorum obſequio abſtrahere conabantur. Unde fiebat, ut Reges hi, Græcorum Imperatorum epochas in ſuis Diplomatibus mox provocaverint, mox Hungarorum metu perculſi, ac teſtante Diocleate (*ap. Luc. p.* 487), ab imponendo ſibi Regum nomine inhibiti, provocatione illarum abſtinuerint. Satis eſt, ſummos Hungarorum Principes, ſe inanibus Regum, ſibi obnoxiorum, titulis confundi paſſos haud fuiſſe, verum partim per adjectos, prout Petro, Bulgariæ Regi, Kar-khan-os, partim per ſemetipſos abſolutam poteſtatem exercuiſſe. Ut adeo Magni Hungarorum Reges, ad conſervandam fidei Catholicæ unitatem ac defendendam Eccleſiæ Romanæ, cui Matrix Regnum Hungariæ peculiari titulo ſemper addictum erat, auctoritatem, optimo plane animo titulorum & inſignium ejuſmodi collationem Romanis Pontificibus detulerint; prout hæc alibi fuſius, ubi de Calo-Joanne Bulgarorum, & Vulcano Serviæ Regibus, ab Innocentio III, per Legatum ſuum coronatis, egerimus, diplomatice docebuntur.

76) Ratam habuit hanc Donationem (*ita loc. cit. Not.* c.) etiam Andreas III. Rex, dato A. 1293

LADISLAUS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex. Omnibus in Chriſto fidelibus, tam præſentibus quam futuris, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem a Salutis largitore. Ad univerſorum notitiam, tam præſentium quam futurorum, harum ſerie volumus pervenire: quod cum Helbrandus, Magiſter de Lejuche, fidelis noſter, Domino Stephano, illuſtri Regi, felicis Recordationis, Patri noſtro, fideles ſemper impenderit famulatus & devotos; & ob hoc quandam Villam Kolcſva (hodie Kolcſva (77) vocatam, in Comitatu de Scepus exiſtentem, in recompenſationem ſervitiorum ſuorum merue-

---

1293. Diplomate, ubi inter cetera habet: *Nos vero attendentes, quod idem Comes Helbrandus ſemper Coronæ Regiæ cum omni fervore fidelitatis aſſiſtit; maxime quia ſtatim poſt coronationem noſtram, nobis cum omni ſua cognatione occurrit juxta Caſſam* (Caſſoviam) *nos recognoſcens, ut Dominum naturalem, introduxit in terram Scepus.* -- Unde colligitur Helbrandum hunc, Comitem Saxonum in Scepuſio fuiſſe.

77) Quum Helbrandi filia Adelhaïs (*Alajth, Olajth*) in domum Berzeviczyanam enupſiſſet, poſſeſſio Kolcſva ad Magiſtrum Kakaſs, ſeu Gallum, pervenit, & ab hoc ad Carthuſianos de Lapide Refugii; quorum origines & progreſſus in Scepuſio, ex Hiſtoria Anonymi Carthuſiani, per Cl. Carol. Wagner (*Anal. Scep. P. II. p. 69.*) edita, iſthuc inducere libuit:

FUNDATIO LAPIDIS REFUGII, SEU MONASTERII BEATI JOANNIS BAPTISTÆ.

Anno Dominicæ Incarn. MCCXLI, -- regnante Bela IV. Bathus, Rex Mangalorum (*Cf. VI. Not. 13*), ſive Tartarorum, cum quinquies centenis millibus armatorum, Regnum Hungaricum invaſerunt, intrando per Ruſſiam (*tribus diſtinctis per* Magnam ſive *Ökörmezőenſem &* Antiquam *ſeu Fritzkenſem Galiciæ* (Cf. Not. 22), *nec non Jablunkenſem, Sileſiæ* portas, *agminibus*) ad villam Peſcht uſque pervenerunt, contra quos Bela Rex prælians (*ad Sajónem, Colomano Fratre, Galiciæ Rege, ac Dalmatiæ, Croatiæ, nec non terræ Scepuſienſis Duce; lethaliter ſauciato*) vincitur. In quo prælio fere exſtinguitur militia Regni Hungariæ univerſa. Manſerunt autem Tartari in Regno Hungariæ fere tribus annis, in quo ſpatio temporis homines nec ſeminare, nec metere, nec vindemiare poterant, ſed deſerta loca quærentes, plures fame, inedia perierunt. Tunc Comes Saxonum, id eſt XXIV. Civitatum Terræ Scepuſienſis, matura deliberatione præhabita, cum univerſis Judicibus, Communitatibus, omniſque plebe hujus diſtrictus, munierunt quemdam montem Lethonkew (*Cf. XI.*), alias montem ſpeculationis, ſive Lapidem Refugii vocatum: vallantes eum muro, & ſeſe ibidem cum omni fere populo, familia, pecoribus ac ſupellectili per triennium fere ſuſtentantes & defendentes illæſi permanſerunt. Erat autem ille mons Speculationis nondum ita nemoroſus, & arboribus conſitus ſicut modo: ædificaruntque eis Eccleſiam intra etiam muros præfati montis, aut munitionis, & illa Eccleſia eſt modo Capitolium Fratrum, ſive Monaſterii Lapidis Refugii; eratque ibi penuria maxima, terra ſterilis, petroſa & arida; erantque illis angustiæ undique.

Tandem recedentibus Tartaris, videlicet Anno Domini MCCXLIII. ſub Papa Innocentio IV,

meruerit obtinere, & eandem villam, juxta continentiam Privilegii ejuſdem Domini Stephani Regis, Patris noſtri, pacifice poſſederit uſque modo; nobis poſtmodum ad totius Regni Hungariæ gubernationem, concedente Domino, feliciter ſublimatis, idem Helbrandus Magiſter, ad noſtram accedens præſentiam, collationem Patris noſtri cariſſimi, noſtro petivit Privilegio confirmari. Nos igitur fidelitates ejuſdem Helbrandi, atque eidem Domino Stephano, Patri noſtro, & demum quæ nobis cum ſummo deſiderio ſervitia fideliter impendit, attendentes: prædictam Villam Kolchvan reliquimus ac permiſimus eidem Helbrando & ejus heredibus, heredumque ſuorum impoſterum ſucceſſoribus, ſub eiſdem metis, & terminis, ſicut in Privilegio ejuſdem Domini Stephani Regis, Patris noſtri cariſſimi, noſcitur contineri, pacifice poſſidendam & quiete; eundem Helbrandum in prædictam villam Kolchvan, per Kuzel, Comitem de Scepus, fidelem noſtrum

---

IV, præfati terrigenæ, montem relinquere volentes, neſcierunt diverti; Villas enim & Oppida omnia edax flamma conſumpſerat, inceperuntque alium montem uberiorem ac fertiliorem, ædificabantque ibi Civitatem, quam Leutſchau (*Cf. Not.* 51) vocabant, cum timore tamen: minati enim fuerunt Tartari iterum reverti, prout fecerunt. In loco ſive monte, in quo Civitas Leutſchau fundata eſt, erat quondam ſilva quercina, prout uſque hodie ſtipites & radices arborum in cellariis aliquarum Domorum reperiuntur: reliqui vero terrigenæ ad agros proprios redierunt, reædificantes Domos, inter quos non modica contentio erat pro poſſeſſionibus.

Sed quid refero? vix pauperes ſibi domunculas exſtruxerant, & ecce! Tartari ſecundario Regnum Hungariæ intrant, videlicet Anno MCCLXXXV. tempore Ladislai Regis, qui Budam uſque pervenerunt, & quæ reædificata fuerunt, igne combuſſerunt, ſed non diu morati ſunt.

Tandem Anno Dominicæ Incarnat. MCCXCIX. tempore Andreæ Regis Veneti, inſtigente ac favente Divina Clementia, quidam devotus ac Venerabilis Pater Dnus Martinus Plebanus de Villa hiaac (*Zsákoca* Eißdorf) cœpit inducere ceteros XXIV. Plebanos de Fraternitate Regalium (*totidem Parochorum, de quibus alibi plura occurrent*), quod fundarent Monaſterium Fratribus Carthuſienſibus in Monte Speculationis, ſive Lapide Refugii, ad laudem Dei, & in memoriam victoriæ a Tartaris (*poſtevins incurrentibus relatæ*), qui mox conſentientes miſerunt, & adduxerunt duos Fratres Ordinis Carthuſienſium, quibus cum locus placuiſſet, præfati XXIV. Regales plebani eligentes de medio eorum quatuor Venerabiles Viros: D. Henricum Plebanum de Leutſcha, D. Wernherum Plebanum de Oderino, D. Martinum Plebanum de Iſnac, D. Hermannum Plebanum de Leubicza, quos miſerunt in perſonis omnium ipſorum, una cum duobus Fratribus Carthuſienſibus, videlicet: Fratre Andrea & Collega ſuo, imprimis ad Egregium D. Jordanum, Comitem Saxonum, qui fuit Capitaneus totius Diſtrictus Scepuſienſis: qui, maturo conſilio præhabito, cum univerſis Judicibus & Communitatibus ſuis, tam piis precibus inclinatus, benignum præbuit aſſenſum: donare eis præfatum Montem Speculationis, cum omnibus pertinentiis, videlicet ſilvis, paſcuis, piſcationibus &c. aſſignando etiam eis metas præfati montis in hunc modum: ſicut ille duæ aquæ Hornada & Bela dictum montem per tria latera cingunt & circumdant, ad quartum vero latus verſus occidentem, prout murus illius munitionis, tempore Tartarorum factus, ab una valle, ſcilicet Bela, uſque ad vallem oppoſitam, videlicet Hornadæ continetur, extra vero muros præfati montis circa Eccleſiam, quæ nunc eſt Capitolium Fratrum, tantum ſpatium, quantum pro ædificiis Monaſterii, & pro hortulis ac cellis Fratrum ſufficit.

Continuatio ſequetur alibi.

ſtrum fecimus introduci. Hanc etiam gratiam eidem Helbrando conceſſimus, quod nullus Comitum de Scepus, pro tempore conſtitutorum, ſuos Jobagiones ſuper cauſis quibuſcunque: ut furti, ut ſanguinis, ut latrocinii, judicandi poteſtatem habere debeat, ſed ipſe prædictus Comes Helbrandus ſuos Jobagiones in cauſis prædictis, & in aliis omnibus perſonaliter debeat judicare. -- -- Datum per manus Venerabilis Patris Thomæ Dei gratia Epiſcopi Vacienſis, Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini MCCLXXXIV. V. nonas Auguſti, Indictione XII. Regni autem noſtri anno XIII.

LII.

Diviſionis Bonorum inter Comitem Ricolphum & Andream, filium Polani, peractæ ſeries. A. D. 1285.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario I. Familiæ Berzevitzyanæ habito.

CAPITULUM Eccleſie S. Martini de Scepus, Omnibus Chriſti Fidelibus, preſentibus, pariter & futuris, preſencium noticiam habituris Salutem in Salutis Largitore. Ad univerſorum noticiam tenore preſencium volumus pervenire: quod conſtitutis coram Nobis perſonaliter Comite Ricolpho ex una parte, & Andrea filio Comitis Polani ex altera, iidem Ricolphus & Andreas in ipſorum Poſſeſſionibus inter ipſos talem diviſionem feciſſe ſunt confeſſi: quod quoddam Molendinum, quod eſt in aqua Poprad in ſuperiori Lumpnitza, Toremolma vocatum, & tercia pars cujuſdam prati, de inferiori parte ſimul cum ſilvis, ipſam terciam partem contingentibus, cum latitudine ejuſdem prati quod pratum jacet circa aquam Bela, que fluit de niveis montibus, ceſſiſſet Andree ſupradicto. Mete autem ipſarum Poſſeſſionum hoc modo diſtingvuntur: Prima Meta incipit deſcendendo de niveis montibus juxta fluvium, qui vocatur ſuperior Lumpnitza infra uſque ad Fagum, que vulgariter Bik dicitur, & ibi tranſit fluvium ad partem orientalem ad primam Metam, & ibi tranſit directe ad viam, ubi eſt Meta, & de illa Meta tranſit ad Metam antiquam, & de antiqua Meta tendit ad montem contra meridionalem partem ad antiquam Metam, exiſtentem ſupra montem; & deinde deſcendit directe ad Metam, que eſt contra partem meridionalem, & deinde vadit ad aliam metam infra directe ad Metam aliam, & deinde aſcendit contra Lumpnitz ad partem occidentalem ad Metam, & de illa Meta deſcendit infra ad frontem monticuli, & per frontem monticuli circumvergit montem Caſtri, & aſcendit prope Lumpnitz ad Metam, & deinde deſcendit per pratum ad Poprad directe ad Metam, & circa Poprad tendit infra contra partem orientalem uſque ad Pratum, & ibi eſt Meta, & poſtea tranſit Poprad directe contra partem meridionalem ad magnam viam, & eſt ibi Meta, & de via aſcendit ad montem uſque ad metam, & de monte tranſit duo prata contra partem meridionalem ad Metam, & de Meta deſcendit contra ortum Solis ad viam, & per viam tendit contra partem meridionalem uſque ad metas Saxonum de villa Illac, &

ſic Mete ipſarum poſſeſſionum terminantur. Item quaſdam Poſſeſſiones ipſorum, ſcilicet Villas Farkas & Thartza vocatas, ſimiliter inter ſe diviſiſſe retulerunt, quod una pars cujuslibet Poſſeſſionum predictarum ceſſiſſet Comiti Ricolpho alia pars ſimiliter ceſſiſſet Comiti Andree ſupradicto. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam preſentes ſanximus Sigilli noſtri munimine roborari. Datum die quarta poſt feſtum Beati Georgii Martyris, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto.

LIII.

Ladislaus IV. Magiſtro Georgio, filio Symonis, filii Detrici, filii Mohol, propter præclara militaria facinora confert Villas Regales Sówár, Soupotok & Delne, cum jure in caſum defectus eaſdem ſuis fratribus donandi. A. D. 1285.

EX AUTOGRAPHO, quod RR. D. Katona T. VI. Hiſt. Reg. Hung. p. 911 producit & in aliorum nexu iſthic exhibetur.

LADISLAUS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus, preſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in vero Salvatore. Provida Regum diſcrecio tam circumſpectam erga ſibi fideliter famulantes debet habere diligenciam, aut quanto quis ſibi fidelius famulatur, tanto propenſius ſibi munificencie ſue donis emunerandus fore cenſeatur. Proinde ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire, quod conſideratis fidelitatibus & ſerviciorum meritis, que nobis M. (Magiſter) Georgius, filius Symonis (filii quippe Detrici *(vide X.)*, filii Mohol), poſt obitum Cariſſimi Patris noſtri (Stephani V.) felicis memorie, dum Regni ſumus gubernacula adepti, idem in diverſis Regni noſtri expedicionibus fidelitatem, Corone Regie debitam, tota alacritate exhibuit, que per ſinguia longum eſſet recitare, & preſentibus inſeri thedioſum; tamen pauca de pluribus, preſentibus duximus annotanda. Primo videlicet, qvum Rolandus *(Cf. XXX & Not. 73)* filius Mark, per ſuam infidelitatem terram noſtram Scepuſienſem, una cum Gylnichbana (olim Regia, hodie Comitum Familiæ Csákyanæ Juribus obnoxia, Montana Civitate), & terram Nyr (78), ultra partem de Thezael (Cistibiſcanam, quod nempe vocabulum ex Germanico *Théſz* & Hungarico *elu* compoſitum rectius *Tiſza-eleje* hodie ſcriberetur), uſque ad partem Tranſſilvanam con-

78) Terram *Nyr*, nobis Nyir, quod betulaceas potiori parte ſilvas alat, ita dictam, Turótzyanus Anonymus non modo *(P. II. C. 49)* Provinciam *Nyr*, & *(C. 52)* Partes *Nyr* vocat, verum etiam Divum Ladislaum Regem, terre hujus antea Ducem fuiſſe, indicat Anonymus porro Notarius (C. 21. 22) prohibet, Zobolſum, Thoſum & Tuhutumum, magnis copiis egreſſos, trajecto Tibiſco, Caſtrum Zobolſu, ab homonymo Duce, filio Elcud *(Cf. Not. 1. med.)*, ita dictum, ſubinde vero ab ejuſdem Zobolſi filio Chák, etiam Chákvára *(Turótz P. II. C. 4)* appellatum, exſtraxiſſe; Zobulſum, inquam, diviſo exercitu, cum Thoſu verſus Samuſium, Caſtroque Zotmar expugnato, ad

contra noſtram Regiam Majeſtatem potencialiter occuparet, & detineret; dictus M. Georgius, una cum aliis Baronibus noſtris, videlicet cum M. Finta, de precepto noſtro, dum contra ipſum irruiſſet, idem Rolandus in eodem conflictu exſtitit interhemptus, cujus poſt mortem cognatus ejuſdem, nomine Gregeni *(Cf. XXXIV.)*, qvum predicta occuparet, idem M. Georgius cum aliis noſtris fidelibus contra ipſum viriliter dimicando captivavit, eundemque nobis adduxit, quem nos propter ſuam infidelitatem fecimus decollari. Ceterum in expedicione noſtra, quam *(Cf Kat. T. VI. p. 624. & 632)* habuimus contra Regem Bohemorum (Ottocarum, *Cf. Tab. gen. p. 92. Col. XIV)*, eundem M. Georgium ad ſciendum & videndum exercitum ejuſdem Regis Bohemie miſiſſemus; unum cuneum exercitus ejuſdem ante acceleracionem noſtram viriliter debellavit & tres milites honeſte armatos Bohemos, cum ipſorum dextrariis (ſelliferis *(Cf. N. 35)* agazonibus) in area certaminis captos, noſtre Majeſtati preſentavit, quos Domino Rudolpho (Habsburgico (79), Alſatiæ Landgravio, ampli-

ad portas Mezeſinas ire cœpiſſe; Tuhutumum autem cum Horka filio, populis de Nyir ſubjugatis, ad Zilok *(Zilaj)*, hinc denique in partes Mezeſinas profectum, cum Zobolſu & Thoſu convenisſe, ac metam Regni Ducis Arpad, interveniente Tuhutumi, Ultraſilvaniam (C. 23. 24) pro ſe occupare anhelantis, aſtutia, ibidem, ſive *in porta inferiore Mezeſina*, conſtituiſſe. Portam hanc idem Notarius (C. 26) in montibus ad dextram fluvii Almás, Samuſio, ubi ad Septemtriones declinat, illabentis, oram decurrentibus, defigit: Turótzianus vero Anonymus (C. 49) ſuperiorem quoque in Carpatorum ſerie Mezeſinam portam, Samuſii fontibus adjacentem, deſignat, ut adeo per partes Nyir illa Regio, quæ ſuperiori Tibiſco uſque ad Maruſium; per partes vero Mezeſinas ille tractus, qui Samuſio ab oſtiis fluvii Almás & Carpaticis Marmatiæ alpibus intercipitur, intelligi debeat, nec vana omnino ſit eorum traditio, qui Maramaroſienſis Provinciæ nomen Tuhutumo, eam velut ſterilem deſpicienti, ac populariter *Már ama' roſz* deſignanti, attribuunt. In terra Nyir nexu etiam ſilva *Igſon* vel *Ingvani* explicanda eſt; Anonymus Notarius (C. 11) teſtatur; Terram illam, quæ eſt inter Tibiſcum & ſilvam Igſon *(ab Anonymo Turótzyano (C. 52), quod fere continuis per Szaboltſenſem, Biharienſem, Békeſſienſem, Tſanadienſem, Aradienſem ac Temeſſienſem Comitatus diffuſis paludibus, uliginoſa ſit, rectius Ingvani* (Ingvány erdő) *nuncupatam)* ad Erdeuelu *(Erdeel)*, hoc eſt: ante Silvaniam jacere, atque a Samuſio ad Maruſium per Moroutum, a Maruſio autem uſque ad Caſtrum Orſova per Gaadum Duces poſſeſſam fuiſſe. Ut adeo iterum pateat, omnem illam Regionem ſilvoſam, quæ a Caſtro Orſova Cſernæ fluvio, dein Temeſii, Begæ ac triplicis Criſii fontibus, ipſique fluvio Almás per Samuſium recepto, ex parte occidentali adjacet, olim pro ſilva Ingvány, ſive Cis vel Ante-ſilvania, ex parte autem orientali pro Trans-vel Ultra-ſilvania habitam, populariter ideo *Erdély* appellatam fuiſſe, quod ab occaſu ſilvis Ingvány, ab ortu autem ſilvis alpium Carpaticarum includeretur; hodiernam proinde Valachiam, veteris Ultraſilvaniæ partem eſſe auſtralem, prout nempe hucdum moderna Transſilvania *Havas fel-föld*, ſive *ſuperior*; Valachiæ vero *Havas al-föld* ſive *inferior Tranſſilvania* diceretur, quarum utramque fluvius Aluta, Conſtantino Porphyrogenito Tutes *(Cf. Not. 9. init.)* dictus, irrigat, Turcique olim vel Hungari incolebant. Atque hujus Regionis, Maruſio, Sereto, Iſtro & Tibiſco ad Maruſii oſtia incluſæ, Dux erat Geyza, Divi Ladislai frater, quorum ſcilicet auxiliorum Ducatus, veterem Daciam conſtituentes, Bela I, eorum Pater, titulo tertiæ partis Hungariæ *(Turótz. C. 42)*, priuſquam Rex fieret, cum Andrea fratre ſuo diviſe, poſſederat.

79) Habsburgica Domo, Babenbergicæ Stirpi ſuccedente, hujus quoque hiſtorico-genealogicum ſchema ſubnectere libuit.

Col. I. LUITWALDUS aut LEOPOLDUS Baben- vel Bam-bergicus (Cf. Not. 53. p. 100 & Not. 61. p. 119), Marchiæ COMES, dein Geyzæ, summi Hungarorum Ducis;

II. Henricus, Patri suo succedens, orientalis Germaniæ ad Anasum in Bavaria Comes vel Marchio, †1018. ux. Mathild. Imperatoris. | Ernestus, Dynasta Sveviæ. †1015. ux. Gisela, Hermanni I, Alemanniæ Ducis, filia. | Eadem Gisela, Ernesti vidua, Conrado Salico (Cf. Not. 61 p. 134. i) Imperatori nupsit. † A. 1043.

III. Ernestus II, Conrado Salico, vitrico suo, rebellis, A. 1028 Ducatu paterno privatus. Occubuit in silva nigra A. 1030. | Hermannus, post fratrem Dux Alemaniæ. † A. 1038. | Henricus, postea Imperator, hoc nomine III, a crinibus Niger appellatus. † Anno 1056.

IV. Henricus IV. Imperator. † A. 1106. Ux. Adelhais (Cf. Not. seqv. 80. c-g.) | Sophia, Salomonis Hungariæ Regis, dein Vladislai, Polon. Ducis, Consors.

V. Henricus V. Imperator, a Gelasio II. excommunicatus. † A. 1125. | Agnes, nata A. 1076, primum Friderico de Hochenstauffe, Duci Sveviæ A. 1094; dein vidua, Leopoldo IV, Mediolanensi & Viennensi Comiti Anno 1106 nupta, † Anno 1157. Ex horum priore marito genitus:

VI. Conradus III, Sveviæ Dux, Lothario Imp. A. 1137 exstincto subrogatus, A. 1139 Leopoldum V. Austrium loco Henrici, priore anno exauthorati, Bavariæ Ducem renunciat, A. 1142 Gertrudem, Lotharii filiam, Henrici, Bav. olim & Sax. Ducis, viduam Henrico II. Austrio, Bavaria eidem consignata, despondet. Hæc A. 1143 ex partu, ille autem A. 1152. obiit. | Albertus II. † A. 1132. ux. Hedvigis, Almi Galiciæ Ducis filia, †1132. | Leopoldus V, a Conrado Imp. uterino fratre suo, etiam Bavar. Dux 1139 renunciatus † 1141. Ux. Maria, Sobieslai, Bohemiæ Ducis, filia.

VII. Fridericus Ænobarbus Imperator, Anno 1189 in Palæstinam cum exercitu profecturus, & Viennam secundo Danubio advenions, a Leopoldo VI. splendide ac liberaliter habitus, Anno 1190 in reditu non procul Seleucia fluminis gurgite hausius, obiit.

VIII. Henricus VI. Imp. dum trajectum in Panormum Messanæ aperitur, A. 1197 mortuus, cujus Successorem sacræ Expeditionis Principes Fridericum Austriacum designarunt, sequente Anno 1198 in Palæstina mortuum. | Philippus Imper. qui solemnibus Leopoldi VII. cum Theodora Comnena Viennæ celebratis A. 1203 nuptiis interfuit, A. 1208 ab Ottone, Palatino de Witelsbach, Bambergæ occisus.

IX. Fridericus II, beneficiarius Neapolis & Siciliæ Rex (Cf. Not. 72. p. 205. i.) postea Imp. qui A. 1208 Constantiam, Emerici Hung. Regis viduam, Innocentio III. interveniente (Cf. Kal. T. IV. p. 780) duxit, A. 1220 Romæ ab Honorio una cum uxore sua (ibid. T. V. p. 342) coronatus. Constantia, A. 1222 decedente, qvum Fridericus Imperator Hungaricam uxoris suæ dotem (ibid. p. 344 - & Not. 5) a Friderico Austriaco frustra requireret, eandem A. 1236 aliorum quoque criminum insimulatum, occupata Vienna, cui Ecbertum Bambergen. Episcopum & Conradum Norimbergensem Burggravium præfecerat, exauthoravit, sed A. 1240 in gratiam redenati Viennam, Liberis Imperii Germaniæ urbibus adscriptam, restituit; a tribus in ordine Pontificibus quater anathemate percussus, obiit Anno 1250.

X. Henricus, a Patre designatus Romanorum & utriusque Siciliæ Rex; A. 1235 in Italiam abductus, & A. 1244 in carceribus Apuliæ exstinctus. Uxor Margaretha, Leopoldi VII, Austriæ Ducis, filia. | Conradus IV. Imperator, qui fratri suo utriusque Siciliæ Regiones eripturus, Italiam armis infestavit, & A. 1254 vitam suaque omnia, veneno necatus, & anathematis vinculo irretitus, amisit.

XI. Fridericus & Henricus, perexque cum matre sua in Italiam abducti, ac subsidio tuxico necati sunt. Cf. Notit. Urb. Vind. & Rud. Hist. Opusc. II. | Conradinus, utramque Siciliam, a Clemente IV. Pontifice Carolo Andegavensi collatam, armis Juri suo adjicere satagens, prælio victus & captus, una cum Friderico III, Gertrudis Austriacæ filio, A. 1269 Neapoli decollatus, postremus Ducum Sveviæ furculus.

Co

Pannonienſis Eccleſiæ Pagorum & orientalis Germaniæ in Bavaria Limitum, ſeu Anaſiburgenſis Beneficio, Melicienſis MARCHIO. † Anno 994. Uxor RICHARDA. I

Adalbertus, populariter Wojtech dictus, Patri ſuo in Melicienſi Hungarico Marchionatu ſuccedens. † A. 1056. Uxor Adelhais, Petri, Regis Hungariæ, ſoror (Cf. p. 130. d. f.), Frowe dicta. — Poppo, Bambergenſis Præpoſitus, dein A. 1017 Epiſcopus Trevirenſis. † 1047. II

Leopoldus II. † A. 1043. Uxor Adelhais, Frowiza dicta. † Anno 1071. — Ernеſtus III, Hungaris Ernev dictus, Viennenſis Comes, dein, Patre mortuo, Melicienſis quoque Marchio, A. 1074 ad Monyorod occumbens (Turótz. C. 52.) Baciæ ſeu Vienna ſepultus. Uxor Suanhilda, Luſatiæ Comitis filia. III

Leopoldus III, Melicienſis Marchio & Viennenſis Comes, ob diſceſſum a partibus Henrici IV. & adhæſionem Hungaris, ab Urbano II. Principis Auſtriæ titulo ornatus. † A. 1096. Uxor Itha. IV

Leopold. IV. Auſtriæ, ita dici cœptæ, Princeps. † 1136. Ux. Agnes Henrici IV. filia. † 1157. Sanctis adſcriptus A. 1484. — Sophia, Henrici, Carinth. Marchionis, A. 1127 mortui, Conſors. — Richarda, Henrici, Ratisb. Comitis de Steph. conſ. — Elis. Ottocaro Stiriæ Comiti, nupta. † circiter A. 1109. — Itha, vel Lucia, Leutholdo, Conradi Morav. Ducis filio, nupta. — Heilbirg. Berivojo, Boh. Duci, Vratisl. filio, nupta. V

Agnes, Wladislao Polono, Silefiæ Duci (Cf. Not. 4 & p. 91. Col. XI) nupta. † Anno 1139. — Gertrudis, Vladislao Boh. Duci nupta. † 1151. — Henricus II, Ja ſo mir Gott dictus, A. 1155 recepta, & Henrico Leoni Bavaro per Fridericum Imp. tradita Bavaria, I. Auſtr. Dux. † 1177. Ux. II. Theodora Græca. — Leopoldus, qui Stiriam primus cum titulo Marchionis gubernavit. — Conradus II. Marchio Moraviæ. † 1150. Ux. N. Almi Ducis filia. — Jaromirus. † A. 1138. VI

Leopoldus VI, Auſtriæ Dux. Uxor Helena Geyzæ II. filia, Belæ III. ſoror, cum qua, Ottocaro Stiriæ Marchione, A. 1102. deceſſente, idem in Stiriæ, Hungarici Juris Dynaſtia, ſuccedens, ab Henrico VI. Imperatore Stiriæ Dux renunciatur. † A. 1194. — Henricus III, Medlingens. in Auſtria infer. Comes. † 1223. Ux. Raiza, Vladisl. Boh. R. filia. † A. 1182 — Agnes, Steph. III. Hung. R. ux. mortuo Marito, Viennam redux. VI

Fridericus, Auſtriæ Dux, in Terram S. proficiſcens, Henrici VI. Succeſſor deſignatus, ibidem cœlebs obiit Anno 1198. — Leopoldus VI. primum Stiriæ, dein, fratre mortuo, etiam Auſtriæ Dux, A. 1228 Feuda quædam in Carniolia emit a Gerolde Epo Friſing. † 1230. ux. Theodora Comnena. — Henricus IV. Medlingenſis æque Comes. † circa Annum 1233 cœlebs. VI

Margaretha, Henrico Siciliæ, dein Ottocaro Boh. Regib. nupta, ſed 1261 repudiata, cujus loco Cuneg. Radisl. Galiciæ Regis filiam, Belæ IV. neptem, duxit. — Henricus V, exul apud Ottocarum, † in Morav. 1228. Ux. Agnes, filia Hermani, ſoror Ludovici, Thuring. Landgravii (Cf. Not. 7 & 17). — Fridericus II, Auſtriæ ac Stiriæ Dux, qui uxore Zophia, Theodori Laſcaris filia, Belæ IV. conjugis Mariæ ſorore, 1229 repudiata, Ottonis, Meran. Ducis, filiam Agnetem, Gertrudis (Cf. Not. 3. 5. 6) neptem, 1239 duxit, cum qua reſiduam Carniolian accepit, ab Hungaris 1246 ad Leytham cæſus. Babenberg. nominis ultimus. — Conſtantia, A. 1234 Henrico Marchioni Miſniæ, Andreæ Hung. ac Wenceslao Boh. Regibus, Saxoniæ item & Carinth. Ducibus, ac Henrico Thuring. Landgravio præſentibus, collocata. † Anno 1262. II

Wenceslaus, Boh. & Polon. Rex. † 1305. Ux. Gutha, Rudol. Imp. filia. — Gertrudis, A. 1248 Marchioni Hermanno Badenſi, A. 1250 primum; dein — Romano, Ruſſiæ Duci, Danielis filio, Leonis fratri, Belæ IV. ex Anonyma ſorore nepoti, A. 1252 nupta. Cf. Bzovium. — Albertus, ex quo Duces Saxoniæ. † 1314. — Theodoricus, Marchio Miſniæ. † Anno 1283. X

Wenceslaus, Hung. & Boh. Rex. Ux. Eliſab. Andreæ III. filia, cum quo virilis Arpadana Bohemiæ ac Poloniæ Stirps Anno 1307 paſſim exſtincta eſt. — Fridericus III, Conradini Sveviæ Ducis, armorum contra Carolum Andegavenſ. ſocius, prælio victus & captus, A. 1269 una cum Conradino Neapoli decollatus, Stirpis ſuæ ſurculus, æque ultimus. — Romano, per Ottocarum Bohemiæ Regem, ex Auſtria ejecto, & in Ruſſiam recedente, nata eſt Maria, Stephani III. Uroſii, Serviæ Ppis, ac totius, inclusa Stiria, Sclavoniæ Bani, filio Stephano IV. deſponſa, quam ideo cum matre ſua Ottocarus, potiori uxoris Margaretiæ Juri conſiſus, e Stiria quoque (Cf. Notit. Urb. Vind. Tab. X.) ejecit. X

Atque in horum nexu Tabellas p. 91. 92 & p. 150. Not. l. intelligi volumus.

que in Helvetia territorii Domino, eandem cum Domo Lotharingica originem ducenti, & Auſtriacorum Hungariæ Regum Patriarchæ, poſt viginti duorum annorum Interregnum) Regi Romanorum (A. 1273 Francofurti electo, qui Babenbergica Domo exſtincta, & Ottocaro, Bohemiæ Rege, cæſo, Auſtriam occupavit, ac ſubinde A. 1283 in Albertum, filium ſuum, transtulit) donavimus : & in magno conflictu (1278 *Cf. Kat. T. VI. p.* 737. *Tab. gen. p.* 92) cum eodem Rege Bohemiæ (80) idem M. Georgius repente irruit, & orrendam inimicorum aciem armatam, pluribus adhornatam, ubi fortiter dimicando exſtitit vulneratus, & novem Bohemos captivavit. Demum eciam, qvum nos in etate puerili poſt obitum Cariſſimi Patris noſtri (Stephani V. A. 1272 enatam) regnare cepiſſemus ; Lythen Woyvoda (Valachiæ cis Alutam, quem ipſe Magiſter Georgius in Donatione ſua, Petro Pirus facta (*ap. Wagner in Diplomatar. Sâroſienſi p.* 301)

Lit-

80) Bohemiam, inde a conſtitutione Regni Hungariæ, non modo Hungaris obnoxiam, verum etiam inter Partes Hungariæ relatam fuiſſe, atque in hoc eodem ſtatu uſque ad poſteriores (*Cf. Not.* 9 & 40) Henrici IV, Salomonis quippe affinis, involutiones perſtitiſſe certum eſt.

a) Anonymus Belæ I. Notarius, qualem hodie Regium Cancellarium dicimus, reflexe ad Conſtantini, toties laudati, narrationem, inter alia (Cap. 20 & 50) perhibet : omnia ea loca, quæ Almus Dux, & filius ejuſdem Arpad cum ſuis militibus e Scythia (*Cf. Not.* 1) egreſſi, Atilano jure poſtliminii ſubjugaſſent, per poſteritates eorum ad ſua uſque tempora poſſideri. Hunc igitur, velut *certa Scripturarum*, ut ipſe nos in Prologo ſecuros reddit, *explanatione & aperta Hiſtoriarum interpretatione* ſuffultum, veritatis Ducem ſecuti, quoſnam ſibi Majores noſtri terrarum tractus ſubjecerint, ſuccincte referemus. Poſtquam igitur Almus cum ſuis (Cap. 7) in Suſdalia, Conſtantini Porphyrogeniti ATELKUSU (nomen ſcilicet Regionis ex Hungarico ETELKÜZE, quod nobis peninſulam, inter Etel ſeu Volgam & Okam fluvios exiſtentem, ſignificat, Græce detortum), Gôgenyis, vel ita jam dictis Ruthenis (quorum complures in hodiernam Galiciam elapſi, Suſdalicis antea ſuis homonymas Halitzam & Vlodzimiriam urbes fundarunt), ſibi ſubjectis, triennio commoratus fuiſſet, aſſumtis Zuardo & Cadusa Conſobrinis, Ulegi ſive Hulcki, Avunculi ſui, Albæ ſcilicet Ruſſiæ Csákáni, filiis, etiam Kiovienſes Ruthenos ſibi ſubjugavit, &, pace inita, pendendo annuo decem millium marcarum *tributo* ſubjecit ; dein ſeptem *Duces Cumanorum*, ad Pontum Euxinum diffuſorum, Almum ſibi Dominum ac Præceptorem ad ultimam generationem elegerunt, atque una cum ſuis in fidam & ſocietatem recepti ſunt ; Capite 11. Hungari Civitates *Lodomeriæ & Galiciæ*, a Suſdalenſibus, recenter emigrantibus Ruthenis, conditas, ſibi ſubjecerunt ; Cap. 12-40 occiduam veterem *Daciam & Ultraſilvaniam* ; omnem porro *Bulgariam*, Hæmi montibus (*ubi nempe metalis porta* Vazil *ſive* Trajana *exiſtit*) & Iſtro interjacentem (Cap. 41 -- 45), una cum *Belgrado* ſive Alba Græcorum uſque ad Dyrrachium, nec non totam *Dalmatiam & Croatiam* ſibi ſubjugarunt ; deni-

Litva vocat) una cum fratribus ſuis, per ſuam infidelitatem, aliquam partem de Regno noſtro ultra alpes (Tranſſilvaniæ auſtralis) exiſtentem, pro ſe occuparat, & proventus illius partis, nobis pertinentes, nullis ammonicionibus reddere curabat, ſepedictum M. Georgium contra ipſum miſimus, qui cum ſummo fidelitatis opere circumpugnando eum eodem, ipſum interfecit, & fratrem ſuum nomine Barbath, captivavit & nobis adduxit; ſuper quo nos non modicam quantitatem pecuniæ (lytrum) fecimus extorquere: & ſic per ejuſdem M. Georgii ſervicium, tributum noſtrum (*Cf. Not.* 66) in eiſdem partibus nobis fuit reſtauratum. Item in expedicione noſtra, quam contra infideles Cumanos noſtros (Tibiſcanos, qui A. 1282 contra Mæoticos, Oldamuro Duce, (*Turócz. P. II. C.* 78) Cumanos in belli conſortium aſſumti, ad lacum Hood,

---

denique (Cap. 48 -- 50) univerſam veterem *Pannoniam*, *Slavorum* item (tam borealium, a Danubio ad Septemtriones, quam auſtralium, a Danubio ad meridiem pertinentium) *Regiones*, & *Carintbinorum* fines, Muræ, Dravi Savique fontibus affuſos, occuparunt, atque ita Suſdalenſibus (*reipſa Lodomerianis*) Kiovienſibus item & Neo-Galicianis Ruthenis, jam per Almum tributo ſubjectis, Cumanis vero & Patzinacis, in unam cum homologa civitate Hungarica gentem coaleſcentibus, per orientalem Europam diffuſis, certaque limitum ferie definiri nequeuntibus, occiduas duntaxat, Zalta rerum potiente (Cap. 57), Regni Hungariæ Partiumque adnexarum metas, Bohemis & Polonis, ſive Slavis borealibus, ad annua pendenda tributa æque regulatis, conſtituerunt.

b) Cum igitur Anonymus Notarius, iteratis vicibus edicat, Regiones has per poſteritatem Almi Ducis ac Nobilium ſuorum *potenter & pacifice* poſſideri, conſtet autem ex annalibus Reges, Bela primo poſteriores, ac diſerte Divum quoque Ladislaum diverſas pro conſervandis, ac tuendis Hungariæ Partiumque adnexarum juribus expeditiones habuiſſe, quarum nempe fomitem ab ita dictis duabus, Giſela & Richeſa, Reginis, (*Cf. Not.* 40), accenſum, ac ſubinde, Petro & Salomone rerum potientibus, ab Henrico III, Conradi; & Henrico IV, tertii filiis (*Cf. Tab. gen. Not.* 79), callido affinitatis vinculo ſufflatum, atque in apertas flammas erumpentem, Bela & Geyza, Magni Reges, ita reſtiaxerunt, ut Monarchiam Apoſtolicam in priore ſua integritate conſervaverint, ipſeque Divus Ladislaus, Geyzæ frater, qui ſe in Diplomatibus *Hungarorum Regem* vocat, adhuc integram gubernaverit, plena eidem Anonymo, Belæ I. Notario, publica geſti honoratioris officii authoritate, ac rerum geſtarum cognitione ſuffulto, adhiberi debet. Huc accedit, quod Wratiſlaus, Moraviæ Comes (*Cf. Tab. gen. p.* 92. *Col. VIII. & IX.*) Bretiſlai Bohemiæ Ducis filius (*quem nimirum Sbigneus frater Patri ſuo circa medium Januarii* 1055 *copias contra Hungaros* (Coſm. Prag. Annal. Saxon. Dubr. H. B. ap. Kat. T. II. p. 117 -), *quod ad Scythicam ſuperſtitionem reverti prohiberentur*, *Regi ſuo rebelles*, *eăucenti*, *ad Chrudim exſtincto*, *ſuccedens*, *Moravia ejecerat*, *Andreas vero ad ſe confugientem non modo benigne recepit*, *verum*

Hood, in Tranſſilvania ſitum, elevato contra Regem ſuum vexillo, prout poſteriora docebunt, conſurgentes, crimen læſæ Majeſtatis committere ſuſtinuerunt) habuimus, idem M. Georgius ante oculos noſtræ Majeſtatis in ipſos, tamquam leo fortis, irruit, ubi equi ſubſidio deſtitutus, in ipſa area certaminis acerbiſſime preliavit, & diverſa vulnera ibidem recepit ſagittarum atque lancearum. Ceterum, qvum ad Dormanum (Valachiæ, trans Alutam ſitæ, Woywodam, hac eadem occaſione) ad colloqvium ſub ſpe pacis acceſſiſſemus, ubi quoſdam Barones noſtros captivavit; idem M. Georgius nobis fideliſſima obſequia ibi exercuit & impendit; & unum, de ſociis Dormani ejuſdem captum, adduxit. Inſuper qvum (ſequente anno 1283) noſtros homines fideles Tranſſilvanos, una cum Cumanis noſtris (Tibiſcanis, adhuc fidelibus, & perfidiam ſociorum ſuorum, anno priore ad Nogaienſes Tataros (*Cf. Not.* 13 k. & l.) elabentium, reparare anhelantibus) contra Dormanum & Bulgaros (*Valachicos*) miſiſſemus, M. Georgium ejuſdem exer-

---

rum etiam Adelhaide filia, eidem collocata, Moraviæ illico reſtituit), novo arctiori cum Hungaria vinculo illigatus fuerit, Sbigneus autem Teutonicos omnes ipſamque adeo Juditham Matrem ſuam, Giſelæ ac Richezæ veſtigia ſequentem, e Bohemia expulerit, ac proinde vel ideo inter Duces, Andreæ ac Belæ Regibus *Fideles & obnoxios*, cenſeri debeant.

e) Sbigneo, Bohemiæ Duci, A. 1061 fatis erepto, ſucceſſerat ejus frater Wratislaus, Andreæ olim Regis gener, Salomonis proinde affinis, Turótzyanus quippe (C. 52) Semtepolug, cujus nomen cum Svatopingo, Othonis, Bohemiæ Belinenſis ac Moraviæ Comitis (*Cf. Kat. l. c. p.* 274), filio, ex Euphemia Belæ I. filia, ſuſcepto, qui una cum Othone, Patre ſuo, Geyzæ ac Ladislao Avunculis, contra Salomonem & Wratislaum A. 1074 ad Monyerod prælio decertare coactis, auxilio aderat, confudit. Salomone interim ac Wratislao victis, ille quidem Regnum, accedente Pontificia quoque Gregorii VII. authoritate (*Cf. Not.* 40. *fin.*) amiſſum, nullis deinceps conatibus recuperare potuit, iſte autem Henrico IV, Salomonis, utrorumque affinis, partes tuenti, perdite adhærens, inimicitias & ſimultates cum Geyza & Ladislao, Magnis Regibus, fovere non ceſſavit. Henricus quippe IV, Gregorio Pontifici ægre facturus, non modo Simoniacas Clericorum inveſtituras uſurpare occepit, verum etiam Clericis (*citra Ritus diſcrimen*) licere uxorem ducere (*Cf. Sandin. Pontiff. ad A.* 1075), id quod Bohemis, ac Polonis, Græco (*Cf. Not.* 43. g.) alioquin ritui addictis, præcipue placuit, contendebat. Sanctus interea Pontifex, frequentibus Synodis, Canonum authoritatem ſecutus, edixit " ne Clerici uxorem ſibi adjungerent, " ne Ordinis Sacramentum conferretur, niſi cœlibatum perpetuum profeſſis, neve quis intereſſet " Sacris Sacerdotum, qui uxorem haberent. " De Simoniacis autem decrevit " ut Clerici, ali- " quem Sacrorum Ordinum gradum & Officium per pretium adepti, nullatenus deinceps in Ec- " cleſia miniſtrarent, quique a Laicis Eccleſiæ inveſtituram acciperent, & Laici ipſi, qui darent, " anathemate plecterentur " Ob id ira crevit Henrico; ſibi ejuſmodi jus arroganti, & ſæpius paterna admonito auſquam reſipiſcenti. Concilio itaque Romæ (*Petav. R. T. P. I. L. VIII.*

c.

exercitus Capitaneum preficientes; idem M. Georgius, loco in eodem grata obsequia exercuit, & condigna honori Regie Majestatis (Bulgaros illos, vel ita dictos Valachos, ad obsequium Ladislai revocando). Licet majora & pociora mereretur; de plenitudine nostre gracie, ex certa sciencia & mera liberalitate, de Prelatorum & Baronum nostrorum consilio, ipsi M. Georgio, & per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, quasdam villas nostras Regales Soowar, Sowpothok & Delna vocatas, in Comitatu de Sarus existentes, simul cum fodina seu puteo salis, ibidem existente, quamlibet earum cum suis utilitatibus, attinenciis & pertinenciis universis, sub metis antiquis & prioribus distinccionibus terminorum, dedimus donavimus, tradidimus & contulimus, jure perpetuo, pacifice & irrevocabiliter possidendas, tenendas &

C. 17. *Baron. ap. Sandin.*) habito, ab Ecclesiæ communione sejunctum privavit Regis (occidentalium Romanorum) titulo, & jurato Principum ac Populorum obsequio. Regnum Henrico abrogatum affirmavit Rudolpho, Sveviæ Duci, a Principibus in Regem Germaniæ paulo antea creato, missa eidem Regia Corona cum inscriptione: *Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.* Ita idem Gregorius, exemplo Alexandri II, qui Wratislao Duci Bohemorum, sive Slavorum borealium, jus Mitræ (*Baron. ad A.* 1073 *ap. Sand.*) contulerat, Demetrium sive Heaslaum, Russiæ seu Ludomeriæ, Ducem (*Murator. ap. Sandin. Not.* 13. *p.* 439), A. 1075; alterum Demetrium vel Suinimirum Croatiæ ac Dalmatiæ occidentalis Banum, A. 1076; nec non Michaelem Bodinum, Serviæ ac Dalmatiæ orientalis Principem, Anno 1078 (*Cf. Kat. l. c. p.* 535. *Luc. C.* 11. *& p.* 308 *Not.* a.), Slavorum (australium) Reges, bona Geyzæ (*Cf. Not.* 40 *p.* 78) ac Ladislai Magnorum Regum (aut Imperatorum) venia, ut Sedi Romanæ, abolita omni erga Græcos, quorum arbitrio Regii tituli (*Cf. Not.* 77 *p.* 218 c) constituti Partium, Hungariæ obnoxiarum, Prætoribus conferebantur, necessitudine, debitam, ejurato Photiano Schismate, obedientiam & reverentiam exhibeant, per Vexillum, Ensem, Sceptrum & Coronam investivit atque constituit.

d) Sancto Pontifice, in exilio Salerni A. 1085. decedente, Henricus inimicitias cum ejusdem successore Victore III. continuavit, neque Guiberti Pseudopapæ, quem S. Gregorio sub nomine Clementis III. A. 1080 opposuerat, abjuravit. Quum Victor III, Pontifex legitimus, celebrata Beneventi Synodo, in Guibertum ejusque fautores diras innovat, & rursus cavet, ne Laici darent, neve Clerici ab eis acciperent ecclesiasticæ alicujus dignitatis investituram (*Sandin. ad A.* 1086), irrogata utrisque anathematis pœna. Eo intellecto, Henricus, quem inter alia id quoque urebat, sibi ecclesiasticas investituras denuo interdici, a Ladislao autem, Hungarorum Rege, authoritate Apostolica suffulto, potestatem hanc in coordinandis ac providendis Hungariæ Partiumque adnexarum Ecclesiis continuari, etiam huic segre facere constituit. Quemadmodum enim S. Ladislaus Olomucensem Episcopatum (*Collegiatæ Nitriensi Ecclesiæ nonnisi a Bela II* (Frav. Hier. P. I. p. 365) *in Episcopem elevandæ*), innuente Pilgrino (*ap. Kat. H. D. p.* 516 *& 535*), sub Arpade per Hungaros everſum, Regia plane munificentia instauravit, & indicante Annalista Saxone (*ad A.* 1089 *Dubr. H. Boh. L.* 9), Gebehardo seu Jaromiro, affini quippe sui Ottonis, Moraviæ ac Belnensis Bohemiæ Comitis (*Cf. Kat. H. R. T. II.*

p.

habendas : hoc eciam expreſſo , quod , quia ipſe M. Georgius ad diverſa negocia & ſervicia noſtra ſemper promptus & paratus erat exſequenda ; a nobis peciit humiliter & devote , quod ipſum , ſi abſque liberorum propagine mori in aliquo caſu contingeret , predictas ſuas acquiſitorias a noſtra Regia Majeſtate fratribus ſuis, videlicet Boxa, Thomæ & Simoni Comitibus , liberam haberet allegandi & donandi facultatem ipſi autem Boxa , Thomas & Simon Comites , in inſtanti coram nobis perſonaliter conſtituti , nobis retulerunt viva voce , quod , ſi predictus Georgius Magiſter , frater ; ipſorum , Domini pietate proſequente , aliqua prole ditaretur , nec de ſua propria perſona, nec de ſuis heredibus ipſi in propriis perſonis eorum , nec non & heredes eorundem de predictis poſſeſſionibus perciperent partem, nec aliquam habere vellent porcionem de eiſdem ; & ad hoc ſe ſpontanea commiſerunt voluntate. Et quia mete ipſarum poſſeſſio-

---

p. 274), fratri contulerat, ita idem Ladislaus iteratis de Salomone Rege , Kutesko & Kopulcho relatis inſignibus (*Turótz. C.* 56. 57) victoriis , eorumque copiis , Phociani potiſſimum Schiſmatis fautoribus per occiduo - auſtrales Hungariæ partes diſperſis , Epiſcopatum Zagrabienſem in illis ipſis Hungariæ confinibus , A. 1085 , atque adeo vivente adhuc Suinimiro , affine ſuo , Croatiæ ac Dalmatiæ Rege (*Bombard. Topogr. p.* 236), fundavit. Bacſienſem quoque Archiepiſcopatum , a S. Ladislao paulo antea fundatum fuiſſe , probant *Adjudicatoriæ ſententionales* Feliciani, Strigon. Archiepiſcopi (*ap. Kat. l. c. p.* 484), ex quibus non modo annus 1085 fundati Zagrabienſis Epiſcopatus , verum etiam primus omnium Bacſienſis Archiepiſcopus (*Cf. Pray. Hier P. II. p.* 4) Fabianus eruitur. Biographus denique S. Ladislai Corſendoncanus de S. Rege (*Act. SS. Junii T. V. p.* 318 *N. IV.*) ita ſcribit : " Omnes Eccleſiæ (*Cathedrales*) & Monaſteria Regalia (*Capitula*), ſive ab ipſo , ſive a quocunque alio (*præter S. Stephanum*) fundata , eleemoſynis ejus ſunt locupletata ; -- duos quoque Epiſcopatus (*Bacſienſem & Zagrabienſem*) ordinavit (*ſeu fundavit*), & Regia largitate locupletavit. Unde merito -- eleemoſynas ejus enarrat omnis Eccleſia Hungarorum (*ſub qua expreſſione Partes quoque intelligi monuimus*). Ut adeo adjuncta rerum , iſthic occurrentium & occuſurarum , cum Pravam Hierarchia Hungariæ conferendarum , ſatis probent , S. Ladislaum duas jam A. 1085 Sacras Hungariæ Metropoles ita diſpeſcuiſſe , ut STRIGONIENSI quidem Agrienſem , Cracovienſem (*a cæde S. Stanislai , 20ma utpote Maji* 1079 (Cf. Not. 40 *p.* 57) *adhuc vacuam*) , Gneſnenſem , Jaurinenſem , Kiovienſem (*Cf. Not.* 10) Olomucienſem , Pragenſem , Quinque-eccleſienſem , Vacienſem & Veſzprimienſem ; BACSIENSI vero Albenſem , Baeovienſem , Belgradenſem , Boſznenſem , Colocenſem , Cſanadienſem , Sirmienſem (*hodie Priſereno* (Cf. Not. 64. *p.* 151 c.) *ſive S. Irenæi*) Svidnicenſem, (*ſive Svacenſem* (Cf. Thom. Archid. ap. Luc. C. 15. p. 549), *a Metropolitana Spalatenſi decerptam*, & *Bacſienſi* (Cf. Pray. Hier. P. II. p. 36) *Metropoli applicatam*), Varadienſem & Zagrabienſem Eccleſias attribuerit. Decenarium equidem Suffraganeorum Strigonienſis Archiepiſcopi numerum adhuc ſub Rege Colomano fuiſſe, Synodi, A. 1112 celebratæ , Titulus , quem Péterfy (*Conc. P. I. p.* 55. *Cf. Kat. T. III. p.* 285) exhibet in hæc verba: " *Incipiunt Capitula de Synodalibus , decretis Domini*

„ *mini*

ſeſſionum & diſtinctiones in noſtra noticia non conſtabant; M. Mathiam, Archidiaconum Novi Caſtri, (*Cf. Not. 11. p. 18*) Comitem capelle cariſſime Conſortis noſtre (Eliſabethæ, filiæ Caroli Andegavenſis (*Turócz. C. 79. Cf. Tabb. gen p. 91 Col. XVI. & p. 236. 237 Col. XI.*), Apuliæ Regis), adjuncto ſibi ſocio Andrea, Comite noſtre de Sárus, ad reambulandas & ſtatuendas ipſas terras miſimus, qui poſtmodum ad nos redeuntes, retulerunt, quod, preſentibus omnibus commetaneis & vicinis, dictas terras reambulaſſent, & dicto M. Georgio ſtatuiſſent, nullo contradictore exiſtente. -- Et ut noſtre donacionis ſeries

„ *mini Archiepiſcopi Laurentii, Strigonienſis Metropolitani, & DECEM SUF-*
„ *FRAGANEORUM SUORUM.* “ manifeſte docet. -

e) Henricus igitur, tam Victorem III. Pontificem, quam Ladislaum, Hungarorum Regem, ludificaturus, contra utroſque ſchiſmaticum Moguntiæ conciliabulum cogit: “ Anno Domi-
„ nicæ Incarnationis *Milleſimo octuageſimo ſexto*, jubente & peragente Romanorum Imperatore
„ Henrico Auguſto (*inquit Coſmas Pragenſis, A. 1125 mortuus, L. II. p. 41*), cele-
„ brata eſt Synodus magna, in Urbe Moguntia, ubi Archiepiſcopi quatuor, & duodecim Præſules
„ (*inter quos etiam Coſmas, Pragenſis Epiſcopus* (Cf. Nicolaum Gundling. Diſcurſ. de
„ Statu Elect. veteri & moderno Edit. Francof. & Lipſ. 1747) *qui hæc adnotavit, præſens erat*),
„ ſimul cum Abbatibus Monaſteriorum, & ceteris fidelibus reſidentes, plurima Decreta ſuper ſta-
„ tu Eccleſiæ ſcriptis roborarunt. In quo Conventu idem Cæſar omnibus Regni ſui (*Germaniæ*
„ *in partes diviſæ*) Optimatibus, Ducibus, Marchionibus, Satrapis, Epiſcopis aſſiſtentibus &
„ collaudantibus, Ducem Boemorum Vratislaum (*Salomonis affinem*), tam Boemiæ, quam
„ Poloniæ (*inde ab initio Hungaris obnoxiæ, arrogato ſibi ex inani Richezæ* (Cf. Not.
„ 61 *p.* 134. i.) *nec non Salomonis, affinis quippe ſui, ceſſione, ſcenico jure*) præfecit, -- im-
„ ponens capiti ejus (*abolito, per Alexandrum Pontif. conceſſo, Mitræ Ducalis jure*)
„ manu ſua Regalem circulum (*quo nempe, territorialem ſuperioritatem inactive confe-*
„ *rendo, beneficiariam ſuum efficere volebat*), -- juſſitque Archiepiſcopum Trevi-
„ renſem, nomine Egilbertum, ut Vratislaum in ſede ſua metropoli Praga in Regem ungat, &
„ diadema capiti ejus imponat. “ -- In hocce Germanico imperiali conciliabulo etiam limites Pra-
„ genſis Epiſcopatus, cui Ladislaus antea Coſmam Pragenſem præfecerat, ita definiebantur (*Coſm.*
„ *Prag. L. III. Melch. Goldaſt. in Comment. Docum. N. IX*): “ Inde ad Orientem
„ hos fluvios habet terminos; Bug ſcilicet & Ztyr (*incluſa igitur Premislienſi terra, Ana-*
„ *ſtaſiæ, Salomonis Matri, titulo Dotis Hungaricæ aſſignata*) cum Krakow Civitate
„ (*cujus homonymam Diœceſim Ladislaus per memoratum Gebehardum ſive Jaromirum,*
„ *cognatum ſuum* (*Cf. p. 92 Col. IX*), *Olomucienſem Epiſcopum, adminiſtrari curabat*),
„ Provinciaque, cui Wag nomen eſt (*hodie Opavienſis, Sileſiæ ſuperioris, quæ ad Po-*
„ *loniam integræ pertinebat, Ducatus, ubi nimirum ejuſdem nominis urbs Wag*
„ *hucdum exſtat*), cum omnibus Regionibus, ad prædictam urbem pertinentibus, quæ Krako-
„ wa eſt; indeq; Ungarorum limitibus (*a Carpatorum ſerie adjectis*) uſque ad montes, qui-
„ bus nomen eſt Tritri (*Tatri*), dilatata procedit. Deinde in ea parte, quæ Meridiem re-
„ ſpi-

robur obtineat perpetue firmitatis, nec ullo unquam tempore valeat in irritum retractari, literas noſtras preſentes eidem M. Georgio ſuper premiſſa donacione conceſſimus, duplicis ſigilli noſtri munimine roborando. Datum per manus Venerabilis Patris Thome, Dei gracia Epiſcopi Vacienſis, Aule noſtre Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto; Regni autem noſtri anno quarto decimo, VI Idus Januarii.

LIV.

„ ſpicit, addita Regione Moravia, uſque ad fluvium, cui nomen eſt Wág (*ſex munitiſſimas „ Olomucium, Brunam, Znoymam, Trenceſinium, Nitriam & Poſonium Hungariæ Civitates* (Lambert. Schaffnab. ad A. 1074) *per Salomonem Henrico, affini ſuo, „ ſi ejus beneficio contra Geyzam in Regnum reſtitueretur, traditas, continentem*), „ & ad medium ſilvam (*montis, in ſerie Carpatorum auſtralem Bohemiam ab Auſtria „ ſeparantis*), cui nomen eſt More, & (*per cacumina*) ejuſdem montis eadem Parochia „ tendit, qua Bavaria limitatur."

f) Præmiſſas interim Henrici deſtinationes Ladislaum infregiſſe argumento ſunt ea, quod Coſmas Pragenſis inde a Moguntino Conciliabulo, licet uſque ad A. 1125 vixerit, nullibi velut Pragenſis Epiſcopus, verum repetitus Jaromirus vel Gebhardus, ex Olomutzenſi ſede ſua Pragam translatus Præſul comparet; quod item, Gundlingo teſte (l. c.), Regius Vratislai titulus ceſſaverit; quod denique " Principes quoque Regni Teutonicorum (*Berthold. Conſtantienſis, „ qui rebus hiſce interfuit ad A. 1087*), fideles, inquam, Sancti Petri, generale colloquium cum Henrico & fautoribus ejus in Kalendis Auguſti prope Nemetenſem (*teſte Ditmaro „ ap. Gundling. p. 610 populariter Nimtſch* (ex Hungarico Németi ſic appellatam) „ *in hodierno Sileſiæ Ducatu Bregenſi exiſtentem*) Civitatem habuerunt, eique adjutorium ſuum ad obtinendum Regnum (*Henrico enim Hermannus, Lotharingiæ Comes, „ ab A. 1081 ſubſtitutus, Germaniam regebat*), ſi de excommunicatione exire vellet, „ fideliter promiſerunt. Ille autem in ſolita ſua obſtinatione perſiſtens, nec ſe profiteri excommunicatum dignatus eſt, licet ſibi in faciem hoc a noſtris inſtanter exprobraretur. Unde & noſtri „ nullam pacem & concordiam cum eo habere ſtatuerunt. -- Ladislaus autem, Rex Hungarorum, „ miſſa Legatione ad idem colloquium (*ubi certe nihil prætermiſſum fuerit, ut Henricianæ prioris anni Moguntinæ Synodi Decreta pro nullis & irritis declarentur*), „ ſe, in fidelitate S. Petri perſeveraturum, declaravit, & fidelibus S. Petri cum vigiati millibus „ equitum contra Schiſmaticos ſe adfuturum, ſi neceſſitas foret, promiſit," veteres denique matricis Hungariæ Regni limites, in Carpatis deſixos (*Cf. Not. 45 p. 88*), per Henricum autem uſque ad Vagum flumen productos, reſtituſſe teſtatur Ludovicus I, Hungarorum Rex, in Diplomate A. 1347 (*ap. Kat. T. II. p. 414*), ſic inter alia locutus: " Preterea prædictus Ste„ phanus (*Vajvoda Tranſſilvanus & Comes de Zonouk*), in confinalis Bohemiæ per i„ pſum Patrem noſtrum (*Carolum*) conſtitutus, Partes Regni noſtri, in Confinalis Bohemiæ habitas, & per Bohemos occupatas, ab iiſdem Bohemis, per ſuas veras metas, per „ Sanctiſſimum Regem Ladislaum poſitas & erectas recuperando &c. Henricus, in hoc regnum ſitu ſe quovis modo (*Cf. Gundl. p. 626.*) contra Romanam Eccleſiam & Ladislaum tuiturus, non ſolum Juditham Sophiam, *Sororem ſuam unicam, unici fratris, gratam ſibi*

præ

LIV.

Ricolphus de Lumnitz *(hodie Nagy-vel Kakas Lomnitza)* nonnullorum agrorum, Lomnitzienſi ſuo territorio adjacentium, a Mattheotzenſibus Saxonibus antea perennaliter acquiſitorum, medietatem Gochalco Judici Mattheotzenſi *(Cf. XXXV)*, neceſſitate cogente, perennali eodem jure vendit. A. D. 1285.

EX AUTOGRAPHO, apud Oppidanos Matthæivillenſes exiſtente.

NOS Capitulum Eccleſie Beati Martini in Scepus, damus pro memoria univerſis Chriſti fidelibus, preſentes literas inſpecturis. Quod accedentes ad noſtram preſenciam Comes Rycolphus de Lumnicz & Gochalcus Judex de villa Matthey cum villanis

præ cunctis rebus, antea Salomonis, Hungariæ Regis, quum Polæ in Iſtria nonniſi anno 1105 *(Turótz. C. 56 Cf. Kat. T. II. p. 508-)* moriturum, jam deceſſiſſe falſo ſparſerat, uxorem, Ottone Bambergenſi Epiſcopo interveniente *(Sefrid. Ottonis biogr. L. V. p. 94)*, Vladislao, Poloniæ Duci viduo, *(Cf. Kat. l. c. p. 516-)* collocat, verum etiam Svatopolcum, Ruſſiæ Hungaricæ Ducem, Demetrii ſive Iſcaslai, olim Regis *(Turótzyani Krul C. 57)* filium, Salomonis quippe Conſobrinum, ad parem, cum Vratislao Bohemiæ, ac Vladislao Poloniæ, Ducibus tentandam a Ladislao defectionem, opera ejuſdem Vladislai, affinis jam nunc ſui, perſvadet. Facinoribus his acceſſit aliud: " quod Adelhaidem Conjugem ſuam *(Sandin. ad A.* „ 1088*)*, in carcerem detruſam, non ſolum ab alienis, ſed etiam a filio ſuo Conrado violari „ juſſerit, recuſantemque ſe tanto ſcelere polluere, mortuum declaraverit: Urbanus II. anathemate „ eo etiam nomine integravit. " Vratislaus interea, Gebehardo per Ladislaum ex Olomucienſi ad Pragenſem Epiſcopatum translato, Wenceslaum, quem a Sacrificiis habebat, ſemel ac iterum Olomucienſi, per Henricum in Moguntina Synodo ſuppreſſæ per Ladislaum vero nondum ſuppletæ, Eccleſiæ præficere tentabat. Verum Gebehardus vel Jaromirus eminens, ita dictum, Patronatus, Hungarorum Regem ex Apoſtolica Legatione reſpicientis, Jus agnoſcens, ac ceteroquin Pragenſem Epiſcopatum ex Ladislai diſpoſitione affectatus, fortiter obſtitit. Rem hanc Annaliſta Saxo ad A. 1089 in hæc verba prodidit: " Exorta inter Gebehardum, Pragenſem Epiſcopum, „ & fratrem ejus *(Cf. Kat. l. c. p. 274)* Vratislaum Ducem, diſcordia, Dux iterum inthronizat Capellanum ſuum Wenzlonem, ut in territorio Moravienſi Epiſcopum. Pro qua injuria „ Præſul Gebehardus iturus erat Romam; ſed conſilio, cum ſuis inito, adiit Vladislaum, Regem „ Pannonicum *(Albæ Regiæ reſidentem)*, patefaciens ei, Eccleſiæ ſuæ injuriam, poſcit auxilium *(quia vero Ladislaus, præmiſſum in Sclavoniam* (Stiriam quippe Carniolam „ & Cariuthiam), *nec non Croatiam & Dalmatiam, exercitum ſecuturus, impedire-*

„ *tur*,

lanis omnibus ejuſdem ville, qui coram nobis faſſi ſunt oraculo vive vocis: Quod de communi conſenſu dediſſent prefato Comiti Rycolpho & ſuis heredibus, cauſa dileccionis, de ſua terra quoſdam agros, qui jacent inter metas eorum, & inter metas illorum hominum de Lumnicz, abſque omni ſolucione (Cenſus Regii) libere & in perpetuum poſſidendos. Poſtmodum vero neceſſitate cogente (quam præter Turótzyanum *(P. II. C. 79)*, Anonymus quoque Carthuſianus *(Cf. Not. 77 ad A. 1285)* indicat. Ricolphus quippe ad Tataros', e Regno pellendos, cum reliqua Prælatorum, Baronum, Magnatum & Nobilium Univerſitate perſonaliter inſurgere, ac proinde ſemet neceſſariis belli requiſitis inſtruere debebat) ſepedictus Comes Rycol-

---

„ *tur, ad Metropolitanum ſuum, Strigonienſem Archiepiſcopum relegavit)* Ubi primo die adventus ſui, tactus corporis moleſtia, defunctus eſt in Strigonia VI. Kal. Junii. "

g) Ladislaus igitur, tam per Svatopolcum Lodomeriæ, quam Vladislaum Poloniæ Duces, ad arma eis inferenda, excitas, Ruſſos, Polonos & ipſos quoque Bohemos, omnes quippe Henricianos in rebus novandis adhærentes, bello aggreſſus: "Poſt hæc autem *(inquit Turótz. C. 58)* „ Rex glorioſus invaſit Ruſciam, eo quod Cuni per conſilium eorum *(Ruthenorum, a Vladislao* „ *Polono concitatorum, per portam* (Not. 87 p. 234) *Meſzes)* intraverunt. Qvumque vidiſſent ſe Rutheni male coarctari, rogavernut Regis clementiam, & promiſerunt Regi fidelitatem „ in omnibus, quos Rex piiſſimus gratanter ſuſcepit. Deinde *(vacillantem Vladislai fidem* „ *caſtigaturus)* irruit in Poloniam, Poloni vero, contra ipſum venientes, pugnaverunt, ſed „ Hungari -- victoriam habuerunt. Exinde Hungari Caſtrum Krokow -- obſederunt, -- obſeſſi „ autem arcem cum univerſis Regi tradiderant, & pacem ad voluntatem Regis ordinaverunt, „ ſeu compoſuerunt *(quæ utique alia fuiſſe intelligi nequit, quam quod Polonia Juri* „ *Hungarico noviter, tantoque arctius illigata fuerit, quanto incautius Henrico ad-* „ *hærere cœpit)*. At inde tranſivit in Bohemiam, & multos captivos de Bohemis *(nobilio-* „ *ribus, Henricianis aſſentatoribus)* duxerunt impune in Hungariam. Et ſic Rex victorioſiſſimus ad propria redivit cum gaudio. " Expeditionem hanc triplicem, A. 1091 in Ruſſia Hungarica cœptam, eodem anno in Polonia continuatam, & A. 1092. in Bohemia terminatam fuiſſe, rerum adjuncta monent; ut adeo, qvum Annaliſta Saxo *(ap. Gundl. p. 630)* ad poſteriorem hunc plane annum perhibeat, Wratislaum, Bohemiæ Ducem, eqvo præcipitatum, paulo poſt 14. utpote Januarii 1093. obiviſſe, merito argui debeat, in Bohemia perinde, ſicut in Polonia prælio decertatum fuiſſe, neque Bohemos diſſimilem Polonis pacem impetraſſe.

h) Bohemiam equidem, velut Partem, ſummum Hungariæ Jus ac Dominium ſub Sancto Rege Ladislao agnoviſſe vel ex eo patet, quod Bretislaus, Wratislai, per Henricum in Regem Bohemiæ declarati & coronati, filius, a Patre ſuo diſſentiens, adhuc triennio ante bellum Bohemicum, non ad Henrici, ſed Ladislai benevolentiam confugerit, ac hujus, non illius beneficio, Bohemiæ præfuerit. " Congregatis *(inquit Coſmas Prag. ad A. 1091 ap. Kat. T. II. p. 564)* „ omnibus tam pecoribus quam mancipiis, plus quam duo millia militum cum Brecislao Duce profi-

„ ciſ-

colphus decrevit agros vendere ſupradictos, & eos venales exhibuit hoſpitibus de villa prenotata, quorum antea fuerunt, & in quorum (terragii) ſolucione ſunt. Villani vero propter nimiam eorum *pauperta*tem, agros illos redimere non valebant: tunc Gothalcus, eorum, Judex & concivis, de favore omnium concivium ſuorum dimidietatem agrorum illorum emit erga Comitem Rycolphum pro viginti quatuor marcis puri argenti (*Cf. Not.* 20), ſibi ſuiſque heredibus in perpetuum ſine ſolucione qualicunque libere poſſidendos. Jacent autem predicti agri, cum itur de villa Matthey ad Lumnicz, ad extus ultra Poprat in latere montis. Cum autem Comes Rycolphus & Gochalcus poſt emcionem dividerent agros illos, equa ſorte, obtinuit Gochal-

„ eiſcuntur ad Regem Pannonicum. Quem Rex Wlatislaus recognoſcens cognatum ſuum (*Cf.* „ *Tab. gen. p.* 92 *Col. IX. X.*), benigne ſuſcepit, & conceſſit militibus ejus inhabitare locum, „ qui dicitur Banou (*Baan, Oppidum Provinciæ Trentſchinienſis*) juxta Caſtrum Oren„ tem (*rectius Trentſen*). Locus in mediis ſilvis, atque opimus venationibus. Victualia au„ tem & cetera naturæ adminicula per præceptum Regis ab adjacentibus ſubminiſtrabantur eis „ Regionibus. Ipſum autem Brecislaum cum paucis ſecum Rex (*Ladislaus*) habuit in deliciis „ Aulæ Regalis.“ Verum Bretislaus non diu ad Trentchinium in Hungaria moratus eſt; poſtquam enim Pater ejuſdem cum initio anni 1093 mortuus fuiſſet, magno Hungarorum comitatu Bohemiam repetens, Wratislao Patri ſuccedere juſſus eſt. Petrus interim Eremita, eodem anno 1093 ex Paleſtina redux, receuſitis apud Urbanum II. Pontificem Chriſtianorum in Oriente calamitatibus (*Cf. Kat. l. c. p.* 673 - 680) totam in concitandis contra Saracenos Chriſtianis Principibus Europam percurſavit, multoſque ad ſacram expeditionem ſuſcipiendam perſvaſit. Alexius quoque, Græcorum Imperator, A. 1094 per Legatos auxilium contra Saracenos in Concilio, Placentiæ celebrato, petiit: “ Ad hoc ergo auxilium Dominus Papa multos incitavit, ut eti„ am jure jurando promitterent, ſe illuc, DEO annuente, ituros.“ Duces autem Francorum, „ Lotharingorum & Alemanorum, qui cum exercitu Domini illuc profecturi erant, omnes pari„ ter pium Regem Ladislaum, dignæ dignum ſibi Ducem ac Præceptorem præficere concorditer „ diſpoſuerunt.“ Qvumque (A. 1095) celebraſſet Paſcha Domini (*quod hoc anno cum* 25. *Mar„ tii congruit*) in Bodrog (*Cf. Turôtz. C.* 59); ecce Nuncii de Francia, & de Hiſpania, „ de Anglia & Britannia ad eum venerunt, & præcipue de Villermo, fratre Regis Francorum; „ & ei Omnipotentis DEI injuriam ſe ulciſci manifeſtaverunt, & ſanctam Civitatem & ſanctiſſimum „ Sepulchrum de manu Saracenorum liberare penſaverunt: unde glorioſum Regem rogaverunt, ut „ eis Rector & gubernator in exercitu JESU Chriſti exiſteret.“ -- Prius autem, quam de Fran„ cia & Alemania ceteriſque occidentalibus (*Act. SS. Jun. T. V. p.* 318 *N.* 5) exercitus „ Domini in Hungariam convenirent; pius Rex urgente neceſſitate, contra Bohemos in expedi„ tionem profectus eſt.“ Expeditionis cauſam Turótzyanus Anonymus confuſis, ac per nos emendatis, Ducum Bohemicorum nominibus horumque adjunctis, ita narrat: “ Miſitque (*Ladi„ slaus*) nuncium ad *Bretislaum*, Ducem Bohemorum, filium Wratislai; & petiit ab illo, „ ac præcepit (*velut ſummus Partium quoque* (Cf. Not. 1. fin. 9. & 40 *p.* 75.) *adnexarum* „ *Princeps*), ut ſecum ultra mare ire pro injuria JESU Chriſti properaret. Ille autem liben„ ti animo promiſit. Interim *Patruus Bretislai* Ducis (*Cf. Tab. gen. p.* 92 *Col. IX. X.*), „ nomine *Conradus*, noctis ſilentio Pragam veniens, ipſam Civitatem cepit. Mane autem fa-

&c.,

chalcus agros in ſuperiori parte montis. Spoponderunt eciam, quod quandocunque aliquem ex eis, vel ſucceſſoribus eorum contingeret vendere ſuam partem, ne alicui venderent, niſi villanis ſepedicte ville, ſi eis emere complaceret. Nos vero conſiderantes emcionem licitam & honeſtam, ad peticionem utrorumque, ne alicui impoſterum ſuper eo dubium oriatur, ſcriptum preſens fecimus Sigilli noſtri munimine roborari. Datum apud Sanctum Martinum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto.

LV.

„ &c, ab Epiſcopo Pragenſi in ſolio Ducali ſedit, & a quibuſdam honorifice ſuſceptus eſt. „ *Bretislaus* autem ad glorioſum Regem, Cognatum ſuum, venit, &, quæ ei acciderant, nar„ ravit, & Regem in auxilium ſibi venire in propria perſona rogavit. Rex autem, conſenſit ei, „ ita quod de ſervitio DEI Dux non remaneret. -- Rex autem, congregato, exercitu ſuo, cœ„ pit ire contra Bohemos, propter injuriam nepotis ſui (*Bretislai ex Adelhaide, Patrui ſui* „ *Andreæ filia, ſuſcepti*). " Ibique (*Act. SS. loc. cit.*) repentina ægritudine correptus, „ viribus corporis cœpit omnino deſtitui; convocatiſque Regni Principibus indicavit, diſſolutio„ nem ſui corporis imminere. " Sanctum Regem in Hungaria deceſſiſſe Pelbartus (*ap. Kat. l. c. p.* 699) his verbis indicat: " Ecce piiſſimus DEUS, -- corpore B. Ladislai, Ungaros voluit do„ tare, nolens in alieno (*clientelari una & ſeditioſo*) Regno diſſolvi. " Licet porro S. Ladislaus ex Bohemia rediverit, ac ſubinde 29. Julii 1095 etiam deceſſerit, profectæ huic expeditioni attribuendum eſt, quod, poſteaquam Conradus paulo ſupra ſex menſes Ducatum (*Cf. Gundl. p.* 631) tenuiſſet, die 6. Sept. (*Cf. Kat. l. c. p.* 564) obierit, aut potius occubuerit, Bretislaus autem illico reſtitutus, die 15 ejuſdem (*ut Coſmas ait*) inthronizatus fuerit. Quemadmodum enim Balbinus (*ap. Kat. l. c. p.* 680) ingenue fatetur, *tantum eſſe chaos & genealogiæ perturbationem* apud Bohemiæ Principes, *ut nihil ad liquidum adduci poſſit*; plane ita, Teutonici Scriptores illius ævi, mira in Hungaricis rebus prodendis cautione pollebant.

g) S. Ladislaus, tam in Diplomatibus, quam aliis quæ ad nos pervenerunt, memoriæ exemplo S. Stephani, ubique HUNGARORUM vel BANNONIORVM Rex vocatur, ſub tali autem axiomate matricis quoque Regni Hungariæ PARTES, non ideo, quaſi has Hungari replevilſent, verum propterea, quod Regionibus illis Duces aut Comites ex Arpadiana, vel huic innexa, ſtirpe aliique Nobiles præfuerint, accipi debere, jam alibi (*Not. 40 fin.*) attigimus. Unicum ejuſdem Ladislai Diploma, in quo etiam PARTES Hungariæ recenſentur, hactenus innotuit, cujus initium & clauſulam RR. D. Katona (*loc. cit. p.* 568, *ex RR. Dni Pray Diatribe, qua caremus*) in hæc verba exhibet: " Nos Ladislaus, Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ, Ser„ viæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Thraciæ, Sauoniæ, Boſniæ, utriuſque Miſiæ, Daciæ, Jaziæ, „ Moldaviæ, Moraviæ, Auſtriæ, partium Bulgariæ &c. Rex. (*Sequuntur Leges, quæ in* „ *Corp. Juris Hung. recenſentur*) Editæ & confirmatæ in urbe ſedis noſtræ Buda, anno „ ſalutis Milleſimo nonageſimo ſecundo, IX. Calendas Julii, in Conventu ſolemni. *Ladislaus.*" Nec vero inſolentia tituli hujus eorum oculos configere debet, qui ſe reflexerint, *pro Hungaria*, cujus Metropolis & ordinaria Regum Sedes Albæ Regiæ, ſicut olim ad Aluta oſtia (*Cf. Not. 52 p.* 58 b. c.) in Dacia fuerat, iſthic Pannoniam ſumi; S. Conſtantinum Porphyrogenitum (*de adm. Imp.*

C.

LV.

Nobiles Coſmas, Nicolaus & Stephanus, filii Zomboth, totam poſſeſſionem ſuam terræ Ztragar, & ſilvam Feketeverdeu vocatam, Comiti Arnoldo, filio Detrici, & ſuis heredibus perennaliter vendunt. A. D. 1286.

EX AUTOGRAPHO, inter Acta Oppidi Bela, unius e XVI Scepuſienſibus exiſtente, deſumtum.

NOS Capitulum Eccleſie Beati Martini de Scepus, quibus expedit, preſencium per tenorem ſignificamus univerſis; Quod quidam Nobiles, Coſmas ſcilicet, Nicolaus & Stephanus, filii Zomboth, in noſtri preſencia ex una parte perſonaliter conſtituti,

C. 31. 32.) docere, *Serviam*, a Serviis Sclavis olim dictam, Regionem fuiſſe illam, quae ſerius Patzinaciae dein Poloniae, Galiciaeque nomen *(Cf. Not. 9. fin. p. 14)* acceperit; Priſcum porro Rhetorem, Maximini, ad Atilam legati, ſocium, in ſua Hiſtoria ubique, alios autem Græcos, *Thraciam* paſſim uſque ad Iſtrum extendere. Romanis quippe Coloniis A. C. 274 ex Dacia Trajana per Aurelianum Imp. ad Mœſiam inferiorem traductis *(Cf. Not. 52. b. p. 98)*, novaque Roma per S. Conſtantinum Magnum circa initium Seculi IV. conſtructa, linguæ Romanæ ſeu Latinæ uſus in Thracia fere communis erat, unde factum eſt, ut Regionem hanc Latini Romaniam, intermixti vero Thraces Rumeliam & Rumuniam appellarent. Orientali poſtea Imperio declinante, bona Thracum pars inter Sclavos, veteres quippe ſuos gentiles *(Cf. Not. 60. a. p. 122)* trans Iſtrum ad Seretum, Prutum & Danaſtrum fluvios conſidere maluit, quam continuis eorum & Hunnorum in Romaniam procurſionibus exponi. Atque ab his Thracibus, qui ſe Rumunios hodiedum vocant, a Slavis autem Viachi, ſive Itali, appellantur, Regio illa, quæ a potiore Valachorum incolatu ſerius partim Valachia, partim vero a Cunis quoque aut Cumanis infeſta, etiam Cumania dici cœperat, ſubinde autem in hodiernam Moldaviam & Valachiam (excluſa tamen veteris Ultraſilvaniæ ad inferiorem Alutam parte) diſtinguebatur, pro temporis illius rerumque adjunctis, Thracia quam optime, citraque Græcorum injuriam, annuncupatur. *Sauonia*, a Sauo, ſeu potius *Sclavonia*, a Sclavis incolis dicta, Stiriam quoque, Carnioliam & Carinthiam includit, Regionem quippe, quam teſtante Andrea II *(in Dipl. A 1217. ap. Kat. H. R. T. V. p. 247)* „ S. Ladislaus Rex „ Coronæ Hungariæ *(Marquardo* (Turótzyani Anonymi C. 52. Marcharto), *cui Henricus* „ *IV, velut propinquo ſuo, Bertholdi, Carnotenſium Ducis* (Lambert. Schaffn. ad A. „ 1073 ap. Kat. T. II. p. 257), *cujus nempe filiam Adelhaidem Ladislaus Uxorem ha-* „ *bebat*, *Ducatum, Regibus Hungariæ obnoxium, inactive contulerat, expulſo)* „ ſubjugavit. " De cujuſmodi ſcilicet Regione idem Andreas alibi *(ap. Kertschel. Hiſt. Eccl. Zagr.*

Comes (Saxonum) Arnoldus *(e cujus nempe poſteris, ex Oppido Bela, Kéſmarkinum tranſeuntibus, ac nomen Arnoldi hodiedum retinentibus, actu Dnus Emericus Arnold primarium Regiæ hujus ac Liberæ Civitatis Judicem agit)*, filius Detrici (æque Saxonum *(Cf. XXVIII)* Comitis), ex altera. Idem Coſmas, Nicolaus & Stephanus predicti, faſſi ſunt oraculo vive vocis, ſe vendidiſſe, maturo conſilio amicorum habito, & animo deliberato, ſupradicto Comiti Arnoldo totam porcionem ſuam terre Ztragar (hodie Zdyar), & ſylve Feketev erdeu (Schwarz Wald)dicte, cum metis & terminis, & cum omnibus utilitatibus ac pertinenciis, prout in Privilegio Domini

---

„ *Zagr. p.* 2. *Cf. Kat. H. D. p.* 347 --) hæc habet: " Quoniam ultra Dravi fluvium limes, ſeu terminus, Quinqueeccleſienſis Eccleſiæ nondum fuerat ſtabilitus, qvum S. Rex Ladislaus primus tranſiverat Dravæ fluvium *(Muræ flumini* (Cf. Not. 64. p. 152. b.) *ad Legradinum, ubi Rado Palatinus Eccleſiam* (Cf. Kat. T. II. p. 127), *in honorem S. Michaelis Arch. Diœceſano Quinqueeccleſienſi Epiſcopo Mauro ſubjectam, fundaverat, ſe miſcentem)*, & *PARTES ſibi SCLAVONICAS Dravæ ac ſuperiori Savo adjacentes, hodiernam utpote Stiriam, Carinthiam & Carnioliam)* Regno primum occupavit adjectas; ubi & Sedem *(in ipſis Carnioliæ confiniis)* fundavit Epiſcopalem, videlicet Zagrabienſem." Hodiernam enim Sclavoniam Romani olim Pannoniam interamnenſem; Græci Inſulam; Germani die Aue, in der Aue; unde nimirum ſenſim Dravæ nomen *(Cf. N. 64. p.* 152. b.) etiam inferiori Muræ flumini, perperam adhæſit, appellabant. *Utraque Miſia*, & quidem ſuperior hodiernæ Serviæ, inferior Bulgariæ minori *(Cf. VI. p.* 21) reſpondet. *Dacia* terram Nyir(*Cf. N.* 78. *p.* 234), Silvam Ingvány & Ultraſilvaniam; *Jazia* vero, populariter ab *Ij-ázſonibus*, vel *Sagittariis*, hodie perperam dictis Jazygibus (*Cf. Dugon. Etelk. L. I. p.* 21), nuncupata Regio, terras, Danubio, Vago, Carpatis ac Tibiſco incluſas, complectitur. *Moldavia*, eſt autographi, male intellecti, ac pejus deſcripti, error, cui *Mordavia* vel *Mordua*, Conſtantini Porphyrogeniti Mordia (Cf. VI.), ſubſtitui debet; Regio ſcilicet, quam Bela IV. Ruſſiam Hungaricam (Cf. Not. 22. p. 47), Geographi Nigram, nos *Lodomeriam* vocamus. Denique ſub *Partibus Bulgariæ* intelliguntur Provinciæ ad Volgam, ſive in *Magna Bulgaria* ſitæ (*Cf. VI. p.* 25 - *Not.* 43. 55. 63. l.) Ut adeo Titulus iſte, nobis quidem infoleas, primævo tamen Hungarorum *Juri* ac *Poſſeſſorio* Seculi XI, per priora ſufficienter elucubrato, Pannoniorum vel Hungarorum Regibus competens, & proprius, adæquate cohæreat. O QUANTUM DISTAMUS! Quod clauſulam Diplomatis hujus attinet, eadem, in comparatione alterius A. 1091 in Civitate Zabolch, præſidente *(dum contra Ruſſos Lodomerianos* (Cf. g.) *& Polonos in itinere conſtitueretur* Chriſtianiſſimo *Hungarorum Rege* Ladislao, cum univerſis Regni ſui *(atque adeo incluſis Bohemiæ* (cum Sileſia) *Poloniæ* (cum Galicia junctæ), *Dalmatiæ, Croatiæ, Cumaniæ, Sclavoniæ, Boſnæ, Bulgariæ minoris, Daciæ, Jaziæ, Lodomeriæ, Moraviæ, Stiriæ ac Partium Bulgariæ Magnæ*) Pontificibus & Abbatibus *(qui Phociano Schiſmati adhæſerant, hac occaſione unitis*), nec non cunctis Optimatibus, cum teſtimonio totius Cleri & populi (*utriuſque Ritus*) inchoatæ, ac (*ſubrogato ſibi*, *contra Ruſſos atque Polonos proficiſcenti, Optimate Chák, in cujus nempe provincia*

ni noſtri, Illuſtris Regis Hungariæ Ladislai, evidencius declaratur, pro centum & quinquaginta Marcis, puri argenti (*Venditionis hujus iterum vix alia ratio fuerit, quam expeditio Ladislai, pro reducendis Cumanis Tibiſcanis, ad Nogaienſes Tataros* (Cf. LIV. & Not. 13. k. l. m.), *profugis*) plene habitis ac perceptis ab eodem, ſibi ac ſuis heredibus heredumque ſuorum Succeſſoribus jure perpetuo ac irrevocabiliter poſſidendam, ac habendam. Item Privilegium jam dicti Domini noſtri Ladislai Regis Comiti Arnoldo & ſuis heredibus predictis coram Nobis reſignantes. Aſſumpſerunt itaque Coſmas, Nicolaus & Stephanus ſepedicti, quod, ſi quis ex conſanguinitate ipſorum Comitem Arnoldum ſupra ſcriptum ac

---

& *Civitate* (Cf. Not. 1 & 78. *p.* 234) *Comitia hæc celebrabantur*) anno 1092 die 13. Junii terminatæ, liquido probat, Leges in Civitate Zabolchienſi (*cujus veſtigia hodieque trans Tibiſcum in cognomine Comitatu ſuperſunt*), tanquam loco, pro congregandis quoque Partium orientalium Schiſmaticis, longe lateque circumſitis Statibus, opportuniſſimo, ab Optimatibus, Clero & Populo, ſeu Nobilitate, latas, eodem anno die 23. Junii Ladislaea Subſcriptione confirmatas, ac Budæ, velut in Matricis Regni Hungariæ Metropoli & jam tunc deſignata Regum principa Sede, in Conventu ſolemni publicatas fuiſſe.

k) Atque huic vetuſtiſſimo Partium, Hungariæ adnexarum, per Arpadem inſtaurato, per S. Stephanum, & Belam I. Reges retento, per Salomonem & Henricum IV. involuto, per S. Ladislaum autem renovato Juri & Poſſeſſorio, ac deſignatæ Regum in veteri Atilana Hungvarorum Metropoli, Buda Reſidentiæ, innituntur Leges noſtræ, Articulus utpote 22. 1439 & 5. 1492, clade Mochácſiana, quæ Tabularium Regni evertit, priores. Atila quippe cum fratre ſuo Buda, occidentalium Hungvarorum Rege, poſt pacem cum Romanis A. 434 in Mœſia ſuperiore compoſitam, qua montes Hæmi pro limitibus conſtituebantur, inſequentis anni vere tempus opportunum nactus reliquas ad Orientem & Boream diffuſas Regiones hercifcundo regulavit, ac gentes in fidem ſuam recipiens, in hac Hunnorum Avarorum (*Priſco Acatzirorum*) vicinitate conſtitutus, Patruum quoque ſuum OEbarſium (*ex Hungarico* Ó-vár-i *vel* Ó-vár-as-i, *quo veteris Caſtri* (Cf. VI. p. 26), *ſubaudito* Khan, *Dux intelligitur, Græce ita detortum*), in natali ad dextram Volgæ oſtiorum ripam (*Cf. Not.* 43 *p.* 81. c.) ſito Caſtro reſidentem, inviſit, ac fœderibus cum Tavotio, Topaorum Imperatore, contra Sollenum, Sarmatarum, Sinenſibus Geongenorum (*ibid.* a), Chanum initis, eoſdem in Baſchiriam, ſive occiduam Aſiæ Magyariam (*Cf. N.* 13. *p.* 19. a. b. c.) effuſos, ad ulteriores Aſiæ Septemtriones (*Cf. Priſc. Rhet. C. I. ſ.* 2. *C. II. ſ.* 1. 2. *Pray. Diſſ. de Avar. p.* 188) unitim propellebat, in perennem ejectorum Sarmatarum, ac Ditionum ſuarum, hercifcundo peragratarum, memoriam, Regii fratres (mediocri natu Kewe jam defuncto), Atila quidem metropolitano Avarorum ad Volgam Caſtro, Buda vero inſtauratis præſidii Sicambrorum ad Danubium ruderibus, homonymas a nomine ſuo urbes adjiciendas decreverunt. Domeſtici quidem Annales tradunt, Atilam a ſuo nomine urbem Atila eo loco fundari juſſiſſe, ubi hodie urbs & Caſtrum Buda eminet, Budamque, juniorem natu ejus fratrem, non modo de tyrannide arripienda cogitaſſe, verum etiam fratris, Gallico bello diſtracti, conſilia prævenifſe, ac urbem (*Turótz. C.* 16. *Olah. in Atila C.* 13) a ſuo nomine Budam dixiſſe, ut adeo propterea ex Atilæ inſidiis, de quibus tamen Anonymus, Belæ I. Notarius, altiſſimum tacet, cæſus fuerit. Ac ſententiam hanc ſuſtineri nequire, ſequentia evincunt. Ati. enim in prio-

re

ſuos heredes ſuper empcione predicta aut vendicione impediret, vel eciam prefatam terram Ztragar, & ſylvam Feketev erdeu nuncupatam, auſu temerario (occupare) attemptaret, ex tunc ipſi Coſmas, Nicolaus & Stephanus, aut ipſorum heredes, Comitem Arnoldum propriis laboribus ac ſumptibus expedirent. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam preſentes Literas Sigilli noſtri munimine ad inſtanciam Parcium fecimus conſignari. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto.

LVI.

---

re, Gallicana expeditione, quam A. 438. (*Proſper Aquitan. in Chron.*) idem Ætio, iſte autem Litterio concredidit, non erat præſens, poſterior vero, Atila Duce A. 451 ſuſcepta, a Catalaunicis campis famoſa, expeditio, Budæ mortem, A. 445 (quo Atilam Acatiris & Sarmatis Aſiaticis infeſtum excurriſſe probatur) enatam, ſubſecuta eſt. Crediderim, patriis annalium Scriptoribus his, alioquin longe poſterioribus, narratione illa, quam de patrato Atilæ in Budæ parricidio Graeci artifices vulgaverant, confuſis, occaſionem præbuiſſe, ut ipſas quoque homonymarum Atilæ, Kewæ, ac Budæ Urbium fundationis origines & loca perturbarent.

1) Ita Turótzyanus Anonymus (*P. I. C.* 11 & 12), ubi Detrici de Verona & Martini (*rectius Marciani Cf. Not. 55 p.* 111. d.) bellum ad Potentianam in Pannonia cum Bela, Keme & Kadicha, Chelæ filiis, nec non Atila, Kewe ac Buda fratribus, filiis Bendegws, Hunnorum Capitaneis, geſtum fuiſſe prætendit, una Kewem cæſum in Keweoza (*vel Kewebáza, ſeu Kewæ domicilio, hoc eſt: Kioviæ*) ſepultum eſſe memorat. Alibi autem (C. 23) Detricum de Verona belli, poſt Atilæ mortem inter filios Csábam & Aladarium de imperio exorti, concitatorem fuiſſe; Csábæ vero Avum Bendegws in Scythia, Coroſmanorum ſive Perſarum, quos (C. 22) etiam Baſtrenos vocat, adhuc vixiſſe perhibet. Quemadmodum autem Veronam (Bern *Cluver. p.* 289. 231) Italiæ, cum Verona (Bern, *ferius Donnerda*) Sveviæ confundit: prorſus ita Detricum, ſive Theodoricum, poſt plures ab Atilæ obitu annos Italiæ Regem, cum Theodorico Sveviæ Dynaſta, Atilæ affine, adeoque Alarici, Gepidarum in Dacia Regis, Avunculo, bellum inter Theodoricum Veſegothorum, futurum ſcilicet Italiæ Regem, & Theudemichum, Atilæ nepotem, ac Oſtrogothorum Regem, ad Potentianam A. 474 geſtum, cum bello in er Atilæ filios, concitatore Theodorico, Sveviæ Dynaſta, exorto; Atilam cum Csába, Csábam cum Elacho; Bendegwſum, Csábæ I, ſeu Ernachi propatruum (Priſci Of Ebraſium), cum Mundincho, ejuſdem Avo; Kewem, Mundiuchi filium, cum Keme, filio Chelæ; denique Keveazo ad Boryſthenem, ubi Kewe, ejuſdem fundator, Atilæ frater natu mediocris, cum Keazo ſeu Kemeazo ad Danubium, ubi Keme, frater Belæ, anno adhuc 379 cæſus, ſepulti erant, perturbavit. Omnis tamen hæc relatio, e genuinis quidem fontibus hauſta, male tamen in Latinum traducta & diſpoſita, ſi rebus, tempori, ac perſonis applicentur, veritati pleniſſime cohæret. Atque ut ad rem propius accedamus: Juſtianus Imperator, teſtante Menandro (*in Excerpt. Legatt. p.* 108), Zemarchum Cilicem, induciis A. 569 exeuntibus, Legatum ad Csábam IV, ſive Dizabulum, Atilæ abnepotem, in Aſiaticum occidentale Magyarorum Imperium expedivit. Is, legatione abſoluta, redux, per areaoſas Caſpiæ paludis oras eques iter faciens, duodecim diebus præruptа (montium, paludi ab ortu incumbentium) prætergreſſus, pervenit non modo ad Hich (*Hiaſti, hodie Yembæ*), ſed etiam Daich (*Jaichi*) fluviorum alveos, & rurſus per alias paludes in Attilam urbem (ΕΙΣ ΤΟΝ (*lege THN*)

LVI.

Petrus & Miſun, fratres ac Milites, filii Merozlai, ſuum dominalem conſenſum Johanni, filio Roxeri de Kéſmárk, Scultetiam Gnezdenſem a Nicolao ejuſdem loci Sculteto ementi, præbent, una facultatem attribuunt, ut in ſilvis, extra deſignatas Gnezdenſes metas exſtirpandis, homines collocare poſſit. A. D. 1286.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario Gnezdenſi exiſtente, deſumtum.

QUONIAM humana facta tranſeunt, & factores intereunt, in rebuſque humanis nihil eſt perfectum, quod perpetuo ſtare poſſit. Ne igitur ordinata in tempore, labantur ſimul cum lapſu temporis, ſive oblivione tollantur, predeceſſorum prudencia ſua facta, Succeſſorum memorie commendanda, Literarum ſerie & teſtibus perpetuare curavit. Hinc eſt, quod nos Petrus & Myſun frater noſter, milites, filii Domini Merozlai ad

THN) ΑΤΤΙΑΑΝ ΠΑΛΙΝ (*lego ΠΟΛ IN; ſecus enim illud* ΠΑΛΙΝ (i. e. rurſus) *aperte redundaret*) ad Huguros. " Cantoclarus hunc locum (*ap. Stritt. T. III. p.* 54) „ ita reddidit: Attigit ripas non ſolum fluminis Hich, ſed etiam Daich, & rurſus per alias „ paludes Attilam, inde ad Huguros. " Verum præter id, quod interpres Græcam præpoſitionem ΕΙΣ vel IN, ſalva ſermonis integritate, exmittere non potuerit, eadem præpoſitio iſthic motui in Locum, non vero motui in Flumen congruit. Græci porro Scriptores Volgam fluvium nullibi Attilam, ſed Atalim vocarunt. Ut adeo Caſtrum & urbs Atila olim hoc loco ſubſtiterit. Cf. Not. 48. p. 81. e.)

m) Buda interim, occidentalis Hungvariæ Rege, A. 445 prius, ac homonymam urbem Budam perficere potuiſſet, fraude Romanorum exſtincto, ac proinde nihil minus, quam per fraterum parricidium cæſo, Atila Imperii, a Majoribus ſuis in Aſia & Europa Jure Succeſſionis accepti, cujus occiduos finites neque Hungari, poſtliminio reduces, transgredi (*Cf. N.* 53. *p.* 101. b. c. d. & 61. *p.* 128. b.) volnerunt, amplitudine parem ſibi ævo illo Principem habuit neminem, verum numero populorum nuſquam reſpondente, idem de imperii ſui ſtabilitate ſollicitus, extrema quæque in Veſegothorum e Meſiis, Vandalorum & Alanorum e Sarmatia, Burgundionum, ex orientali ad Viſtulam Germania in Gallias profugorum, reductionem tentare conſtituit. Excitis itaque Gentium ſibi ſubditarum Regibus, & exercitu quingentorum millium conflato, non Europam ut aliqui fabulantur (cujus nempe Imperatores utroſque alioquin tributarios habuit) ſib ſubjecturus, verum profugas gentes reducturus, per utramque Danubii ripam, nullo Norici Rhetiæque oppidis, non ſuis, illato maleficio, accedentibus inter voluntarios Thuringis, Svevis & Bructeris, primum in Belgicam Burgundionibus, dein Aurelianenſem Alani, porro Narbonenſem Vandalis, denique Lugdunenſem Gallias Veſegothis, ad Ætium, Galliarum Præfectum, Atilæ obſtiturum, concurrentibus fere vacuas effunditur, ac demum intra Catalaunum ad Arárem fluvium & Aurelianam Allobrogum,

(*Ge-*

[illegible]orum noticiam pervenire volumus presencium per tenorem: Quod Johannes, filius Roxeri de Kesemarkth Scultetiam emit in hereditate nostra in Knysen a Nicolao, Sculteto dicte ville, sibi & suis heredibus jure perpetuo libere possidendam. Emit itaque duos Mansos liberos, & unum Molendinum liberum, & unum Braxiatorium liberum. Item sextum denarium census; homines namque sepedicte ville, quorum libertas exspiravit, videlicet quindecim annorum, nobis de quolibet Manso unum fertonem communis argenti, & unum fertonem pro Decimis, in festo S. Martini Episcopi solvere tenebuntur. Item de majoribus causis, que ad nostrum pertinent Judicium, ut est effusio sanguinis, homicidia, furta, & his similia, tercium tollet denarium. Minora vero Judicia omnia prefatus Johannes Scultetus personaliter judicabit, & omnes utilitates, inde derivantes, recipiet pleno Jure. Item si sepedictus Johannes plures homines infra metas

---

(*Genevam*) urbes consistens " aciemque in conspectu hostium instruens, cornua subjectis Valemiro (*Pannoniæ*) & Ardarico (*seu Alarico Daciæ*) Regibus, quorum priorem præ „ ceteris æstimabat, posterioris autem fidei plurimum tribuebat, cum Hunnis, exercitus quippe „ sui robore, mediam aciem, ut, *qui Rex esset omnium Regum*, super omnes & pro omnibus sollicitus esset, occupando (*Jornand. C.* 38)" accerrime cum Ætio, Hungvaricis ut plurimum emigrantibus stipato (*Sidon. Apollin. in Paneg. Carm. VII. Vales. Rer. Franc. L. IV. Pompon. in Valentiniano III. Pray. l. c. p.* 152) conflixit, eo eventu, ut cæso in pugna Theodorico, Vesegothorum Duce, Ætius Imperio Romano plus periculi ab Hungvarorum desertoribus, Gallias infidentibus, & obsequium excutere paratis, imminere advertens, bellum non exspectato fine, reliquerit, adeoque residuas a clade Scythicas gentes (*Not. 69. p.* 189. o.) Atilæ arbitrio detulerit. Satis est, Atilam Thorismundo quoque, Theodorici filio, effugiente, Gallis potitum, eadem abductis, qui unicus belli scopus erat, innumeris profugarum Gentium suarum captivis & spoliis contentum, Valentiniano III. jam securius possidendas reliquisse. Inter captivos censebantur complura puellarum, incundis conjugiis aptiorum, millia, Colonjam Ubiorum præmissa, quas, postquam non furor Hunnicus, prout fabula Seculo XII. excocta præfert, verum fanatica Burgundionum, Hunnis perdnellium, religiositas Martyrum collegio associasset, redux ex Gallis Atila exacerbatus, urbem solo æquavit. Ifenaci dein, Thuringiæ oppido, subsistens, omni multitudine sua, bifariam divisa, ipse quidem Atila Burgundicos, Vandalicos, Alanicos (*Cf. Math. Michow. in Sarm. Asiat. L. I. C.* 11) captivos cum Edek-ür-o sive Odoacro (*Cf. N.* 61. *p.* 131. c.) ad loca originum suarum deduxit, Valamero autem & Aladario Regibus, Gothicos aliosque meridionalium Regionum suarum desertores, ad priora reducendos, commisit, atque ita, rebus Imperii sui denno coordinatis, ovans & gloriosus Budam, velut Hungvaricæ Monarchiæ Metropolim ingressus, quatuor præcipuos in Europæo suo Imperio (Asiaticum enim OEtarsius, Atilæ Patruus, gubernabat) Speculatores vel Reges, & quidem Coloniæ Viniorum ad Spream in Germania orientali *Edekurum*, Turcilingorum & Burgundionum, Gericis nationibus (*Cf. N.* 60. *p.* 122) ad Viftulam contignorum; alterum in Lithvania (*Turótz. P. I. C.* 27 *Cf. N.* 55. *p.* 109. b) seu Alania, vel Alba Russia, *Onogurum*, apud cujus nempe filium, Candaccm dictum, velut Alanorum *Vün-ür-um*, Jornandes Avum suum Peria (Cap. 50) Notarium egisse scri-

tas hereditatis noſtre Knyſen ad exſtirpandam ſylvam locaverit, ipſis concedimus quindecim annorum libertatem, ſimita vero libertate, ſolvent cum aliis plenum cenſum. Item in venacionibus & in piſcariis habebunt liberam facultatem. Item contulimus ſepedicto Johanni Sculteto & ſuis heredibus, de bona noſtra voluntate & dilecccionis cauſa, ut eo libencius ſe ad noſtram transferret hereditatem, ſylvam noſtram, que eſt extra metas & terminos hominum de Knyſen, ut, ſi quos illic homines ad exſtirpandas arbores potuerit convocare, exſpirata eorum libertate, dimidietatem cenſus & omnium utilitatum inde derivancium, ſibi aſſignamus, poſſidendo jugiter, libere & ſecure. Mete autem prenotate ville noſtre Knyſen taliter diſtingvuntur: Prima incipit a Platano directe uſque ad aquam, que vocatur Lupeniez, & ab eadem deſcendendo uſque ad aquam, que Popra nominatur, & ſic directe per Popram tendens, uſque ad montem, qui vocatur Thymniez. Secunda meta eſt a predicto Platano uſque ad aquam, que nominatur nigra ripa, & in eadem deſcendendo uſque in Popram, & Popram aſcendendo uſque ad aquam

---

ſcribit, Roxolanorum; tertium juxta Tanaim in Azow Blachum, filium ſuum, Acatzirorum & Oſtrogothorum; quartum Jaderæ ſeu Zaræ in Liburnia *Oreſtem*, Cancellarium ſuum, Illyrie Reges, vicaria poteſtate populum recturos, partim ſtabilivit, partim conſtituit, ipſe autem ab obitu Fratris in meditallio Hungvariæ ut plurimum Budæ, unde nimirum a Germanis etiam Etelburg vocari ceperat, ab Anonymo autem Notario (C. 46) Civitas Atilæ Regis dicitur, ac in hodierno quoque Comitatus Hevesienſis prædio Fegyverneck ad Tibiſcum (*Cf. Pyiſc. C. II. ſ. 5*), ubi Legationes excipere ſolebat, inter ſuos fideles Magyaros conſidens (Maſiis Emedzuri & Ultzinuri, Belæ filiorum, adminiſtrationi relictis) Imperium Hungvarorum gubernavit.

n) Ex his utcunque patet, non magnam Regionum, quas Ladislaus inter axiomata ſua recenſet, ſi obſcuras Bulgariæ (Magnæ), in Aſiam diffuſæ, Partes excipias, fuiſſe ab Atilanis differentiam. Ut adeo mirum non ſit, oblatum Occidentis Imperium (*Turócz. P. II. C. 59*) a S. Ladislao acceptatum haud fuiſſe; Hungaris Imperialem Occidentis Dignitatem, Sigiſmundo Regi ſuo adjectam, diſplicuiſſe, atque ideo Hungariæ corona, in Generum ejuſdem Albertum Auſtriacum devoluta, peculiarem inter alios Articulum 22. 1439 condi oportuiſſe: "Quod Rex „ habitationem ſuam HIC in Hungaria, more aliorum Regum, faciet & continuabit." Conſtitutionem hanc etiam Uladislaus II, una Bohemiæ Rex, Articulo 5. 1492 non modo in hæc verba confirmavit: "Majeſtas ſua, pro majori parte, in Hungaria maneat, ut commodius facilinsque Regni neceſſitatibus conſulere, ac providere poſſit" verum etiam Articulo 24. 1498 ſe obligavit "daturum huic Regno literas teſtimoniales, ſuper juramento feudi, nuper Majeſtati „ ſuæ a Moravis & Sileſitis, nec non Luſatia facto: quod hujuſmodi juramentum fideli„ tatis, non acceperit ab eiſdem, tanquam Rex Bohemiæ ſed tanquam Rex Hunga„ riæ: nec tanquam a ſubditis Regni Bohemiæ, ſed tanquam a feudatariis hujus Regni: „ & inſcriptione (*Cf. Not. 1 fin. & 46 p. 90*) huic Regno Hungariæ (*una cum Bohemiæ „ & Polonia, ejuſdem Juris antiquiſſimi Atilano-Arpadani*) legitime obligatis." Ut alias articulares Regum Auſtriacorum, ex Arpadano ſanguine per feminas propagatorum, atque adeo legitimorum (*Cf. Anon. Notar. C. VI*) in avitis Hungariæ Juribus Succeſſorum, de habitatione, in Regno Hungariæ majori parte inſtituenda, ſanctiones ad hæc uſque tempora conſtitutas præter-

ea-

aquam, que vocatur Ruſchenbach, & ſic directe per Popram uſque ad predictum montem Thymnicz, & ſic omnes mete dicte ville finaliter ſunt diſtincte. Hujus autem empcionis & noſtre donacionis teſtes ſunt Dominus Laurencius, Judex illuſtris Duciſſe Cracovie, Domine Kunegundis, Dominus Philippus de Zandechenſi Provincia, Tyrmanus Advocatus de Zandech, & alii quam plures fidedigni. Ut autem hec empcio & noſtra donacio firma & inviolabilis jugiter permaneat, & ne a nobis, vel aliquibus noſtris ſucceſſoribus temporum ſucceſſu valeat revocari, Johanni Sculteto, ſepius memorato & ſuis heredibus, preſentes literas dedimus, noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum in Jaezow villa noſtra, anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto. In Sabbatho quatuor temporum ante Natalem Domini, quando cantatur Veni & oſtende.

LVII.

Ladislaus IV. terras, Weſveres & Várhegy vocatas, in Sároſienſi Comitatu exiſtentes, Magiſtro Thomæ, dicto Tolpos, Kiowiæ in Lodomeria (81) confert. A. D. 1286.

EX AUTOGRAPHO, per RR. D. Katona H. R. H. T. VI. p. 960 Not. a. & p. 929 producto, quod in reliquorum nexu iſthic referri debuit. Cf. Wagn. Diplomatar. Sároſienſe pag. 561.

NOS

---

eamus, notari meretur Articulus 1. 1723, virtute cujus, poſteaquam Regnum Bohemiæ in Auguſtam Domum Auſtriacam devolutum fuiſſet, Succeſſio feminei quoque ſexus in Hungaria Partibuſque adnexis *inſeparabiliter* æque ac *indiviſibiliter* a Regnis & Provinciis hereditariis Auſtriacis (Bohemia utpote, Auſtria, Sileſia, Moravia, Luſatia, Stiria, Carinthia & Carniolia, primævo Jure Hungarico poſſeſſis) conſtabilita fuit. Quemadmodum autem hæc proviſio & cautela in veterum Hungariæ Jurium conſervationem ſalutaris omnino & neceſſaria fuerat, plane ita, repurgatis ex Auſtria (*Cf. 61. p. 128. b. 6.*) Hungaris, etiamſi Reges noſtri ſubinde Budam excurrant, *in Regno manere* dici non poſſunt. *Innues ſunt Leges noſtræ* (inquit Spect. & Clar. Berzevitzy de Commercio & Induſtria Hungariæ p. 64), *ut Rex Hungariæ in Regno reſideat: magnum Urbis Capitalis & Reſidentialis emolumentum, non dimittunt e manibus ſuis Auſtriaci!* Penes omnem igitur, quæ tantum deſiderari a nobis poteſt, commercialis induſtriæ contentionem, parum abeſt, quin occiduarum Hungariæ Partium, Matricis quippe Regni filiarum, ac imprimis Viennenſium Colonia ſimus (*Cf. idem Opuſc. Berzev. de Commer. & Induſtria Hung. & Not. 69. o. p. 190.*).

81) Ladislaus quippe ſemet in Tataris, horumque contribulibus Cumanis Ponticis, qui Hungariam priore anno 1285 uſque ad Danubium longe lateque devaſtaverant, vindicaturus, Tatarorum omnem

NOS Ladislaus; Dei gratia Rex Hungarie, significamus universis, quibus expedit, presencium per tenorem: quod terras, Wesverus & Várhigy vocatas, in Comitatu de Sárus existentes, Magistro Thome, dicto Tolpos, reliquimus & permisimus tenendas & habendas pacifice & quiete, sicut eidem primitus dignoscimur contulisse. Unde volumus, quod quicunque libere condicionis homines (utique Ruthenos, quos Tolpos, in Tatarica expeditione cum Ladislao constitutus, per Lodomeriam redux, conducebat) ad ipsas terras causa commorandi venire voluerint, libere veniant & secure commorentur; & nullus eosdem convenientes audeat molestare: & qvum nobis presentes fuerint reportate, nostrum Privilegium eidem Magistro Thome super collacione dictarum terrarum dari faciemus. Datum in Kewe (Kioviæ Cf. Not 43. p. 80 & 55. p. 109; Kew enim sive Kő Hungaricum, in Diplomatibus occurrere solitum, olim dicebatur *Monasterium de Kew*, quod testante Rogerio *(de Destruct. Hung. C. VIII. p. 296)* circa Ticiam sive Tibiscum erat) feria quarta proxima ante festum Virginis gloriose, Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo sexto.

omnem sive Cumaniam cum Hungarico exercitu suo pervagatus, innumeros Neugarorum, Cumanorum & Schismaticorum captivos collegit, inter quos principum quoque virorum filii filiæque, ac diserte Aydua vel Edua cum fratre suo, in Nicolaum baptizato, & Ladislai cædem, A. 1290 subsecutam, in Cumanis Tibiscanis *(Turótz. l. c. Not. 5.)* ulciscente; porro Kupczek dicta, quæ alterius filia non fuerit, quam illius Kipczak, a quo Kapcsakienses ad Tanaim Tatari *(ap. Engel. l. c. p. 78)* dicebantur; nec non Mandula, pro concubinis Ladislai nequiter habitæ, censeri debent. Captivos hos Rex Ladislaus per Kioviam, Russiæ scilicet Hungaricæ, seu Regni Lodomeriæ, metropolim, ubi non solum Donationem præmissam fecerat, verum etiam notabiles una cum suis primoribus Ruthenorum colonias recipiens, per magnam Galiciæ portam, hodie passum Ökörmezöensem dictam, secum in Hungariam adduxit, quorum pars in Máramarosienfi; pars altera cum Duce suo in Beregbienfi; pars vero residua in Ungvarienfi, Zempliniensi, Abaujvárienfi, Sárosiensi & Scepusiensi provinciis, ad Carpatorum radices, habitatoribus nondum obsitas; Captivi denique Cumani, quos, velut Magyaris aut Hungaris homologos, Germanice NEUGAROS, seu novos Hungaros appellarunt, e Scepusio ad inferiores Regni partes traducti, per diversa Hungariæ loca consederunt.

Atque huc spectat origo Ducatus Munkátsiensis, qui a Duce Ruthenorum, cui Ladislaus arcem suam Regalem Beregszász contulerat, ita, subinde dici cœpit; cujus indicium est sequens *(ap. Kat. T. VI. p. 1200)* Transactio: " Nos Gregorius, Comes de Beregh, Officialis seu „ *(Castellanus Cf. Not. 17. b.)* Ducis Ruthenorum, & quatuor Judices Nobilium de eadem „ *(terra Beregh vel Comitatu)* damus pro memoria: quod in Octavis B. Georgii Marty

„ ris

LVIII.

Marcellius Baliſſei de Pokoy, olim ſerviens Cunegundis, Duciſſæ Cracovienſis, viginti jugera hereditariæ terræ ſuæ cuidam Nobili; de villa Pyuk, Dan vocato, pro ſeptem Marcis (*argenti, 28 florenos aureos facientibus*) vendit. Anno Domini 1286.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario Superioris, Nobilium X. Lanceatorum Sedis, Comitatus Scepuſienſis, reperibili.

CAPITULUM Eccleſie Beati Martini de Scepus, omnibus Chriſti fidelibus, quibus preſentes oſtenduntur, ſalutem in omnium Salvatore: Quoniam memorie novercatur oblivio, dignum eſt, ut acta temporaliter, ſcripturarum patrocinio fulciantur, proinde ad univerſorum noticiam tenore preſencium volumus pervenire: quod accedens ad noſtram preſenciam Dan, Nobilis de villa Pyuk, exhibuit nobis quoddam Privilegium Religioſi viri Johannis, Abbatis Conventus Beate Virginis Ordinis Ciſtercienſium de Scepus, petens nos cum inſtancia, ut idem Privilegium ratum habere, & noſtro Privilegio dignaremur confirmare. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Nos Johannes Abbas & Conventus Beate Virginis, Ordinis Ciſtercienſium de Scepus

„ris Sspranus, Salamon, Stephanus & Zovard, frater ipſorum, ab una parte, coram nobis „perſonaliter conſtituti; Ladislaus & Donch (*Daniel*) filii Thome, ex altera, ſana mente, „ſpontaneaque voluntate, utrarumque parcium compoſicione, omnes cauſas, uſque nunc inter „ipſos ventilatas, ſeu peractas, mediantibus nobis, & aliis probis viris, in pacis unionem ta„liter devenerunt, quod, ſi qui ex ipſis cauſas ſupradictas ſuſcitare niterentur, ſuper quibus in „pacem devenerunt, ſeu Ladislaus & Donch, frater ſuus, ſeu alius ex cognatis ſuis, ac Sa„pranus & fratres ſui, ante litis ingreſſum centum marcas ſolvere teneantur. Datum in Lupret „Nana, in Octavis ſupradictis. A. D. Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono." Nepos Anonymi hujus, Ruthenorum Ducis, Theodorus, *Kyriatovits*, ex Græco *Kyrios* Ruthenis ita dictus, non modo in locum deſolatæ veteris Bereghienſis, aliam in prærupto monte inſignem, patentibus undique campis circumfuſam, arcem conſtruxit, verum etiam A. 1360 Cœnobium (*Cf. Kat. ad* h. a. *p.* 275) Ordini Baſilitarum in proxima trans Latortzam fluvium vicinitate fundavit.

Huc, inquam, ſpectat etiam Eccleſiæ B. Martini de Scepus, per Bulgaros (*Volgæ ſcilicet accolas*) Cumanos, alioſque Schiſmaticos, qui Ladislaum Regem in Scepuſium confectati ſunt, invaſio, cujus memoriam partim Andreæ III. Diploma, ſubiade (A. 1290), occurſurum,

Scepus, ſignificamus univerſis, quibus expedit, preſencium per tenorem: Quod accedens ad noſtram preſenciam Diſcretus Vir Balaſſei, ſerviens quondam Kunge, Duciſſe Cracovienſis, viro Diſcreto Dan, de Villa Pyuk, coram nobis aſtans, particulam terræ hereditatis ſuæ ad quantitatem viginti jugerum pro ſeptem marcis viva voce faſſus eſt vendidiſſe, cum conſenſu & ſpontanea voluntate commetaneorum & ceterorum emtorum terre prenotate. Cujus mete & termini ſunt hi: videlicet una, que tangit metam terream Pocoy, altera, que eſt ſuper metam terream Marcellii, tercia vero tangeret metam terream ville Abraham, & ſic deinceps aſcendit uſque dum conjungitur & adunatur cum terra Dan predicti, & idem ſepedictus predictas ſeptem marcas coram Nobis faſſus eſt recepiſſe. Nos igitur ad inſtanciam precum utriuſque Partis, firmamentum & robur, preſentes literas Sigilli noſtri munimine duximus roborandas. Datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto.

Nos igitur, juſtis peticionibus ipſius Dan favorabiliter inclinati, & predictum Privilegium non abraſum aut cancellatum, nec in aliqua ſui parte viciatum, de verbo ad verbum in noſtrum Privilegium redigi fecimus. Et nihilominus predicti Privilegii confirmacioni Marcellius de Pocoy cum filiis ſuis Ricolpho, Andrea & Ivan Provincialibus, in noſtri preſencia aſtando, conſenſerunt, & hanc fieri permiſerunt, condicione tamen mediante infraſcripta, quod ſepedictus Dan & ſui heredes pretacto Marcellio aut ſuis heredibus octo pondera (levia, ſeu totidem florenos aureos Cf. Tit. 28 & 72. P. II) fini argenti in Feſto Beati Martini Confeſſoris ſingulis annis perſolvere tenebuntur. Aſſumpſit preterea prenotatus Marcellius cum pretactis heredibus, heredumque ſuorum Succeſſoribus ſepedictum Dan ac heredes ſuos a quibuſcunque ſerviciis & exaccionibus, & univerſis impetitoribus expedire propriis laboribus & expenſis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam preſentes conceſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum in vigilia Beati Johannis Baptiſte. Anno Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono.

ſurum, retinuit, partim Inſtrumentum publicum, ea de re a Paulo, Jaſzovienſi Præpoſito (*ap. Wagn. Anal. Scep. P. III. p.* 14), confectum, partim denique Capitularis edicti fragmentum in hæc verba comemineruut: " Cum Rex Ladislaus, piæ recordationis, terram Scepus „ (*ex Lodomeria redux*) intraſſet, & in Suburbio Caſtri de eadem (*Szepes Várallyæ*) „ deſcenſum habuiſſet, timore Dei poſtpoſito, gens Bulgarorum (*Volganorum, Cf. Not.* 80. *p.* „ 240. k. & *VI.*), Cumanorum & aliorum Schiſmaticorum Eccleſiam B. Martini invadentes, & eandem ac Sacriſtiam armatis manibus potentialiter debellantes, multa privilegialia Inſtrumenta ejuſdem Eccleſiæ cancellaſſent, & cum eqvis conculcaſſent, & etiam quam plurimorum Nobilium „ Inſtrumenta literalia ſimili modo condemnata exſtitiſſent, in grande præjudicium ejuſdem Eccleſiæ „ S. Martini, & gravamen. " Capitulum, amiſſo veteri quoque Sigillo, ne fraudi locum faceret, omnes literas, quas hucdum ſignaverat, referendas, novoque ſigillo muniendas edixit. Edictum porro hujus tenoris eſt: " Nos Capitulum Eccleſiæ Sancti Martini de Scypus, ſignificamus univerſis, quibus expedit, præſentium per tenorem: Quod cum Sigillum, noſtrum per Re-

Re-

LIX.

Leſco Niger, Cracoviæ, Sandomiriæ ac Siradiæ Dux, Comiti Georgio (82) Welglovienſe Dominium, in Sandecenſi Diſtrictu ſitum, confert. A. D. 1287.

EX AUTOGRAPHO, quod RR. D. Katona l. c. p. 951. producit.

IN nomine Domini. Amen. Qvum res geſtas aboleat proceſſus temporum; confirmat illas ſolempnis titulus literarum. Proinde noverint univerſi, preſentes & futuri, quod nos Leſteo, Dei gracia Dux Cracovie, Sandomirie & Siradie, volentes cuilibet pro dignis obſequiorum meritis & honore noſtri Principatus, eque retribucionis premia elargiri, ad hoc noſtram inclinavimus benevolentiam, ut, qui ad obſequia nobis placita ſe prebuit utilem, optatam recipiat a noſtre munificencie dextera porcionem. Et quia Vir nobilis Comes Georgius, quem nobis in ſubſidium cum aliis *(Laurentio & Thoma Tolpos Cf. LX)* Rex illuſtris Hungarie, Dominus Ladislaus, amicus noſter miſerat (83), per ſervicia ſue fidelitatis, circa nos laudabilibus geſtis exhibita, nobis gratus exſtitit; nam in defenſione vite & honoris noſtri

„ gem Ladislaum, & ſuos Neugaros *(Cumanos utpote Ponticos, quibus nomen hoc Saxo-*
„ *nes Scepuſienſes, velut novis Hungaris, omnium primi appegerunt)* ſpolio mani-
„ feſto, a nobis afferretur, & abſconditum interea diceretur, & ut tam noſtrum, quam alio-
„ rum hominum honorem, qui ſuper diverſis cauſis apud nos literas recipere conſveverunt, poſ-
„ ſemus obſervare, & ut etiam nomini falſificationem nullam in litteris facere poſſent, decrevi-
„ mus novum fieri Sigillum in publico, & etiam proclamando, ut omnes literae, antiqvo noſtro
„ Sigillo communitae, novo Sigillo noſtro firmarentur. "

82) Inter alios videlicet Georgii fratres, etiam *Boxa* & Thomas erant. Patet hoc ex Diplomate Ladislai Regis de A. 1284, quod a RR. D. Katona ex autographo *(T. VI. p. 901)* productum, inter cetera hoc habet: " Ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire,
„ quod Comites *Boxa* & Thomas, ac Magiſter Georgius & fratres ipſorum, filii Comitis Sy-
„ monis *(filii quippe Detrici* (Cf. X. LIII), *filii Mobol)*, quandam terram ſeu villam,
„ Rath vocatam, exiſtentem in Comitatu de Ung, a nobis ſibi dari poſtularunt. -- " Idem proinde fuerit Comes iſte Boxa cum illo, qui in hocce Leſconis Diplomate ſubſcribitur Palatinus Sandomiriæ.

83) Leſcum ſeu Leſconem, minoris Poloniæ Ducem, Boleslai, qui Cunegundem Belae IV. filiam uxo-

noſtri ſtabili perſeverancia noſtris adverſariis in prelio reluctando, vulnera pertulit, &, Dei aſſiſtente preſidio, eiſdem in fugam converſis, dextera triumphali, victorie nomen obtinuit; pro tam dignis obſequiis, nobis exhibitis & exhibendis, ſibi videlicet Comiti Georgio, ſuiſque poſteris damus Villam in Caſtellatura de Sandech, que Welglova Polonico ſermone dicitur, aliaſque Villas ad eandem pertinentes, jure hereditario pacifice & quiete in perpetuum poſſidendas, abſque omni diminucione, cum omnibus utilitatibus & pertinenciis, & juribus militaribus, prout dictam villam Welglova Comes Otto poſſidebat, quondam Sandomirie Palatinus, qui prenominata villa ſeu hereditate ſua, culpa exigente, ſe deſpoliavit. Nam propter crimen leſe Majeſtatis, quod comittere non eſt veritus, ſub ſpecie pacis conflans nefarie in noſtrum exterminum traditorias facciones, omnibus hereditatibus in noſtro poſſeſſis dominio, juſta dictante ſententia, meruit exheredari. Ut autem ſuperius expreſſa noſtra donacio ſtabilis, perpetua & immutabilis perſeveret, preſentem paginam noſtri appenſione Sigilli fecimus

uxorem habuerat, ex patruele nepotem & ſucceſſorem, a ſuis, majorem & minorem Poloniam unius imperio ſubeſſe cupientibus, demo ejectum, & Hungarorum auxilio reſtitutum eſſe Dlugoſſus ad A. 1285 ita narrat (*Hiſt. Pol. L. VII. ap. Kat. l. c. p. 909*): " Sedata paullulum, „ ſive potius -- dilata -- militaris contra Leſtkonem Nigrum, Cracovienſem & Sandomirienſem „ Ducem, ſeditio atque rebellio -- majori rurſus turbine erupit. -- Conradus præfatus, Maſoviæ & „ Zirnenſis Dux, notabilibus fretus copiis, primum Zawichoſt, deinde Sandomiriam -- advenit, „ Ubi diebus aliquot, magno celebrato Conventu, in verba ſua ab univerſis Cracovienſibus, Sandomirienſibus & Lublinenſibus militibus juratum eſt, & omnium Caſtrorum, Civitatum ac munitionum facta dediti». Una ſola Cracovienſis arx & urbs reſtabat, in qua ſe Leſtko Niger „ Dux cum Griphina conſorte & paucis admodum familiaribus, a ceteris, ne illis perfidiæ eſſet, „ ſi ſecum ſentirent, deſertus, continebat. -- Ipſe cum paucis, arce Civibus Cracovienſibus tradita, ſuæ dejectionis injuriam amplexatus, in Hungariam ad Wladislaum, Hungariæ Regem, „ auxilia quæſiturus, quam celeriori poteſt curſu -- Cracovia egreſſus, contendit. Advenit tandem cum exercitu Conradus, Maſoviæ Dux, & urbem vacuam offendens, in eam ſe recepit. „ Mittit deinde Barones & Cives Cracovienſes Teutonicos, arcem obſervantes, familiares & notos „ illis milites, qui monerent, ut, arce reddita, & ipſi in Conradi ditionem venirent. -- Interim „ dum ea Cracoviæ agebantur, Leſtko Niger Dux, cum Hungarorum & Cumanorum (*inferioris Tibiſci accolarum*) exercitu ex Pannonia redibat. Wladislaus quippe, Hungariæ Rex, „ afflictæ fortunæ ſuæ compaſſus, & præſtantiores ex Curienſibus ſuis, auxilium & reſtitutionem „ Principatus -- præſtituros, ſecum tranſmiſit, & inſuper hortatus eſt, ad bellum capeſſendum „ propere incumbere. Hujus quoque rei gratia Conradus, Maſoviæ Dux, ſibi occurſurus & „ prælium cum eo conſerturus, ex Cracovia movit Caſtra; ratus ſe cum frequentibus ſuis copiis facile Hungarorum & Cumanorum paucitatem oppreſſurum. Spei tamen ſuæ adverſus effectus reſpondit; in campis ſiquidem villæ Bogueziez, haud procul a flumine Raba, cum Leſtkone Nigro Duce & Hungaris Cumaniſque, ſuis adjutoribus, collatis ſignis, ſecunda die „ Auguſti -- pugnans, ſuperatus atque victus eſt. -- Leſtko Niger Dux, Hungaris & Cumanis, „ a quibus uſque Cracoviam deductus, pro opera, quam in prælio navaverant, munifice remuneratis, & in Pannonias remiſſis, victoria modeſtiſſime uſus eſt. " Inter ceteros, quos Leſco

ex

consignari. Actum in Cracovia anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo septimo. Presentibus his, quorum hec sunt nomina: Comes Sulco Castellanus Cracovienſis; C. Boxa, Palatinus Sandomirie; Comes Petrus, Palatinus Cracovie; Dominus Procopius, Cancellarius; Laurentius Judex; Nicolaus Subcamerarius Cracovienſis. Datum in die Cinerum per manus Domini Philippi, Subcancellarii Curie nostre.

LX.

Transactio inter Ecclesiam Montis S. Georgii, velut Matrem, & Capellam Villæ S. Matthæi, velut filialem. A. D. 1287.

EX TRANSUMTO authentico V. Capituli Scepusiensis, penes Matthæi Villensem Parochiam, habito.

NOS Johannes, Plebanus de Bela, Henricus, Plebanus de Lubocza (Leibitz), Henricus, Plebanus de Poprad, Sigfridus, Plebanus de Villa Svevj, (Schvabótz) & nos Laici Cunradus, filius Gisileri, Menardus de Fülca, Ivanus Judex, Gochalcus sapiens: Damus pro memoria, quod cum inter Laurencium, Plebanum de Monte Sancti Georgii, & Gochalcum, Judicem, & populos de Villa Matthei, exorta fuisset materia questionis pro Capella, que est in eadem Villa erecta, idem Plebanus asserebat, jam

ex Hungaris remuneratus est, duos Privilegium hoc exhibet, Boxam quippe, seniorem natu Georgii fratrem, cui Lesco dignitatem Palatini Sandomiriæ, &, quod suapte sequitur, hereditatem Ottonis rebellis, antea Sandomiriæ Palatini, in eodem Palatinatu habitam, contulerat, necnon ipsum Georgium, cui Welglovienſe Ottonis Dominium, ante ipsas Popradi, metales Carpatos perrumpentis, fauces exiſtens, donaverat.

H.

Dominico, & Thomæ fratribus de Scepus, confertur terra duorum aratrorum ea libertate, quam Nobiles & Exercituantes de Scepus habent. A. D. 1274.

EX APOGRAPHO, in Wagn. Anal. P. I. p. 107.

NOS Magister Lorandus (*vel Rolandus, Cf. XXX. & LIII. filius Mark*), Comes de Scepes, universis, quibus expedit, significamus: Quod recepto mandato Regiæ sublimitatis (*Ladislai IV.*), Dominico, & fratri suo Thomæ de Scepus, duobusque filiis

jam dictam Capellam in prejudicium matricis Ecclesie (Montis S. Georgii) esse constructam ; placuit vero utrique Parti (assumere) fidei obligationem , & sub pena viginti marcarum argenti , ut se nostro arbitrio committerent, & secundum quod nos , Deum pre oculis habentes , mediante justicia , ordinaremus , utraque Pars ratum & firmum inviolabiliter observaret. Ne vero Ecclesia Sancti Georgii , qua Mater & Domina suo Jure penitus privaretur , taliter duximus ordinandum , quod jam dicti Populi de villa Mathei debeant dare decem marcas argenti pro structura Ecclesie Sancti Georgii , Laurentio vero Plebano , suisque successoribus successivis temporibus teneantur assignare duodecim jugera terre , que scilicet terra sit vicina , & adjaceat metis de Monte Sancti Georgii , pacifice & quiete sine aliqua solucione perpetuo possidenda. In cujus rei memoriam Literas presentes Sigillis nostris fecimus sigillari. Datum in octava Sancti Martini. Anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo septimo. (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

LXI.

---

liis Dominici , Kazimiro videlicet & Ladislao , terram usui duorum aratrorum sufficientem , quam inter populos Domini Regis antea tenebant & possidebant , ad Libertatem Nobilium & Exercituantium de Scepus reambulari , assignari & statui faceremus. Nos vero tam jussioni Regiæ Serenitatis , ut tenemur , obtemperantes , & consideratis servicijs præfatorum præstitis , & quæ in futurum Domino Regi impendere poterunt, ad reambulationem terre earundem , Nicolaum officialem nostrum de Scepus , cum Harperno Cantore Ecclesiæ S. Martini, ac Johanne Custode Ecclesiæ ejusdem de Scepus transmisimus , qui reambulantes ipsam terram metaverunt ex nostro jussu & præcepto, perpetuo quiete & pacifice possidendam , eximendo & separando eosdem a solutione & libertate populorum Domini Regis , & applicavimus libertati Nobilium sæpe dictorum , ut iidem servitium Domino Regi debeant, quod exercitantes in Scepes existentes, Domino Regi impendere consueverunt , ac eadem libertate gratulentur. -- -- Ut autem factum , ac collatio seu donatio nequeat per quempiam retractari, præsentes contulimus Literas , Sigilli nostri munimine roboratas. Datum Dominico die post Festum SS. Viti & Modesti. A. D. Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

I.

Ladislaus IV. concedit Parochis Scepusiensibus liberam testandi facultatem , eosque a civilibus quibusdam oneribus eximit. A. Domini 1274.

Ex APOGRAPHO , in Wagner. Anal. P. I. p. 262.

LADISLAUS , Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ , Croatiæ , Ramæ , Serviæ , Galiciæ , Lodomeriæ , Comaniæ , Bulgariæque Rex , quibus præsentes ostenduntur , Salutem in Domino sempiternam. Etsi quibuslibet ex officio suscepti Regiminis sumus in sua justitia debitores : propensiori tamen diligentia Ecclesiæ , Matri nostræ , tenemur obnoxii , per quam temporalis vitae bravium obtinemus , & æternæ beatitudinis praemium exspectamus. Ad universorum igitur notitiam tenore præsentium volumus pervenire : Quod accedentes ad nostræ Majestatis praesentiam Heinricus, Plebanus de Leutscha , & Conradus Plebanus de Leybicz , Decanus Plebanorum de Scepus , hu-

LXI.

Ladislaus IV. Magiſtro Thomæ, Tolpos dicto, Donationem terrarum, Veſveres & Várhegy vocatarum, confirmat. A. D. 1288.

EX APOGRAPHO, per RR. D. Katona H. R. H. T. VI. p. 960 producto, quod in reliquorum nexu iſthic perinde referri debuit. Cf. Wagn. Diplomatar. Sárofienſe p. 302.

LADISLAUS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in filio Virginis glorioſæ. Ad univerſorum notitiam, tam præſentium quam futurorum, harum ſerie volumus pervenire: Quod Magiſter Thomas, Tolpos dictus, Serviens Laurentii, fili Laurentii, ad noſtram accedens præſentiam, exhibuit nobis Literas noſtras parentes ſuper collatione quarumdam terrarum, Veſveres & Varhegy vocatarum, confectas, petens a nobis cum inſtantia, ut eaſdem Literas noſtras privilegiales de benignitate Regia dignaremur confirmare; quarum quidem Literarum patentium tenor talis: (Vide LVII)

Nos itaque, conſiderantes multiplices & laudabiles famulatus præfati Magiſtri Thomæ, quos exhibuit nobis in diverſis expeditionibus Regni noſtri, & ſpecialiter tunc,

humiliter ſunt conqueſti; quod Comes de Scepus, pro tempore conſtitutus, in perniciem eccleſiaſticæ Libertatis ipſis Plebanis, volentibus in ultimo ſuæ voluntatis eulogio de propriis bonis, ſuis laboribus & eccleſiaſticis beneficiis acquiſitis condere teſtamentum, vel aliquibus perſonis, ſibi famulantibus, vel propinquis, aut Eccleſiis intuitu pietatis, religionis vel cognationis amore, aliqua relinqvere, vel legare, ſicut juris & moris eſt eccleſiaſticæ libertatis; Comes de Scepus, ſtatutum pietatis & teſtamenti, vel legati ordinem ſine reſpectu juſtitiæ, viſco cupiditatis fatagens violare, hujuſmodi teſtamenta vel legata, poſt teſtantis obitum procedere non permittit, omnia bona decedentis Plebani ſine delectu juſtitiæ auferendo in periculum animarum; ex quo contingit, ut animæ decedentium inſtitutis & optatis ſuffragiis defraudentur, & propinquorum ſeu famulantium perſonæ commoda debita non conſequantur. Cum itaque nihil ſic debeatur hominibus, quam ut ultimæ voluntatis liber ſit ſtylus, & juxta teſtantis voluntatem procedere debeant univerſa, eorundem Plebanorum devotis ſupplicationibus, exigente juſtitia, annuentes concedimus, ut quilibet Plebanorum teſtandi, ſeu legandi liberam habeat facultatem, & hujuſmodi teſtamenta, ſeu legata, ſecundum teſtantis voluntatem & teſtamenti ordinem, finem & effectum debitum ſortiantur; ita, quod Comes de Scepus, vel vices ejus gerens intromittere de hujuſmodi teſtamentis relictis, ſeu legatis, nullam penitus habeant poteſtatem vel facultatem. Volumus etiam, ut hoſpitio recipere

in-

tunc, qvum in Hond perfida gens Comanorum auſu temerario contra nos convenerat; idem Magiſter in area certaminis, nobis cernentibus, ſtrenuos & laudabiles exhibuit famulatus, lethalia vulnera ſupportando. Præterea etiam, qvum pro reducendis Comanis, qui (poſt pugnam, ad lacum Hood (*Turótz. P. II. C. 78*) in Tranſilvania ſitum, A. 1282 conſertam) clandeſtine de Regno noſtro aufugerant, de finibus & terminis Tartarorum, quos nemo prædeceſſorum noſtrorum peragravit (84) ultra alpes, collecta multitudine Baronum & Nobilium Regni noſtri, acceſſiſſemus; dictus Magiſter Thomas nobis fidelia exhibuit ſervitia & accepta. Demum tunc, dum Dux (Maſoviæ) Conraldus (quaſi poſt Boleslai, Cracoviæ ac Sandomiriæ Ducis obitum, A. 1279 (*Dlugos. H. Pol. L. VII. Cf. Kat. T. VI. p. 870*) enatum, tam jure, quam ætate ad ſuccedendum potior eſſet) terras Domini Liſznek (Leſconis Nigri), Ducis Cracoviæ & Sandomiriæ, affinis noſtri

fidem Plebani nullum Comitem de Scepus, vel procurationem, vel exactionem aliquam ſolvere teneantur, ſecundum eccleſiaſticam, quam piis affectibus conſervare cupimus, libertatem. Ut itaque hæc noſtra pragmatica ſanctio robur obtineat perpetuæ firmitatis, in æternam memoriam præſentes Literas noſtras conceſſimus, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Benedicti, Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ electi, Præpoſiti Budenſis, ejuſdem Aulæ Regiæ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini *Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto*, Regni autem noſtri anno II. Venerabilibus Patribus, Stephano Colocenſi & Joanne Spalatenſi Archiepiſcopis, Lamperto Agrienſi, Briſtio Cſanad. Job Quinque Eccleſ. Paulo Veſprimienſi, Aulæ noſtræ Cancellario, Philippo Vacienſi, Aulæ Dominæ Reginæ, Chariſſimæ Conſortis noſtræ, Cancellario, Lodomerio Varadien. Timotheo Zagrab. Dionyſio Jauriu. & Petro Tranſſilvan. Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Dionyſio Palatino, Comite de Oklych, Judice Cumanorum, Henrico Bano totius Sclavoniæ, Nicolao Vajvoda Tranſſilvano, Comite de Zonuk, Joachimo Magiſtro Tavarnicorum, Comite de Pilis, Paulo Bano de Zewrino, Reynaldo Magiſtro Dapiferorum noſtrorum, Comite Zulgagewrieni, Herbordo Magiſtro Agazonum noſtrorum, Comite de Baranya, Laurentio Magiſtro Pincernarum noſtrorum, Comite de Keu & Kraſſou, Joanne Comite Suprun. Gregorio Comite Caſtriferrei, Moys Magiſtro Tavarn. Dominæ Reginæ, Conſortis noſtræ Chariſſimæ, Comite de Simigio, Dedalo Comite Zalad. Jacobo Comite Nitrienſi, & aliis quamplurimis, Comitatus Regni tenentibus & honores.

84) Qvum Bela IV. doceatur circa A. 1247. non modo ad minorem Tanaim (*Cf. Not. 22. p. 47. Not. 44. p. 87. & 63. p. 144. b.*) cum Ruſſis conflixiſſe, verum etiam Caſtrum Iroslé in Partibus Ruſciæ, Suſdalia utpote, conſiſtens, medio Generi ſui Ratislai, Hungaricis copiis contra Danielem totius Ruſſiæ Regem adjuti, oppugnaſſe, iſthic autem Ladislaus IV, nepos ejuſdem Belæ teſtetur, neminem Prædeceſſorum ſuorum Regiones illas penetraſſe, quas ipſe peragraverit, aperte ſequitur, Ladislaum hac occaſione ultra Ruſſiam Hungaricam, ſeu Lodomeriam, in *Magna plane Hungaria* vel *Magna Bulgaria* (*Cf. VI*), hoc eſt: in citeriore veteri, ſive

cariſſimi (erat enim Boleslai, qui Cunegundem, Belæ IV. filiam, uxorem habuerat, ex patruele nepos & ſucceſſor), vaſtitatibus diris & multiplicibus hoſtilitatibus adiiſſet, & idem Dux Liſznek contra eundem Ducem Conraldum propulſandis injuriis Regni ſui exercitum moviſſet; ad quem quidem exercitum præſcriptus M. Thomas cum eodem (Laurentio, cui antea Ladislaus caſtrum Ujvár donaverat) in ſubſidium ejuſdem Domini Liſznek Ducis per nos tranſmiſſi exſtitiſſent; memoratus M. Thomas contra aciem ipſius Conraldi Ducis ſe viriliter expoſuit, ac quemdam militem ſtrenuum, Mikolalis nuncupatum, captivatum in indicium ſuæ fidelitatis nobis præſentavit, qui a præfato M. Laurentio cum duobus millibus ſe redemit. Poſtremum, qvum perfida gens Tartarorum Regnum noſtrum hoſtiliter adiiſſet; idem M. Thomas, qvum in Legationibus noſtris in Viſegrad per nos eſſet deſtinatus, ad nos redeundo, per eoſdem Tartaros exſtitit vulneratus. Prædictas Literas noſtras patentes, non abraſas, non cancellatas, non in aliqua ſui parte vitiatas, de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, auctoritate præſentium duximus confirmandas. Imo ob recompen-

---

ſive occiduo-Aſiatica Magyaria (*Cf. Not. 1. med.*) cum exercitu ſuo fuiſſe. Atque ut hanc Magyariam, in ipſis Europæ Aſiæque limitibus diffuſam, deſcribamus:

a) Turótzyani & Belæ I. Regis Anonymorum, Græcam ethnologiam ſecutorum, Scythia eſt illa, quam prior univerſe (*P. I. C. 5. 6.*) in *Baſcardiam* ſive Baſchiriam (*Prav. Diſſ. IV. p. 76*), Jaico ac Toboli fluminibus adjacentem; *Dentiam* item, ſive *occiduam* reſpectu Aſiaticæ prioris Europæam Regionem, nec non *Magariam*, inde ab Obii oſtiis uſque ad Oxum fluvium, quem, velut paluſtrem limitaneum, inter Magyaros & Perſas aggerem, populariter *Tó-gáth* appellat, extenſam dividit: poſterior autem (Cap. I) Atilæ in Gallias expeditionem, A. C. 451 ſuſceptam, attingendo, natales Majorum noſtrorum Sedes, compoſito, *Dentumogoriæ*, ſeu reflexe ad primævam illam, ex qua Magyari ſunt protruſi, Orientalem Magyariam, Sinenſi muro præcluſam, *occiduæ Magyariæ*, populariter *Deni Magyarság* dictæ, vocabulo complectitur; uterque demum non modo Hungarorum ex hac vaſtiſſima Regione in ulteriorem Europam diffuſionem accerſit, verum etiam eoſdem plane huic Scythiæ ſuæ, vel occiduæ Magyariæ, limites attribuit; dum alter *Occiduos* in ſpecie terminos aquilonari Ponto & fluminis *Etel* ſeu Volgæ, cum altero *Don* ſive Tanai fluvio, per Cophinem commixti, ſub hyperboreo Mundi cardine, ut veteres putabant, orti, fontibus; *Orientales* Mongaliæ (*Cf. Not. 13 p. 21. b.*) vel orientalis Magyariæ; *Meridionales* Coraſminæ vel Coraſanæ aut Perſiæ, ac Æthiopiæ, quæ minor India (*hodie Mogolum, rectius Mogorum, æque Magyarorum, Imperii pars borealiſ*) vocatur, Regionibus: Iſte vero itidem *Occiduos* Nigro Ponto, Tanais fontibus & magnis paludibus (quarum ad Mare Album præcipua eſt Oaega) ubi nempe Zobolorum & aliarum ferarum pellibus (*Hübn. Georg. T. II. p. 339. 359 -*) abundant; *Orientales* gentibus Gog & Magog, orientalibus utpote Magyaris (*Cf. N. 69. p. 171. g.*), a primo Hunnorum Imperatore Goego ita compellari cœptis; *Auſtrales* di-

penſationem tot & tantorum fidelium ſervitiorum dicti M. Thomæ, prædictas terras, Vezveres & Várhigy vocatas, cum omnibus utilitatibus & pertinentiis earundem univerſis, de novo eidem & per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus dedimus, donavimus & contulimus jure perpetuo poſſidendas. Ut igitur hujus noſtræ Donationis ſeu confirmationis ſeries robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec ullo unquam tempore poſſit vel debeat per quemquam retractari, præſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri novi, quod propter bonum pacificum & perpetuum ſtatum Regni noſtri, de Prælatorum & Baronum noſtrorum conſilio, fecimus innovari, priora & authentica Sigilla noſtra, propter diſſenſiones & turbationes (inter Latinum & Græcum Ritum vigentes) Regni noſtri, quas ipſum Regnum & nos (*Cf. Not.* 73 *p.* 211 --) perpeſſi ſumus, propria in perſona confringendo, munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thomæ, Epiſcopi Vacienſis, Aulæ noſtræ Cancellarii, Dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, Regni autem noſtri anno decimo ſexto.

---

denique Alexandri clauſtris, jam longe antea (*Cluver. Geogr. p.* 513 -) contra occidentalis hujus Aſiæ Magyaros ad Caucaſum Ponticum & Indi fontes poſitis, definiri docet.

b) Magyariæ hujus Aſiatico-Europææ pars occidentalis, etiam *Bulgaria* & *Vulgaria* Græcis Latiniſque Scriptoribus, a *Bulga*, ſeu *Vulga* & *Volga*, Etele ſcilicet vel Atali (*Cf. Not.* 80. *p.* 252. l.), immani fluvio, eam interluente (*Niceph. Patr. T. I. p.* 14), ipſique adeo Hunni ſive Hungari (quorum adeo vel nomini poſt Atilæ mortem aliæ Gentes infeſtæ fuerant), tardius vero etiam Aſiatici Sarmatæ, illius accolæ, *Bulgari* & *Vulgari* appellabantur. Poſtquam enim inde ab A. C. 487 complures Bulgarorum in Maeſiam, Sirmium, Thraciam & Illyricum irruptiones retuliſſent, Theophanes ad annum Juſtiniani XIII (*Chriſti* 539) ſequentia refert: " Illyricum verſus agenti (Mundo, Gieſini filio), *Bulgarorum* manus innu„ mera præcluſit iter, ipſe nihilominus ferro viam aperuit, & irruens in adverſos, delevit o„ mnes. -- Exinde profunda pax per Thraciam (*Cf. Not.* 80. *p.* 248. l.) acta, *Hunnis* „ Danubium trajicere nuſquam amplius auſis. " Ex hoc patet, Hunnos vel Hungvaros, quod Volgam accoluerint, etiam Bulgaros fuiſſe vocatos (VI). Unde Cl. Strittерus queritur (*in Memoriis populor. T. II. p.* 441): a Græcis (*imo Latinis quoque Scriptoribus*) Bulgaros pro Hunnis non uno loco venditari. " De his itaque Hunnis, vel Hungvaro-Bulgaris loquitur Jornandes, qvum Scythiæ ſitum (Cap. 5), inclusis Gepædibus & Sclavis, ceteroquin cohærenter ad utroſque Anonymos noſtros ita deſcribit: " Scythia (*inquit*), longe ſe tendens, „ lateque aperiens, habet ab *Oriente* Seres; -- ab Occidente Germanos (*quos paulo infra* „ *etiam Gepidas vocat*) & flumen Viſtulæ; a *Septemtrione* circumdatur Oceano; a *Meridie* „ Perſide, Albania, Iberia, Ponto, atque extremo (*Danubium excipiente*) alveo iſtri, „ qui dicitur Danubius ab oſtio ſuo (*circa Belgradum, ubi nempe idem Danubius magnis tribus fluviis augetur, adeoque* Is-ter *auctus, mutato nomine* (Cf. Not. 64. „ *p.*

LXII.

Amica compoſitio differentiæ, inter Paulum, Epiſcopum Cracovienſem, & Comitem Myronegum, reſpectu villarum Swiniarsko in Sandecenſi Diſtrictu, ac Muſſina in Hungaria ſitarum, vigentis, per honorabilem Albertum, pro mediatore electum, confecta. A. D. 1288.

EX TRANSUMTO authentico Reverendiſſimi Capituli Cathedralis Eccleſiæ Cracovienſis, coram limitanea Hungarico - Galiciana Commiſſione producto.

IN nomine Domini Amen. Humanis ordinacionibus tum oblivionis, tum calumnie ſcrupulus, ſepe prolixi tractu temporis nocuerat, niſi ordinaciones ipſe a ſcripto teſtium & a ſcripti teſtimonio perenne habeant munimentum. Proinde tam preſens etas noverit, quam futura: Quia cum inter nos, Paulum, Dei gracia Epiſcopum Cracovienſem, ex

„ *p.* 152. b.), *Iſtro miſcetur*) uſque ad fontem (*Herciniæ ſilvæ*). Et mox: " In qua „ Scythia, prima ab Occidente ſedet gens Gepidarum, quæ (*antea Daciam*) (Cf. Not. 80. „ *p.* 248. i. k. l.) *incolebat*, *jam vero*) magnis ambitur fluminibus (*Danubio nimirum* „ *& Savo*). -- Introrſus illi (*Gepidarum genti*) Dacia eſt, ad coronæ ſpeciem magnis „ alpibus emunita, juxta quarum ſiniſtrum latus, quod in Aquilonem vergit, & ab Ortu Viſtulæ „ fluminis (*in Regione*, *quam ſerius Galiciam Lithvaniam & Poloniam dixerunt*) „ per immenſa ſpatia venit Vinidarum (*Slavorum quippe*, *quibus nomen hoc* (Cf. Not. „ 60. *p.* 122. a. b.), *excedentibus Vinidis*, *Germanicæ originis populis adhæſerat*) „ natio populoſa conſedit. -- Ad litus autem Oceani & Viſtulæ oſtia Vidioarii reſident, -- poſt „ quos ripam Oceani item Æſtii (*Idem. C.* 23) tenent. -- Quibus in Auſtro ſedet Gens „ Acazzirrorum (*teſtante Priſco Rhetore*, *Hunnorum*) fortiſſima. -- Ultra hos diſtendantur „ ſupra mare Ponticum *Bulgarorum* ſedes, quos notiſſimos (*Atila vivente*) peccatorum noſtro- „ rum maia fecere. Hinc jam Hunni (*Aſiaticæ ulterioris Magyariæ*), quaſi fortiſſimarum Gen- „ tium fœcundiſſimus ceſpes in bifariam populorum (*Europæorum*, *occidentalis quippe ac o-* „ *rientalis Imperiorum*) rabiem pullularunt. " Ita, licet Gögenyi in Bulgaros, hi autem in Ruthenos tranſiverint (*Cf. N.* 43. *p.* 80. *& N.* 81. *p.* 256.), a nonnullis tamen poſterioris ævi Scriptoribus exteris Rutheni, etiam Bulgarorum, a fluvio, quem olim accoluiſſe ferebantur, nomine venerunt. Lambertus equidem Schaffnab. & Annaliſta Saxo (*ad A.* 1059. *ap. Kat. T. II. p.* 136) " Henricum IV, natalem Domini in Civitate Marawa (Marſch-Eck), quæ in confi-

„ nio

ex una, & Comitem Myronegum, filium Comitis Derſytragy, bone memorie, quondam Caſtellani de Palouch (Palocſa) ac Dominam Boguzlavam, uxorem ejuſdem Myronegi, Neptem Domini Viſzonis, felicis recordacionis, quondam Scholaſtici Cracovienſis, & Heredis de Negovecz, controverſia eſſet orta, ex altera; ſuper Villis duabus, videlicet Swiniarsko, quod in Sandecz ſitum eſt, & Muſzina, quod jacet ſub Hungaria; quas villas nos prefatus Epiſcopus tenuimus, & tenemus poſt deceſſum ejuſdem Domini Viſzonis, nobis & menſe Cracovienſis Epiſcopatus per ipſum adhuc Dominum Viſzon, dum viveret, & eſſet mente ſanus, villarum heres & Dominus earundem, pro ſua & ſuorum animabus legatas, & donatas Jure Teſtamenti, & ultime voluntatis, Nobis & Noſtris Succeſſoribus, Jure hereditario & perpetuo poſſidendas. Prefatus enim Comes Myronegus eaſdem villas nomine prefate uxoris ſue a nobis inſtantiſſime repetebat, aſſerens, eas eidem Domine, Jure ſucceſſivo pertinere, utpote ei, quod ſola ſuperſtes, de genere ipſius Domini Viſzonis remanens, eſſet Heres legitima, Dominaque omnium Bonorum mobilium & immobilium, que ex ejuſdem Domini Viſzonis, ejus Patrui obitu remanſerunt; Cumque ad preſenciam Illuſtris Principis Leſz-

„ nio Ungarorum & Bulgarorum ſita eſt, celebraſſe teſtantur. " Sub quorum poſterioribus alii, quam Rutheni accolæ, hodiernorum quippe Trentſiuienſium Slavorum Majores, intelligi nequeunt. Sic Pulkava & Marignollius (*Ibid. T. VI. p.* 328) Ratislaum, Regem Ruthenorum, Belæ IV. Generum, Ducem Bulgarorum vocant.

e) Ut porro limites Europæ noſcamus: quemadmodum veteres Geographi Africam ab Aſia iſthmo inter Ægyptum & Arabiam, quem Seſoſtris Ægypti (ab A. a N. C. 1032 uſque 1012) Rex, alveo, ex Mari rubro ad Nilum fluvien perrupto, navigabilem reddere inſtituit, diremerunt; prorſus ita Europam ab Aſia dirimere voluiſſe cenſendi ſunt, quando iſthmum, quem inter Ponticum & Caſpium maria Phaſis ac Cyri fluviorum fontes efficiunt, ideo conſtituerunt, quod ſibi perſvaſum habuerint, Caſpium mare Oceani ſeptemtrionalis eſſe ſinum, ea regione, qua Obii fluminis immenſum eſt oſtium, irrumpentem. Veterum igitur Geographorum, qui Partes Mundi aquis dirimebant, ſenſui repugnant novitii omnes, qui Petropolitanum arbitrium ſecuti, Europam arctioribus, & a rerum natura plane alienis, limitibus incluſerunt. Jam Procopius Cæſarienſis, Beliſarium, cui ab Epiſtolis erat, ſub Juſtino & Juſtiniano I. ad bella Perſica, Vandalicum & Gothicum ſecutus (*ap. Stritt. L. IV. p.* 57), meliorem hodierni Tanais notitiam habens, cum aliis *negabat, deſignari poſſe, unde* (idem) *Tanais, utramque* (Aſiæ ac Europæ) *continentem dirimere incipiat?* Tanto minus certe ignobilibus & ignotis duobus *Medveditza* & *Sura* fluviis, quorum prior a Septemtrionibus hodierno Tanai, poſterior a meridie ortus, flumini *Volcko* ſeu Volgæ ſuperiori, ab Occidente ad Ortum tendenti, ſupra Kamæ confluentem miſcetur, juxta *Petropolitanum*, ab Hübnero (*T. I. Geogr. p.* 2) commemoratum *Atlantem*, & Haſianas, aliaſque, in illo fundatas mappas, munus Europam ab Aſia diſcernendi vel ideo convenire poteſt, quod ab adverſo *Suræ* oſtii montes Riphæi, contra omnem venerandæ vetuſtatis, quæ Partes Mundi non montibus, verum aquis definiri volebat, ſenſum, Moſcovitis Weliki Kameni powyaz, id eſt: *Magnus lapideus cingulus* dicti, ad ſinum *Karenſem*, centum & ultra milliarium ſpatio procurrentes, pro limitibus conſtituun-

konis, Dei gracia noſtri Ducis Cracovienſis, Sandomirienſis, & Siradienſis, aliquoties citacione nos vocaſſet, tandem habito conſilio ſaniori conſulens ſuo commodo, parcens laboribus & expenſis, cupienſque, bono pacis & concordie, materiam prefate controverſie ſtirpitus amputare, nobiſcum compoſuit amicabiliter tali forma: Quod ipſe Comes Myronegus, & principaliter predicta Domina Uxor ejus, nomine ſuo & Heredum ſuorum, ſeu quorumlibet Poſterorum, nos, prefatum Epiſcopum, noſtramque Cracovienſem Eccleſiam permiſerunt, & permittunt prefatas Villas libere, & pacifice, jure hereditario & perpetuo poſſidere, ratam habentes, & ratificantes predicti Domini Viſzonis ultimam prehabitam voluntatem, renunciantesque omni Juri ſuo, ſive accioni, que ipſis competebant, vel competere poterant, ſuper eiſdem villis, bona fide nobis ſtipulantibus, promiſerunt, pro ſe & ſuis omnibus Heredibus memoratis; Quod ſuper

---

ſtituantur. Plinius (*L. VI. C. 12*) " Caucaſus montibus (*unde ſcilicet* Phaſis & Cyrus „ *flumina, verſus Occaſum & Ortum digredientia, iſthmum faciunt*) terrarum Or„ bem diſclusum eſſe ſtatuit: " Si quis autem (*inquit Procop. l. c.*) ſit amnis, cui conve„ niat ejuſmodi munus diſcernendi Partes Orbis terrarum, eum certe eſſe *Phaſin*, cum e regio„ ne freti Gaditani labens, Continentes (*Aſiæ ac Europæ*) interfluat. Quippe fretum, quod „ ex Oceano prorumpit, & Mare iſtud (*Nigrum.*) infundit, hinc inde Continentibus his am„ bitur, & *Phaſis*, prono in extremum Pontum Euxinum curſu, exonerat ſe per medium li„ tus, quod in lunæ cornua finuatur, ita, ut mari factam terræ diviſionem manifeſto ille exci„ piat, ac proſequatur. -- Itaque Herodotus Halicarnaſſenſis L. IV. Hiſtoriarum dicit, Aſiam Eu„ ropamque *Phaſi*, amne Colchidis, ſeparari. -- Æſchylus quoque Tragicus in Promethei ſo„ luti ipſo ſtatim exordio fluvium *Phaſin* Aſiæ & Europæ terminum vocat. "

d) Verum ratio illa, ob quam præſtantiſſimi Scriptores hi Phaſin fluvium, in alterius Cyri cum palude Caſpia, quam pro ſinu ſeptentrionalis Oceani habebant, per iſthmum nexu, non ſubſiſtit, ut adeo alter iſthmus ex horum, veterumque aliorum, ipſi rerum naturæ magis conformi ſententia, conſtitui debeat: " Certum quidem eſt (*ita Petavium, Theophanis topogra„ phiam licentius exagitantem, Aſſemanus* (T. IV. *p.* 474) *recenſet*), Atel ſeu Rha „ (*Volgam*) fluvium in Mare Hyrcanum (*ſeu Caſpium*) devolvi; ſed æque certum eſt etiam, partem hujus fluminis cum Tanai hodierno miſceri, ut conſtat ex Charta geographica, „ nuper Turcice impreſſa, Hegiræ A. 1142, Chriſti 1729, quam penes me habeo. Idem con„ firmatur ex Charta Haberſteinii, Rerum Moſcovitic arum Commentario præmiſſa. Quod autem „ ait Theophanes: Tanaim ab Ibericis pylis, ad Caucaſios montes fixis, profluere, condonan„ dum eſt Theophani, qui Caucaſios montes inde a Tauro per Iberiam ſurſum verſus Boream „ (*in loco, ubi Atel, Tanai commixtus* (Cf. Not. 69. p. 169. c.) *divellitur, in„ terruptos, dein autem jugis montium Riphæorum, unde Tanaim ſuum, Ateli æ„ que ſuo innexum, derivavit, conjunctos*) Iberas (*vel potius Hyberboreas*) „ portas appellat. Sed neque monſtri loco habendum eſt, quod idem addit: fluvium Cophinem „ (*aliis in recto Cuphis, & Cophines ex Hunnico* Két-fős, *quod* bicipitem *ſigni„ ficat Græce detortum*), ex divertio (*una & conſortio*) Tanais & Atelis exortum,

„ in

per dictis Villis & hereditatibus non nos, nec noſtros ſuccedaneos, neque noſtram Eccleſiam unquam de cetero infeſtabunt, ſuper eiſdem villis perpetuum ſilentium ſibi a modo imponentes, a nobis ſimiliter hoc petendo, ut non nos, nec Capitulum noſtrum eos, vel Heredes eorum unquam, ſuper dictis reſiduis Bonis ſepehabiti Domini Viſzonis moleſtare debeamus, jure prehabiti Teſtamenti. Nos itaque cum noſtro eodem Capitulo eiſdem promittimus bona fide: Quod ſumus & volumus eſſe contenti de villis duabus ſupradictis, & renunciando cedimus noſtro juri, quod nobis competit, vel poteſt competere, jure & auctoritate prehabiti Teſtamenti, ſuper omnibus prehabitis

---

„ in maris Ponticí finem juxta Necropylas ad promontorium, quod *Krin proſopon* dicitur, „ prorumpere. *Quemadmodum enim Atel ejuſdem, aliorum Tanais, verſus mare* „ *Caſpium, plane ita ejuſdem Tanais, aliorum vero Atel, poſt ſui commiſtionem*, „ verſus Mæotidem procurrens, in eam paludem influit, & ex eadem palude per Cimerium Boſ„ porum exit verſus illud promontorium, ſicut Charta Mæotidis oſtendit ap. Cellar. L. II. c. „ 6. p. 495. " Cum igitur certum jam & exploratum ſit, Tanaim & Volgam flumina, intercedente Cophine, miſeri, adeoque Mæoticam cum Caſpia palude in continuo & naturali aquarum nexu copulari; certum porro exploratumque ſit etiam illud, Caſpiam paludem non eſſe ſinum glacialis Oceani, ea regione, ut veteres (*Cluver Geogr. p.* 60) putabant, qua Obii amnis immenſum eſt oſtium, irrumpentem, nihil aliud ex Veterum, ipſi rerum naturæ, velut attigimus, conformi ſententia, reſtat, quam ut iſthmus, Obii oſtiis Caſpiæque paludi reſpondens, pro limite, Aſiam occiduo-borealem ab orientali Europa ſeparante, conſtituatur: is autem ſolus & unicus eſt, quem Gerri, vel Jaici (*Cf. Not.* 69 *p.* 182. m.) aut Ural, & Tobol fluminum fontes efficiunt. Nec enim amplius ſive Tanais-ſive Volga fluvii, Euxinum & Caſpium maria, Cophinis interventu, copulantes, & ea parte Aſiam Circaſſio-Aſtrachanenſem ab oppoſita Europa jam dirimentes, pro diſcernendis ulterioribus Europæ Aſiæque Partibus idonei eſſe poſſunt. Hanc proinde orientalium Europæ finitum rationem, in ipſa rerum, a ſummo Univerſi Opifice Deo conſtitutarum, natura, & conformi vetuſtiſſima Scriptorum ſententia fundatam, neque aliam poſteriorem, quamcunque arbitrariam, nos profiteri declaramus.

e) Aſiatico-Europæa igitur poſteriores Majorum noſtrorum Sedes Perſis & Indis confines erant. De India Lexicon Caroli Stephani hæc inter alia refert: " Author eſt Strabo (Auguſti „ Cæſaris temporibus vivens, Lib XV.) in India fuiſſe quinque millia Oppidorum. -- Nomen ha„ bet ab Indo flumine, in quem ab occidentali plaga deſinit, qui ſolus præter Nilum crocodylos „ creat. A Septemtrione Tauri (*vel Imai*) jugis, ab Ortu eoo pelago, a meridie ſuo, hoc „ eſt, Indico (*Curtii rubro vel Erythreo*) claudituſ. In duas Regiones, Gange fluvio „ interlabente (*Cf. p.* 170 c. f. g.) dirimitur: quarum altera ad Occidentem intra Gangem „ dicitur, altera ad Orientem extra Gangem cognominatur. In Sacris Literis illam Evilath, hanc „ Sericam legi perhibent. -- Inſulas tanto numero habet India, ut merito orbis inſularum appellari „ queat. -- Gemmis abundat, elephantos procreat, Africanis multo majores. Arbores habet ſem„ per frondentes: tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum (*Zacharum*), „ aromata & cinamomum ad nos (*hodie per Anglos, Oceani Dominos*) mittit. Illic binæ „ æſtates, leves auræ, temperies cœli, ubertas ſoli, aquarum abundantia, quæ omnia faciunt, „ ut majora in India, quam in ceteris Regionibus naſcantur animalia. " Quum ſuperioribus ſeculis

(*inquit*

bitis villis aliis, ſeu hereditatibus Domini Scholaſtici memorati. Hujus autem inter nos amicabilis & perpetuæ compoſitionis Dominus Albertus, Vir Honorabilis & diſcretus, ab utraque parte concorditer electus, & eodem voto acceptatus fuit Mediator ac Deciſor controverſiæ ſupradictæ. In horum itaque omnium evidenciam certiorem, & evidens teſtimonium, hanc paginam predicto Comiti Myronego contulimus, & ſuæ Uxori, prefati munimine Sigillorum tam noſtri, quam dicti Capituli roboratam. Actum publice Cracovie. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo. Indiccione prima, X. Calend. Junii.

LXIII.

Ladislaus IV. Magiſtro Georgio, filio Simonis, propter præclara facinora militaria, diſerte autem in Polonia quoque, quam ſicut Regnum ſuum pro-

„ (*inquit Cluver. in Geogr. p.* 531-) ob feritatem intercedentium populorum (*orientales, Hungariæ adnexas, Partes intelligit*) India itinere terreſtri adiri nequiret, diu Europæis incognita manſit. -- *Gaſco de Gama* auſpiciis Emanuelis, Portugalliæ Regis, A. 1497 „ per mare, ſuperato Bonæ Spei promontorio, atque univerſa Africa circumnavigata, viam primus in Indiam aperuit. Deinde Hiſpani, Veneti, Batavi, Angli & Belgæ, lucri ſpe allecti, -- „ conſtitutis, quæ barbaros terrerent, arcibus, eo naves ſuas miſerunt. *Impiger extremos* „ *currit Mercator ad Indos.* Quippe Regio auri & argenti, tum gemmarum, ſerici & „ aromatum feraciſſima, immane quantum inhiantes Mortales, nulla longi & difficilis itineris ratione habita, ad ſe pellexit." Soli Hungari, cum tamen longe vicinjorem, neque tantis Oceani periculis expoſitam, ad Perſas & Indos viam, ſecundo Iſtro, mari Pontico per Maeticam & Caſpiam, Cophinis interventu, junctas paludes, & adverſo flumine Oxo habituri eſſent, neceſſariis inviſendorum veterum Gentilium & vicinorum ſuorum adminiculis, an ſtimulis, deſtituuntur. Exurge! o exurge tandem, pro Hungaris quoque, multum deſiderate (*Cf. Berzev. de Commerc. & Induſtr. Hung.*) Commercii Phoſphore!

f) Viam hanc ex Hungvaria Medos quoque, Parthos & Perſas adeundi, jam Atilæ cogitatam fuiſſe innuit Priſcus Rhetor, Maximini, ad Atilam A. 449 legati, ſocius, ita (C. II. §. 17) locutus: " Totius Scythiæ (*Cf. Not.* 69. *p.* 189. o.) dominatum ſibi comparavit, & ad Oceani inſulas uſque (*hodiernas utpote Sveciæ ac Norvegiæ Regiones, quas veteres Geographi* (Procop. de B. G. L. II. Cluver. p. 204) *pro inſulis habebant*) Imperium ſuum „ extendit, ut etiam Romanos tributorum præſtatione obnoxios habeat. Nec his contentus ad „ longe majora animum adjecit, & latius Imperii ſui fines protendere, & Perſas bello aggredi „ cogitat. -- Quamobrem ſi Atilam impetus ceperit Mediam invadendi, non multum operæ & laboris in eam invaſionem conſumturum, neque magnis itineribus defatigatum iri, ut Medos „ (*ex Hungvaria ſecundo Iſtro & Ponto Euxino*), Parthos (*ex Roxolania ſecundis Tanai & Volga fluminibus marique Caſpio*) & Perſas (*ex occiduo-Aſiaticæ „ Magyaria* (Cf. Not. 80. p. 251. i. l.) *ſua, trajecto flumine Oxo*) adoriatur, & cogat „ tributi illationi ſe ſubmittere." Ita, Perſis per Sabiros Hunnos (quorum A. 528) *Theophan. p.* 149)

eam-

proprium (85) reputaret, præſtita, villas Regales Sóvár & Sópotok, ſilvam item uſque ad fluvium Topla confert, cum facultate caſtrum in terra Sóvár erigendi, A. D. 1288. EX

centum millia, cum aliqua Zalorum & Onogurorum parte (*Cf. Agath. p. 77. & Turótz. C. 9.*) ad Romanos tranſiverunt, ac in Albania, Iberia & Colchide conſidentes, tam in fabricandis, quam tractandis bellicis machinis (*Procop. de B. G. ad A. 551*), arcubus item & ſagittis, mire pollebant), Tiberii auxiliarios, A. 579 devictis, poſtquam Perſæ omnes ſuas vires ad coercendos illos eo ſucceſſu convertiſſent, ut, Romanis, otioſe inſpectantibus, non modo debellarentur, verum etiam tributis, quæ antea Hunnis his Perſæ pendebant, ſubjicerentur, Bajanus, Hunno-Avarorum Chaganus, opportuna eos a jugo liberandi & in Regionem ſuam traducendi occaſione uſus, occupatis A. 585 Mæſiis, Andragaſti, Sclavinorum Ducis tutelæ relictis, grandi claſſe, quam ſecundo Iſtro ex interceptis Romanorum navibus & claſſariis ad fluminis oſtia propulerat, conſcenſa (*Cf. Evagr. L. V. C. 13. Theophylact. p. 65. Theophan. p. 217. Menandr. p. 158. Kat. H. D. p. 196*), Pontum Euxinum trajiciens, ad Phaſin fluvium exſcendit, ac depraedata, Hunnis inimica Regione univerſa, eos, una cum Courſo Duce ad ſua navigia receptos, intra Danubium, Vagum ac Tibiſcum collocavit, quorum ſcilicet poſteri erant in Scepuſio *Faliſtarii* vel *Baliſtarii*, alibi vero *Filiſtæi*, ex Hungarico *Falas-ok*, quod machinas, diruendis mœnibus aptas, fabricarent, tractarentque; nec non *Jazyges*, itidem ex Hungarico *Ij-ászok*, quod in conficiendis tractandiſque arcubus & ſagittis operam navarent (*Cf. Not. 80. p. 248. i.*), Latine perperam ita dicti. Atque, ut bellici arietes hi, aliæque machinæ, ſub Carpatis fabricatæ contra orientales potiſſimum Romanos tanto celerius aquarum beneficio promoveri poſſint, *Courſi* hujus induſtriæ debetur coeptus ille, non tamen terminatus, inde a Danubio ſupra Peſtinum uſque ad Tibiſcum, ultra 27 milliaria protenſus, canalis, etiamnum *Csürſz-árk* dictus, quo Slavi Jazyges, antiqui Regionis incolæ, ad hodiernum *Árok-ſzállás* convenientes, occupabantur, dum alii advenæ Hunni Bellicis apparatibus diſtraherentur. Ut proinde ſatis jam pateat, tam Atilam, quam Bajanum, Aſiaticis illius ex Ernacho, ſeu Csába I, heredibus (*Cf. Not. 43. p. 80. a. b. c. & 55. p. 108.*) obnoxium, conſtitutis ab Occidente Imperii Hunnici (*Cf. Not. 53. p. 103. d. fin.*) limitibus, attentionem ſuam ad Orientem defixiſſe. Horum exemplo S. Ladislaus, Bela IV, ipſeque adeo Ladislaus IV, experientia edocti, Scythicum Occidentem (*Cf. Not. 69. p. 189. o.*) partim non eſſe amicum Orienti Hunnico, partim vero bene guari, nullam Europæarum, ne dicam, totius Mundi Regionum, opportuniore, qvia Oceanus longe lateque, ad mutua cum Perſis & Indis fovenda rerum commercia fulcari debeat, ſitu collocari, eo adnitebantur, ut orientales Hungariæ Patres in veteri fide ſibi debita, conſervarent. Sed enim, quemadmodum *poſt mortem Atilæ Regis* (Anon. Notar. C. 9) *Hungvariam orientales Romani ſua dicebant eſſe paſcua ideo, quod eorum greges ibi paſcerentur*, ita jam nunc, poſt Hungarorum vota, inde a ſeculis impedita, Regnum Hungariæ occidentalium Romanorum colonia eſſe propterea cœpit, quod monopolio rerum fere omnium, reſpectu Occidentis etiam transmarinarum, ad ſe pertracto (*Cf. Opuſc. Berzev.*), induſtria Hungarorum torpere debeat, tantoque minus efficax aliqua Commercii, cum orientalibus populis, veteribus quippe ſuis gentilibus, promovendi, communio intercedere poſſit.

85) Ladislaus IV, aliique Hungarorum Reges, Poloniam jure merito, ſicut Regnum ſuum proprium conſiderabant. Enimvero

EX AUTOGRAPHO, quod RR. D. Katona Hiſt. R. H. T. VI. p. 953 producit.

LADISLAUS Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex; Omnibus preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Perſonam decet ſublimari, & Majeſtati congruit imperantis, meritis ſubjectorum perſpectis, manus eis porrigere largitatis, ut ſatisfiat & gracie, qvum pro meritis impenditur, & digne reſpondeatur accipientibus, qvum eis gracia non negatur. Proinde ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire, quod qvum M. Georgius, filius Symonis, fidelis noſter, a primevis puericie noſtre temporibus nobis continue inſerviendo fideliter, gratum ſemper & Regno noſtro in diverſis expedicionibus cum effuſione ſanguinis ſui impendit famulatum, quod longum eſſet per ſingula enarrare, quedam tamen de geſtis ejus & ſerviciis ad erudicionem ac memoriam futurorum preſentibus duximus annotanda. Nam, qvum Domino Rege Stephano, clare recordacionis, Patre noſtro cariſſimo, vocacione divina rebus humanis exempto, Othocarus, illuſtris Rex Bohemie, affinis & cognatus noſter, per quem racione affinitatis (ac primævæ ſubjectionis) circa tuicionem Regni noſtri defendi pocius debebamus, quam turbari, Regnum noſtrum (A. 1272 Cf. Kat. T. VI. p. 625) hoſtiliter invaſiſſet, caſtra noſtra finitima occupando; noſque (A. 1278) una cum Baronibus & Regni noſtri Nobilibus contra eundem Regem procedentes juxta fluvium Moroa,

---

a) Præter illa, quæ circa Poloniam perinde ac Bohemiam, inter partes, Hungariæ adnexas, relatam præmiſimus, obſervari adhuc debet, Septemtrionalia matricis Regni cum Patzinacis vel Polonis Confinia, teſtante Conſtantino Porphyrogenito, Carpaticas quatuor dierum ſilvas conſtituiſſe, ut adeo mirum non ſit, omnem terrarum, diffuſis montium Carpaticorum radicibus adſitum auſtralem tractum Anonymi adhuc Notarii noſtri ævo (Cap. 34) ſilvam Zólyom; (Cap. 37) ſilvam Turótz; (Cap. 32) ſilvam Zepus; denique terram, Bodrogi fontibus irriguam, inde ab Ungvarino & Munkatſino ad Carpatos diffuſam (Cap. 15), pariter ſilvam vocari, cujuſmodi ſilvæ alpeſtres illis temporibus, veluti munitiones quædam, contra hoſtiles quaslibet incurſiones ſtabant. Poſteriores proinde ſilvarum exſtirpationes ac villarum locationes illæ, quas Henricus (*Cf. II. Not.* 2. 3. 4.) Andreæ II. affinis, & Boleslaus, Belæ IV. gener, ipſaque Cunegundis, Conſors ejuſdem, connivestia Regum Hungariæ in Terra Scepuſienſi, velut Sileſiæ Poloniæque Duces, inde ab initio (*Cf. Not.* 46 *p.* 89.) Hungaris obnoxii, fecerant, matrici Regno fraudi eſſe nequeunt. Huc accedit: Caſimirum I. Toxi abnepotem, in Privilegio Andreæ I, Hungarorum Regis, quod A. 1055 una cum fratre ſuo, Bela æque I, Tihanyenſi Benedictinorum Cœnobio conceſſerat, inter alios Comites vel Duces, poſt Prælatos in ordine ſecundum, velut Palatii Comitem ſeu Palatinum, ſubſcripſiſſe (*Cf. Not.* 40. *p.* 76. & *p.* 136. k.), cujus quidem Privilegii extractum, iſthuc ſpectantem, exhibere placuit.

b) Andreas, Dei annuente clemencia, *Pannoniorum* invictus Rex: -- -- Unde Chriſtianiſſimus Sceptrifer Andreas -- -- ſub chartali teſtimonio hujus Privilegii exarari edixit, -- -- quidquid ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, Sanctique Aniani Epiſcopi & Confeſſoris, in loco, qui vul-

» go

roa, predictum M. Georgium cum ceteris personis ad speculandum exercitum ipsius Regis Bohemie misissemus; idem Magister Georgius ante Castrum Loa (infra Znoymam in insula fluvii Theyæ situm) cum hominibus Regis prefati viriliter dimicavit, & nobis tres adduxit captivos. Ceterum, qvum exigente mole peccaminum perfida & innumerabilis gens Tartarorum Regnum nostrum (A. 1285. Cf. Kat. l.c. p. 904) adiisset; idem Magister Georgius, coadunatis sibi cognatorum, sociorum & amicorum suorum auxiliis opportunis, non sine gravi & multa lesione ac morte cognatorum suorum & serviencium, pro defensione Patrie, & pro fidelitate nobis impendenda, cum ipsis Tartaris preliatus est laudabiliter, pluribus iteratis vicibus & potenter; & multos ex incolis Regni nostri captivatos de captivitate Tartarorum per suam industriam liberavit, nobis nihilominus multa capita Tartarorum frequencius in signum victorie transmittendo. Preterea, qvum Dux (Masoviæ) Conardus (quasi post Boleslai, Cracoviæ ac Sandomiriæ Ducis, obitum (*Dlugos. Hist. Pol. L. VII. Cf. Kat. l. c. p. 870*) tam jure, quam ætate ad succedendum potior esset) presumpta audacia, & spiritu superbie inflammatus, Magnificum Virum Dominum Leznek (Lesconem Nigrum) Ducem Cracovie & Sandomerie, cognatum nostrum carissimum, de Regno suo potencialiter excluisset, & nos in auxilium ipsius Ducis, ad peticionem ejusdem, memoratum M. Georgium cum aulicis & juvenibus nostris destinasse-

„ go dicitur Tichon, super Balatin (*Cf. N. 60. p. 125 c.*), pro sua & Conjugis -- -- salute tradi-
„ dit in terris cultis & incultis, -- -- Hec omnia libera donacione ad prefatum Cenobium con-
„ tulimus. -- -- Et ut hec descripcio rata atque inconvulsa permaneat, Sigilli nostri impressione
„ signavimus, *fidelibusque nostris* corroborandum tradidimus.

ANDREAS REX.

(L.S.)

† Sign. Benedicti Archiep. (*Strigonienſis*).
† Sign. Lazari (*Archi-*)Abbatis (*Pannoniæ*).
† Sign. Giiconi Comitis (*Cumaniæ*).
† Sign. Zache (*ſeu Caſimiri*) Comitis Palacii (*& Poloniæ*).
† Sign. Ludovici Comitis (*Sirmiæ*).
† Sign. Viti Comitis (*Bachienſis*).
† Sign. Helie Comitis.
† Sign. Faucel Comitis (*Abaujvárienſis*).
† Sign. Cupan Judicis (*Curiæ Regiæ*).
† Sign. Celu Miniſtri (*Dapiferorum Magiſtri*).
† Sign. Mauri Epiſ. (*Quinque eccleſienſis*).
† Sign. Clementis Epiſ. (*Vacienſis*).
† Sign. Nicolai Epiſ. (*Jaurinenſis*).
† Sign. Woiteh Comitis (*de Medilik. Cf. N. 53.*)
† Sign. Irenei Comitis (*de Vinye ſeu Viennenſis. Cf. Not. 61. p. 113. c. f.*)
† Sign. Martini Comitis (*Simigienſis*).
† Sign. Andree Comitis.
† Sign. Nane (*vel Ananiæ*) Comitis.
† Sign. Precu (*Preconis*). inferioris (*aut Vice-Tavernici; Cf. Not. 17. p. 34. b. c.*)

" Anno ſalutifere Incarnacionis -- -- Milleſimo quinquageſimo quinto. Feliciter re-
„ gnante prefato glorioſiſſimo Principe, Anno Regni ſui nono, & cum eo nobiliſſimo Duce

„ B.

mus ; idem M. Georgius inibi primam tenens aciem , aliis ab eo longe adſtantibus & ſequentibus (Polonicis) aciebus , ſolus cum ſibi adherentibus in prelio predictum Conardum Ducem potenter & viriliter debellavit , multis ibidem ex parte adverſa in area certaminis interfectis , & pluribus captivatis , paucis ex eiſdem , ſicut certo certius intelleximus , vix fuge preſidio evadentibus. In quo quidem conflictu ipſe , M. Georgius quinque letalia vulnera in ſuo capite recipiens , unus Cognatus ſuus exſtitit interfectus , & undecim ſervientes ejus exſtiterunt letaliter vulnerati. Et ſic idem M. Georgius ipſum REGNUM POLONIE , quod SICUT REGNUM NOSTRUM PROPRIUM REPUTAMUS, de manu hoſtili ereptum , cum effuſione ſui ſanguinis & ſuorum , poteſtati & dominio Ducis Leznek reſtituit ſupradicti. Inſuper eciam , qvum noviſſime dicta gens Tartarica ipſum Regnum Polonie iniiſſet vaſtatura , idemque Dux Leznek non credens , ſe poſſe reſiſtere potencie ipſorum Tartarorum , ante eos terga vertens, ſe in terram noſtram defenſionis preſidio recepiſſet , ſepedictus M. Georgius , nobis agentibus in remotis (Cf. LX.), motu proprio pro fidelitate nobis & Regno impendenda, eundo , intempeſtive noctis ſilencio , ſicuti vir ſtrenuus , ſeque pro honore noſtro dubiis fortune caſibus exponere non formidans , ultra mille homines de Tartaris circa caſtrum Zandech (Ó-vár , Cf. Not. II. p. 17.) invaſit , cum quibus preliando Ducem & Principem eorum interfecit ; ex eis eciam pluribus interhemptis ; & ſic quaſi innumerabiles perſonas ex ipſius terre incolis de captivitate ipſorum Tartarorum per ſuam

„ B. (*Bela*) conſcriptum eſt hoc Privilegium a beatiſſimo Preſule Nicolao (*Jaurinenſi Epiſcopo* , *Cf. Pray. Hier. Hung. T. I. p.* 314) qui tunc temporis vicem procurabat Notarii (*Anonymi utpote noſtri*) in Curia Regali , conſignatumque manu Regis , jam ipſa „ preſcripti , preſentibus teſtibus. “

c) Fideſſum horum , quibus Andreas Privilegium iſtud corroborandum tradiderat , poſt Preſatos omnium primus eſt *Gilko* ſive Gyula junior (*Turótz. C.* 49) , filius Leventæ ſeu Gyulæ ſenioris , filii quippe Vazulis vel Baſilii , Cumaniæ Ducis , qui ob juvenilem , ducta uxore pagana , de genere Tatun , laſciviam converti noluit , atque ideo (*Ibid. C.* 29. 33. 44. *Cf. Kat. H. R. T. I. p.* 415) per S. Stephanum A. 1001 captus , & ad Nitrienſes carceres (Leventa , majore natu filio , cum Matre ſua ejapſo) deductus erat (*Cf. Not.* 40. *p.* 76.). Gilko , inquam , Cumaniæ Ruſſiæque Hungaricæ Dux , cujus Pater Leventa A. 1046 a Paganis (*Cf. Not.* 60. *p.* 126.) Hungaris ex Cumania , Andreas vero , mediocris natu ejuſdem frater , a Chriſtianis , itidem Hungaris , ex Ruſſia Hungarica , ſive Lodomeria , ad capeſſendum ſupremum Imperii Hungarici Principatum evocabantur , quorumve prior , velut Paganus , neque coronatus , evoluto duorum annorum ac menſium decem Regimine , Coronam Hungariæ fratri Andreæ (*Turótz. C.* 44.) cedens , in Cumaniam ſuam redivit ; poſterior autem annos Regiminis , non a Coronatione ſua , verum a Petri Regis exceſſu , velut Leventæ aut Gyulæ fratris antea Corregens , in Diplomate , A. 1057 (*ap. Kat. l. c. p.* 127) Radoni conceſſo , numerabat : ibidem diminutive ſubſcriptus legitur , cujus nempe Servienſ Oſul , ſive Iſealaus , Jaroslai , priore anno 1054 decedentis , filius , adeoque Andreæ , A. 1061 mortui , affinis , Kioviæ Co-

mes ,

am miliciam liberavit. Ad ultimum tandem, qvum iidem Tartari potenciam ſuam uſque ad finitimas partes Regni noſtri verſus Scepes extendere voluiſſent, ſepedictus M. Georgius, quod bono inchoavit principio, ad optatum finem perducere ſatagens, in eodem confinio & circa indagines terre Scepes manſit pro defenſione Regni noſtri, ibique die noctuque cum ipſis Tartaris pugnando particulariter, plures ex eis interhemit cum effuſione ſui ſanguinis & ſuorum. Et ſic ipſi Tartari terram noſtram, probitate & induſtria ipſius M. Georgii eis attrocius reſiſtente, adire & invadere, Deo propicio nequiverunt, ſed attriti & confuſi de ipſo confinio receſſerunt. Nos igitur, quibus ex officio ſuſcepti Regiminis noſtri incumbit metiri & penſare merita ſingulorum & unicuique juxta ſuorum meritorum exigenciam reſpondere, conſiderando itaque fidelitatem & grata obſequia ejuſdem M. Georgii, que nobis & Regno noſtro tam in generalibus, quam particularibus expedicionibus, ſicut premiſimus, exhibuit fideliter & devote, attendentes volenteſque pro tot & tantis laudabilibus & meritoriis obſequiis eidem M. Georgio, tanquam bene merito, occurrere Regio cum favore, & ſudores illius bellicos linteo remuneracionis abſtergere; in aliqualem recompenſacionem ſuorum premiſſorum, licet majora & pociora mereatur, de plenitudine noſtre gracie, & certa ſciencia & mera liberalitate, de Prelatorum & Baronum noſtrorum conſilio, ipſi M. Georgio, filio Symonis, & per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum in poſterum ſucceſſoribus, dedimus, donavimus, tradidimus & contulimus villas noſtras regales Sovár

mes, pro tempore conſtitutus, Nyiregenſem Ladislai Ducatum A. 1070 (*Turótz C. 49*) cum Chunis, Kiovienſibus utpote Paganis (*Cf. Not. 43. p. 80. & 55. p. 109.*), invadere præſumſit. Atque ut hoc loco uberiora quædam circa Cumaniam & Ruſſiam attingamus, nonnulla rerum adjuncta, quæ poſteriorem Hungarorum, in Europam egredientium, epocham concernunt, altius repetenda ſunt.

d) Hulekus (*Neſtoris Ulegus vel Olegus*) Eunedo, Patri ſuo, in Chazarorum Imperio ſuccedens, Almi quippe (*Anon. Notar. C. 7*) Avunculas, ac Ruricus, frater ejuſdem (*Cf. Not. 43. p. 83 -*) defectione non minus Bulgarorum, quam ad ſacra Chriſtiana converſione irritati, veteres Majorum ſuorum, quos Græci Ruſſos iterum vocant, procurſiones (*Cf. Not. 69. p. 173 -*) inſtaurarunt. „ Anno Imperii IX (*Chriſti 863, ita Leo Gram. ap. Stritt. T. II. p. 957 -*) Imperator Michael, Oorypha in urbe, ut eam cuſtodiret, „ relicto, adverſus Agarenos (*Cretenſes*) expeditionem ſuſcepit. Oorypha Imperatori, non„ dum longe poſito, -- impiorum Rhoſorum (*ton atheon Rhos*) ad Nigrum fluvium (*ſive Bo„ryſthenem, ad cujus fontes* (Conſt. Porph. de adm. Imp. C. 9.) *convenire, ac defluere ſolebant, ideo ſic vocatum, quod Nigram Ruſſiam, vel Nigram Cumaniam* „ (N. 55. p. 108. N. 63. p. 144.) *uſque ad Mare Nigrum, a contigua Regione hac ita „ dictum, diffuſam*) profectorum adventum nunciat. Imperator, arrepto vix præſitens, ex„ peditionem remittit, nihil Regium vel generoſum executus. Anno Imperii X. Ruſſi, Hierum „ uſque (*locum quippe ad os boſphori Thracii boreale ſitum, qui a Templo ibidem*

„ *con-*

& Sópotok vocatas, in Comitatu de Sáros exiſtentes, ſimul cum foſſato ſeu puteo ſalis ibidem exiſtente, quamlibet earum cum ſuis utilitatibus, attinenciis & pertinenciis univerſis, ac ſilva uſque Topl (Tolpa fluvium) protendenti, ſub metis antiquis & prioribus diſtinccionibus terminorum, ſicut tempore Domini Regis Bele, avi noſtri cariſſimi, eedem terre habite ſunt & poſſeſſe, jure perpetuo pacifice & irrevocabiliter poſſidendas. Caſſantes & revocantes auctoritate preſencium omnia Privilegia noſtra & literas, ſuper facto terrarum earundem quibuslibet tradita ſeu conceſſa, ita quod ubicunque fuerint preſentata, viribus careant, & nullius ſint penitus firmitatis. Conceſſimus eciam eidem M. Georgio caſtrum conſtruere in predicta terra Sówár pro defenſione ſua & ſuorum. Ut autem hec noſtra Donacio robur perpetue firmitatis obtineat, preſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri novi, quod pro bono & perpetuo ſtatu Regni noſtri, de Baronum noſtrorum conſilio fecimus innovari, priora & authentica Sigilla noſtra, propter varia Regni noſtri diſcrimina, diſſenſiones & turbaciones, quas ipſum Regnum noſtrum & nos uſque modo perpeſſi ſumus, propria in perſona confringendo, munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Patris Thome, Dei Gracia Epiſcopi Vacienſis, Aule noſtre Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, Regni autem noſtri anno ſexto decimo.

LXIV.

„ *conſtructo nomen accepit*) penetrantes, plurimam Chriſtianorum cædem ediderunt, & innoxium effuderunt ſanguinem. Erant illis navigia ducenta, quibus urbem circumdederunt. -- At-- „ ventorum impetus vehemens excitatus, & in mari, prius pacatiſſimo, fluctuum inſultus ad invi„ cem facti ſunt ingentes, adeo ut impiorum Ruſſorum navigia confringerentur, paucis eorum pe„ riculo ereptis. " Conſtantini Con inuator & Cedrenus addit: " Nec multo poſt Legatis in ur„ bem miſſis, Divinum efflagitantes Baptiſmum etiam impetravere. " Ne porro ignoremus, undenam hi Ruſſi fuerint, Cedrenus (*loc. cit.*) locum Regionis eorum ita deſignat: " Roſſi gens eſt „ Scythica, ſeptemtrionalem incolens Tuarum (*Riphæos intelligit* (Cf. N. 69. p. 174) „ *montes*) fera atque immanis. Hi, cum ipſam CPolim in grave conjeciſſent periculum, paulo „ poſt Dei iram experti, domum reverſi ſunt, Legatiſque in urbem miſſis, divinum baptiſmum „ efflagitarunt, impetraruntque. "

e) Hulekus vero duplici non modo expeditione hac, parum felici, verum etiam ſpe illa, quod, ſacris Chriſtianis in Albam quoque Chazariam ſuam admittendis, Nigræ Chazariæ Sclavini ſeu Ruthenі, iiſdem ſacris jam imbuti (*Cf. Not.* 43. *p.* 80.) ad vetus obſequium redituri ſint, „ permotus, cum gente ſua baptizari voluit. " Magnus itaque Princeps (*inquit Anonym.* „ *Bandurii ap. Stritt. l. c. p.* 962) CPolim ad piiſſimum Imperatorem (*Baſilium A.* 870. „ *Cf. Aſſem. T. IV. p.* 10) mittit, qui Epiſcopum peterent, ut innumeram ibi (*in Alba Chazaria vel Alba Ruſſia ſeu Alba Cumania*) populi multitudinem doctrina imbueret, „ ac baptizaret. " -- Conſtantinus, Scriptor Auguſtus & Sanctus (*Not.* 75. *p.* 226.) atque adeo excellenter fidedignus, in vita Baſilii Macedonis, avi ſui (*ap. Stritt. l. c.*), rem ita exponit: " Baſilius genti Ruſſorum, neſcienti manſvefcere, ullive cedere, atque a Dei ſenſu ac pie-

„ tate

LXIV.

Amica compoſitio *(Cf. LXII.)*, ſuper duabus, videlicet Swiniarsko, in Sandecenſi Diſtrictu, & Muſſina villis, in Hungaria exiſtentibus, inter Venerabilem Dominum Paulum, Epiſcopum Cracovienſem, ac Myronegum, filium Comitis Perſytragii, confecta, per Leſconem Nigrum, Cracoviæ Ducem, confirmatur. Anno Domini 1288.

EX TRANSUMTO authentico Reverendiſſimi Capituli, Cathedralis Eccleſiæ Cracovienſis, coram limitanea Hungarico-Galiciana Commiſſione producto.

IN nomine Domini Amen. Rerum precipue geſtarum coram Principum Majeſtate, memoria firma & inviolabilis perſeverat, quod ſcripto teſtium ex ſcripti teſtimonio perennat. Proinde Nos Leſzko, Dei Gracia Dux Cracovie, Sandomerie & Syradie, notum facimus preſentibus & futuris: quia cum inter Venerabilem in Chriſto Patrem Domi-

„ tate remotiſſimæ, auri argentique ac ſericarum veſtium affluenti largitione ſin fœdus pertractæ, „ initiſque cum ea induciis, ac pace firmata, Divini quoque Baptiſmatis participes fieri perſva- „ ſit, & Archiepiſcopum, ab Ignatio Patriarcha (*per Baſilium ſedi ſuæ* (Cf. N. 43. p. 85.) „ *reſtituto*) ordinatum, ut ſuſciperent, effecit. Is (duobus Cyrillo & Athanaſio Comitibus aſ- „ ſumtis) ad dictæ gentis Provinciam (*Albam utpote Ruſſiæ*) cum veniſſet, ex tali eventu „ illuſtrique illius facinore ſibi animos facilius reddidit. Gentis enim Princeps (*Hulekus*), ſubdi- „ tæ plebis coacto (*Belozeriam* (Cf. ibid. p. 82. d. & 55. p. 109.) *Regionis Metropolim*) „ cœtu, cum Senatoribus ac Proceribus ſuis (*quorum præcipuus inter alios Ruricus fuit*) „ præſidebat, qui & falſæ Religioni, ob longam conſvetudinem proclivius reliquis adhærebant; de- „ que ſua & Chriſtianorum fide deliberantibus, in conventum vocatur, qui ad eos recens Epi- „ ſcopus venerat, ac quænam ipſe profiteretur, eoſque docturus eſſet, ex illo ſciſcitabantur. Eo „ ſacrum Divini Evangelii librum protendente, ac quædam Salvatoris noſtri miracula, Deique „ in veteri Teſtamento prodigia exponente, ſtatim Ruſſi ſubdiderunt: niſi nos etiam hujuſmodi a- „ liquid viderimus, ac potiſſimum quale in trium puerorum camino accidiſſe dicis, nullam prorſus „ tibi fidem habebimus, nec tuis verbis animum aureſque noſtras ultra accomodabimus. Præſul „ vero, de illius promiſſionis veritate fretus, qui ait: Si quid petieritis in nomine meo, acci- „ pietis. Et, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ille faciet, & majora his faciet; „ tum nimirum, cum non oſtentationis cauſa, ſed ad ſalutem animarum hæc, quæ fiunt, ſua „ futura. Ait ad eos: „ Etſi non licet Dominum Deum tentare, ſi tamen ex animo ſtatuiſtis ad „ Deum accedere, quod libuerit, hoc & petite, omnaque præſtabit Deus propter fidem ve-

„ ſtram

Dominum Paulum, Dei Gracia Epiſcopum Cracovienſem ex una, & Myronegum, filium Comitis Derſytragii, bone memorie, quondam Caſtellani de Palouch (Palocſa), ac Boguslavam, uxorem ejuſdem Myronegy ex altera parte, controverſia eſſet orta ſuper duabus Villis, ſcilicet Swiniarsko & Muſzina, ſuper quibus ipſe Myronegus ad noſtram preſenciam citaverat eundem Dominum Epiſcopum; eedem partes inducte Spiritu pacis & conſilio ſaniori, exſtincto fomite diſcordie amicabiliter componentes, & coram Nobis preſtito teſtimonio comparentes, pecierunt; inſtantes vero eandem certificacionem ſuam, quod Nobis confectum Inſtrumentum publicum demonſtrarunt, ratam habentes, & ipſum Inſtrumentum ſcripture auctoritate Ducali perpetuo confirmaremus, cujus compoſicionis forma & Inſtrumenti eſt hic tenor:

Humanis ordinacionibus tractu prolixi temporis, tum oblivionis tum calumnie frequenter ſcrupulus nocuerat, ſi non ordinaciones ipſe a ſcripto teſtium, & a ſcripti teſtimonio perhenne habeant munimentum. Proinde tam preſentibus — — —. Quia cum inter Venerabilem in Chriſto Patrem Dominum Paulum, Dei Gracia Epiſcopum Cracovienſem ex una, & me Myronegum, filium Comitis Derſytragy, bone memorie Caſtellani, quondam de Palouch, ac Dominam Boguslavam meam uxorem, Neptem Domini Viſſonis, pie memorie quondam Scholaſtici Cracovienſis, Heredis de Negovecz ex altera parte, controverſia eſſet orta ſuper duabus Villis, videlicet Swiniarsko quod

jacet

„ ſtram, etſi nos deſpicabiles & minimi ſumus. " Petiere ipſum, ut liber Evangeliorum, in ro-
„ gum, ab ſe accenſum, mitteretur, &, ſi hic illaſus ſervaretur, ſe ad Dei, quem prædicabat,
„ cultum acceſſuros. Accepta conditio fuit, & -- in conſpectu totius Gentis liber S. Evangelii
„ in caminum conjectus eſt. Cumque horis non paucis arſiſſet caminus, hinc, igne penitus exſtin-
„ cto, ſanctus ille Liber illæſus integerque repertus eſt, nulla ignis nota vel damno remanente,
„ ut ne fimbria quidem, librum claudentes, ullam aut corruptionem aut labem ſenſerint. Quod
„ conſpicati barbari, ac magnitudine miraculi perculſi, ſine mora vel dubitatione ad ſanctum Ba-
„ ptiſma ſponte acceſſerunt, ac mente purgati Salvatorem Dominum laudibus celebrarunt. "

f) Licet porro Hulekus cum fratre ſuo Rurico & univerſa Gente Chriſtianam Fidem aſſumſerit, Nigram tamen ſive auſtralem Chazariam, Græcæ Cherſonenſi Præfecturæ obnoxiam, non recepit. Bello itaque obmoto Ruricus, ex accepto vulnere A. 878. mortuus, impuberem filium ſuum *Ingerum*, Neſtoris *Igorem*, Huleki tutelæ reliqvit. Zuardum & Caduſam, Huleki filios, prius apud Almum, Conſobrinum ſuum, qvum idem A. 884 ex occidentali *Siberia*, Conſtantini quippe Porphyrogeniti *Zabad-ős-fali-a* (*Cf. N. 1. med.*) & *Levediæ* egrederetur, commoratos fuiſſe, teſtatur Anonymus Notarius, dum illos (C. 7) eodem Anno de terra Scythica cum ſeptem Ducibus, inter quos Almus erat præcipuus, egreſſos eſſe docet. Ut adeo Hulekus, obſtinatam auſtralis vel nigræ Chazariæ, ſub ſpecioſo converſionis & adhæſionis Ruthenorum antea Gögeayornm obtentu, detentionem in Græcis vindicaturus, filios ſuos in *Levediam*, a nomine ſummi, quem Porphyrogenitus *Eleudiam* eſſe putabat, Magyarorum Ducis, ita compellatum (*Cf. Conſt. Porph. apud Stritt. T. III. p.* 607 -), quam *Chidmas* & *Chingylus* annis (*ex Hungarico* két más ki nyilós

ſub-

jacet in Sandecz, & Muſſyna, que ſita eſt ſub Hungaria, que fuerat ejuſdem Domini, quas Villas prefatus Dominus Epiſcopus tenet, quaſque ego repetebam nomine mee uxoris predicte, que, ut unica ſuperſtes de genere ejuſdem Domini Viſſonis remanens heres, & Domina omnium Bonorum mobilium & immobilium, que ex obitu ſepedicti Domini Viſſonis, ejus Patrui, remanſerunt. Cumque ad preſenciam Illuſtris Principis Domini Leskonis, Dei gracia noſtri Ducis Cracovie, Sandomerie & Syradie, ipſum Dominum Epiſcopum ſuper eiſdem Villis citatorie evocaſſem, tandem cum ſane intellexi, quod prefatus Dominus Viſſon eaſdem Villas legaſſet, & donaſſet eidem Domino Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus, confecto legitime teſtamento & ultima voluntate, Menſe Epiſcopatus Cracovienſis libere & quiete perpetuo poſſidendas. Ego & predicta Domina Boguslava, mea Conſors, eandem ultimam voluntatem & Donacionem, quam prefatus Dominus Viſſon pro ſalute ſua fecit & ſuorum Cracovienſi Eccleſie, ratam habentes, & ratificantes, ne illam animadverſionem noſtram graviſſimaque plectat impeditores hujuſmodi voluntatem. Nihilominus eciam, habito ſaniori conſilio, noſtro commodo conſulentes, parcenteſque laboribus, expenſis, ac bono pacis & concordie, prefate materiam controverſie radiciter amputantes, cum ipſo Domino Epiſcopo compoſuimus & componimus amicabiliter tali forma: Quod nomine & Jure noſtro & noſtrorum heredum & poſterorum quorumlibet, preſertim per lineam generis noſtri, ſcilicet predicte Boguslave deſcendencium, nos prefatum Dominum Epiſcopum Cracovienſem, & ſuos

---

ſubaudito folyő, *qua periphraſi Conſtantino, de ſitu Regionis perquirenti, Hungarus Eleudianus duos alios, ab Ortu delapſos annes*, Irtiſchum *nempe ac* Obium, *alveo* Tobolis *in Magyaria recipi aſſerebat, Græce ſic effermatus*) irrigat, eximiſſe, ipſoſque ſeptem Duces ad occupandas Atilano jure poſtliminii veteres Hungarorum provincias exſtimulaſſe eruatur. Mirum proinde non eſt, Hungaros, teſtante Porphyrogenito (*ibid. p.* 571), in Etelkuze vel Suſdalia cum Chazaris, omnium bellorum ſociis, annos tres habitaſſe, Zuardum & Caduſam Almo, ad ulteriorem Occidentem profecturo, cum ſuis exercitibus adhæſiſſe, ipſumque Arpadem, a prudentia & militari fortitudine probatum, annuente Huleko, ſolemni Chazarorum more in ſcuto erectum, pro ſummo Hungarorum Principe renunciatum faiſſe. Huc accedit, quod Anonymi Belæ I. Notarii, qualem hodie Regium Cancellarium dicimus, viri præterea Eccleſiaſtici, ſacris quoque Literis exculti, qui ſe, *certa ſcripturarum*, prout nos in Prologo ſecuros reddit, *explanatione & aperta hiſtoriarum interpretatione ſuffultum, veritatem ſcribere* profitetur, verba illa, quibus *Capite* 20. Almum Moyſi, Hungaros vero filiis Iſrael comparat; C. 33. Divina gratia omnes replet; C. 39. Divinum Arpadi adjutorium attribuit; C. 44. Caduſanos Milites prodigioſe fluvium Temes tranſiviſſe, pluraque ſimilia, ethnicis haud convenientia refert, Almum & Arpadem, Huleki, Caduſæ ac Zuardi ſuorumque Onoguro-Chazarorum, Hungaris homologorum, exemplo, Chriſtiana non modo ſacra cum potioribus Hungaris per tempus triennalis ſuæ in Suſdalia commorationis ſuſcepiſſe, verum etiam nonnullos orientalis Eccleſiæ Presbyteros in Pannoniam ſecum attuliſſe probeat.

quoslibet ſucceſſores permittimus, concedimus & donamus libere, Jure irrevocabili Villas prefatas in perpetuum tenere, poſſidere, donare, vendere, permutare, & quidquid ipſis placuerit de Villis facere predictis, plenam, pacificam & liberam habeant voluntatem. Renunciamus autem nunc & in evum omni noſtro Juri, & dictorum heredum, omnique accioni, que nobis competebat, & competere poterat quomodocunque, in & ſuper eiſdem villis, & promittimus bona fide pro nobis & noſtris heredibus memoratis, ipſi Domino Epiſcopo pro ſe & ſuis ſuccedaneis ſtipulati, quod ſuper eiſdem villis non ipſum, non ejus ſucceſſores, non Eccleſiam Cracovienſem unquam per nos, non per alium quemcunque infeſtabimus, ſed pocius ipſos in poſſeſſione dictarum villarum, prout poterimus, defendemus, nobis ſuper ipſis villis perpetuum ſilencium imponentes. Volumus enim, ut predicta ultima voluntas prefati Domini Viſſonis firma ſemper & inviolabilis maneat in hac parte. Itaque promittimus & volumus, & pro noſtris ſpondemus heredibus hec amicabiliter — — — dictis Domino Epiſcopo, ſuiſque Succeſſoribus, & ipſius

---

g) Inger vel Unger, Neſtoris Igor vel Ugor, Rurici, ex Olga, Huleki vel Ulegi aut Olegi filia, ſuſceptus filius, in Alba Ruſſia ſive Onogoria vel Chazaria boreali ſucceſſor (*a quo nempe ſedem ſuam* Novogrodi, *quod Calcocbondylas* (ap. Stritt. T. II. p. 1029 & T. IV. Ind. geogr. p. 283) *Ungradum, ſive Ungrorum caſtrum vocat, ſtabiliente, Novogrodum* Ingrad *vel* Ungrad. *Regio autem Germanis* Inger & Ûn-er-man-land-*ia, Latinis & Græcis* Ingria *vel* Ungria, *Polonis* Vengria, *Slavis* Uchria, *Ruthenis autem* Ugria, *ipſique adeo Hungari, quaſi omnes Zuardum & Caduſam ex Onogoria vel boreali Chazaria, non vero Almum ex Aſiatica Zabad-ôs-falia ſecuti fuiſſent*, Ungri, Ugri & Uchri *perperam* (Cf. Not. 52. p. 98.) *dicebantur*), a Patzinacis & Uzis, ad Boryſthenem tranſeuntibus, potiſſimum incitatus, diu intermiſſas excurſiones CPolitanas, eventu minus felici, quod ſocios, ut plurimum Patzinacas, rei nauticæ adhuc inexpertes, haberet, A. 941 reſuſcitavit. " Gens quædam (*inquit Luitprandus* (ap. Stritt. T. II. p. 969) „ *Cremon. Epiſcopus, Ottonis ad Nicephorum Phocam Legatus*) eſt, ſub Aquilonis „ parte conſtituta, quam a qualitate corporis (*rectius* (Cf. Not. 69. p. 164. a.) *a Rhos* „ *Armeniæ fluvio*) Græci vocant Ruſſos, nos autem a poſitione loci vocamus *Nordmannos*. „ Lingua quippe Teutonum *Nord*, Aquilo, *man* autem, *mas* ſeu *vir* dicitur: unde & Nord„ manos, Aquilonares homines dicere poſſumus. Hujus denique gentis Rex *Inger* vocabulo e„ rat, qui collectis (X) mille & eo amplius navibus CPolim venit. -- Græci vero victoria po„ titi, vivos ſecum multos ducentes, CPolim ingreſſi ſunt læti: quos omnes (*Imperator*) „ in præſentia Regis Hugonis Nuncii, Vitrici ſcilicet mei, decollari præcepit. Nordmanos Luit„ prandi, vel Ruſſos, Germaniæ originis fuiſſe docet Anonymus Theophanis continuator (*ibid. p.* „ 967), præmiſſim infelicem Ingeri excurſionem referens, in hæc verba: " Quarta decima In„ dictione (A. C. 941), menſis vero Junii undecima, Rhoſſi, inſtructa claſſe ad decem navium „ millia (*Zonaras decies & quinquies mille naves fuiſſe perhibet*) adverſus Byzantium „ navigaverunt; hos (*utpote Rhoſſos*) Dromitas (*quod pyraticam in mari Baltico* „ *exercentes* (Cf. Not. 69. p. 173. k.) *mira navigandi celeritate valuerint, Græci*)

„ appel-

ipſius Eccleſie ratam ſemper & firmam habere, tenere, & non contrafacere, non venire de jure, cauſa, ingenio aliquomodo — — — Ipſe eciam Dominus Epiſcopus Noſter — — — una cum ſuo Cracovienſi Capitulo pro ſe & ſuis heredibus nobis promiſit bona fide, nos & noſtros heredes nunquam ſuper Bonis reſiduis, que tenemus, ex deceſſu ſepedicti Domini — — — Jure teſtamenti prehabiti moleſtare, quod contenti prefatis duabus Villis renunciantes ceſſerunt omni Jure, quod habent, & habere poterant ex prehabito teſtamento. In horum itaque evidenciam omnium cerciorem, & evidens teſtimonium preſentem eidem Domino Epiſcopo paginam contulimus, Sigillorum dependencium munimine roboratam. Actum publice Cracovie, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo — tuageſimo — Indiccione — X. Kalendas Junii, preſentibus his Comitibus, ſcilicet Caſtellano Cracovienſi, Petro Palatino Cracovienſi, Domino Procopio Cancellario Cracovienſi, Domino Michaele Cancellario Siradienſi, Nicolao Caſtellano Sendomirienſi, Svantoslao Caſtellano Vislicenſi, Laurencio

„ appellant, atque a Francis (*pro qualibus Græci, ac hodiedum Turci Germanos habebant*) genus ducunt. " Conſtantinus quoque Pephyr. Sclavos, hoc eſt Ruthenos a Ruſſis quam accuratiſſime diſtinguit, ſuntque actu eorum vocabulorum, quibus Ruſſi prærupta Danapris loca (*ibid. p.* 982) vocitabant, aliqua Germanica, quibus vero Rutheni deſignabant, Sclavica.

h) Qvum inter ceteros, etiam vicini Turcorum & Patzinacarum Principes ad Paſchalia, CPoli celebrata (*Cf. Not.* 75. *p.* 229.) convivia invitarentur (*Cf. Conſt. Porph. ibid. T. III. p.* 625), factum eſt, ut Bultzes (*Anonymi Notarii Bulſun, aliorum Bulchu, quod Hungaris Baſilium* (Cf. Pray. Hier. P. II. p. 292. c.) *ſignificat*) filius Cale (*quem Anonymus Notar. C.* 6. (Cf. Not. 9. fin.) *Calan, alibi vero C.* 39 *Bogat ſive Bulgarum, eminenter vocat*), Hungaricus Bulgariæ Kar Khanus (*ibid. p.* 723. 619.) CPolim, ſimulato baptiſmi deſiderio, veniens, honorifice a Conſtantino Porphyrogenito Imperatore exceptus, non modo (*in Baſilium*) baptizaretur, verum etiam Patricii dignitate ornatus, & magnis Donis ditatus, domum rediret. Ita non multo poſt Gyula ſenior, Ultraſilvaniæ Princeps, Conſtantinopolim ſe contulit, baptiſatuſque A. 952, ac eodem, quo prior, modo tractatus, Monachum ſecum adduxit Hierotheum, Turciæ Epiſcopum, a Theophylacto Patriarcha deſignatum, qui multos a barbarico errore ad Chriſtianam Religionem traduxerat, inter quos etiam Horka, Ultraſilvaniæ Princeps, Gyulæ ſenioris Pater, quem Turotzianus Anonymus (*P. II. C.* 5. *Cf. Anon. Notar. C.* 27) Chriſtiano Ladislai nomine compellat (*Cf. N.* 9. *med.*) fuerit. Ita denique Elga, ſive Olga, quam Latini Helenam vocant, Hulcki ſcilicet filia, & Igoris Vidua, nec non Avunculus ejuſdem, ac filius Sphendoſthlavus (*Ruthenorum Sviatoslaus*) eum Papa (*ſeu Confeſſario Aulico*) Gregorio, aliiſque Comitibus & Apocriſiariis ſuis, majorem, quam hactenus, propter Patzinacas & Uzos, antea Boryſthenis accolas, jam vero ſemet uſque in Bohemiam dilatantes, CPolim defluendi ſecuritatem nacta, Conſtantinum Imperatorem inviſerat, cujus nempe ſolemnem (*ibid. p.* 976.) in Aula CPolitana receptionem, A. 956 enatam, idem Conſtantinus Porphyr. deſcribens, Elgam *ten Archontiſſen Rhoſias* vocat, Sphendoſthlavum autem, Ingoris, Ruſſiæ condam Principis, filium, Nemogardæ (*non vero, ut Neſtor vult, Kioviæ*) habitantem, Ruſſis tum præfuiſſe teſtatur. i)

cio Judice Cracovienſi, & hi omnes ad meam, ſcilicet Myronegi predicti peticionem ſua Sigilla (fecerunt) appendi, & aliis quam multis. Nos igitur Dux prefatus, quia Officium Judicis eſt diſcordantes Partes ad concordiam invitare, predictarum Parcium ſupplicacionibus inclinati, compoſicionem factam prehabitam inter ipſas, auctoritate Ducali Sancciene perpetua confirmamus, ratamque & firmam habentes, facimus valituram nunc & in evum gaudere, ſemperque ſtabili firmitate. Ad horum itaque omnium evidenciam cercioremhanc paginam ſupra dicto Domino Epiſcopo dedimus noſtri Sigilli munimine roboratam. Acta ſunt hec publice Cracovie in noſtra Curia. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo, Indiccione prima, X. Calendas Junii. Preſentibus Comitibus & Dominis ſupradictis, & aliis quam multis. Datum per manus prefati Domini Procopii, noſtri Cancellarii. Verum tamen omnia jurà Ducalia, quibus ville prehabite ſunt aſtricte, & ad que tenentur, pro Nobis & Noſtris ſalva ſucceſſoribus reſervamus.

LXV.

---

i) S. Conſtantinus Porphyrog. inter cetera geographicam quoque terræ Scythicæ Deſcriptionem, priuſquam A. 959 moreretur, literis, perpetua Hungarorum gratitudine dignissimis, conſignavit, quæ reſpectu Patzinacitæ ac Ruſſiæ (ap. Strit. T. II. p. 1041) ſequentia continent: „ Ab inferioribus Danubii partibus ex oppoſito Diſtræ (*Siliſtriæ*) procurrit Patzinacia uſque „ ad Zárhel (*Cf. Not. 1. med.*), quod (*Pſeudo-*) Chazarorum (*Cherſonenſi antea Præfecturæ adſcriptorum*) oppidum eſt. -- Interjacent vero complures fluvii, quorum maximi „ duo, Danaſtris & Danapris, reliqui ſunt Yagul (*qui Bugo*), Hybul (*hodie Japul, qui infra Prutum;*), Almatæ (*hodie Jalomitza, qui ſupra Seretum Iſtro;*), Cuphis „ (*ex Hungarico Kétfóz* (Cf. Not. 82. p. 270. d.) *quod Viſtula duos Viſtulam & Vislokam fluvios pro fontibus habeat, ita dictus, qui Baltico mari;*), Bogu (*ſive Bogus, qui infra Varſaviam Viſtulæ miſcentur; nec enim Porphyrogenitus aliorum, utpote* „ Bugi, *quem* Cubu *vocat*, Baruchi, Pruti & Sereti, *jam alibi* (Not. 1. med.) *commemoratorum, hoc loco amplius meminiſſe voluit*), aliique quam plurimi. Et ſuperiores „ Danapreos (*Boryſthenis utpote*) fluminis partes Ruſſi (*Cf. Not. 69. p. 164 a. b. k. l.*) „ accolunt, per quod navigantes ad Romanos proficiſcuntur. Patzinacia autem Ruſſiam univerſam „ (*ſuis borealibus*), & Boſporum (*Regionem Mæoticam auſtralibus terminis*) „ complectitur, uſque Cherſonem, & uſque Sarat (*Seret*), Burat (*Burlad caſtra, quorum quinque ad ſingula Patzinacarum Themata ſpectabant*) & triginta partes (*reſiduis ſeptem Patzinacarum Thematibus reſpondentes; univerſa enim Cis- & Transdanubiana Patzinacia in XL partes* (ibid. T. III. p. 806) *vel caſtra dividebatur*). „ Et quatuor quidem Patzinacarum Nationes ſive Themata Kuartzi-Tzur, Syru-Kulpee, Boso-„ Talmat & Bola-Tzopon (*vocabula ſcilicet ex nomine Principum ac Thematum ſuorum compoſita*) ultra Danaprim fluvium ſita ſunt, Orientem Septemtrionemque ſpectantes, „ verſus (*priorem* (Cf. N. 1. med.) *Patzinaco-*) Uzicos, Chazariam (*auſtralem, nigram quippe* (Cf. Not. 55. p. 108.) *Cumaniam*), Alaniam (*ad Caucaſum* (ibid. T. II. p. „ 1043.)

LXV.

Cunegundis, Belæ IV. filia, minoris Poloniæ olim Ducis Boleslai Conſors, Vidua, Henrico Sculteto ſuo de Podolin ſilvam, intra metas villarum Podolin & Gnezda exiſtentem, exſtirpandam confert. A. D. 1288.

EX AUTOGRAPHO, apud Podolinenſes XVI. Oppidanos habito. Cf. Wagn. Anal. P. I. 195.

In Nomine Domini Amen.

QUONIAM fluxus rerum temporalium, cum ipſo temporis ſpacio labitur, & decreſcit, profecuum & cautum eſt, ut quod temporaliter geritur, competenti teſtimonio ſeu litera memorie commendetur. Noverint ergo univerſi, tam preſentes quam poſteri, quod Nos Cunegundis, relicta Sereniſſimi Principis, Boleslai, bone me-

M m 3

„ 1043.) *ſitam*), Cherſonem (*urbem, quæ ad Septemtrionem* (ibid. p. 1042) *habet* „ *Danaprim fluvium, ex quo Ruſſi proficiſcuntur in nigram Bulgariam, Chazariam* „ *auſtralem & Syriam*) & ceteras Regiones: reliquæ autem quatuor Nationes poſitæ ſunt cis „ Danaprim fluvium ad partes Occidentis Septemtrionaliſque: nimirum Thema Giazi-Khopon Bulgariæ finitimum eſt (*cujus nempe partes, præter memorata Seret ac Burlat, etiam* „ *Halitz, Jaſzi & Akerman caſtra erant*); Thema vero inferioris Gylæ (*to de* „ *thema tes kato Gylæ, ita Græce ideo vocati, quod ſuperior ſummi Hungarorum* „ *Ducis Toxi Gylas recte tunc* (Cf. N. 9. p. 11.) *Phale fuerit*) Turciæ (*ad meridiem*) „ appropinqvat; Charoboe Thema Ruſſiæ (*Albæ occidentali, Livonico ſinui ac Dünæ* „ *fluvio adſitæ, quam Ruſs, hodie Memel flumen, diremerat, unde nimirum ſerius* „ *Charobitæ, mare Balticum cis Ruſſum amnem accolentes, Ruthenis Po-ruſſai,* „ *Latinis Boruſſi & Pruſſi dicebantur*) adjacet; Jabdi-Ertim vero Thema conterminum „ eſt pagis Ruſſiæ Regionis, puta Ultinis, Drevlianis, Lenzeninis (*Cf. Porphyr. ibid. T.* „ *III. p.* 807.) qui nempe Ruſſiam (*occidentalem, quam alii Sclavorum orientalem,* „ *velut aggeres quidam*) per ſtationes limitaneas, quæ Gyra vocantur, claudebant. "

k) Diſtat autem Patzinacia (*hæc Ciſdanaprana*) ab Uzia (*inter Mæoticam &* „ *Caſpiam paludes diffuſa*) & Chazaria (*meridionali*) dierum quinque; ab Alania „ (*Caucaſo adſita*) dierum ſex; a Mordia (*Mordavia vel Mordua, cujus hodie* (Cf. „ VI. & *Not.* 82. *p.* 248. i.) *Metropolis inferius Novogrodum eſt*) dierum decem; a Ruſſia „ (*interjacente Sclavicarum Stationum Ukraina*) unius diei; a Turcia (*intercedentibus*

„ *in-*

memorie quondam Ducis Cracovienſis & Sandomirienſis, Domina de Szandech, ſub Ordine S. Franciſci divinis mancipata obſequiis, conſiderantes fidelia ac utilia Servicia fidelis noſtri Henrici Sculteti de Podolin (uno e XVI. Scepuſienſibus hodiernis Oppidis), que nobis multipliciter exhibuit & conſtanter, in Diſtrictu maxime tranſſilvano (quem a diſtrictu ciſſilvano mons Obidova *(Cf. XIX. med.)*, ſeriei metalium Carpatorum innexus, dividit; ut adeo traſſilvano huic reſpectu Sandeciæ diſtrictui etiam hodiernum Neoforum & Pivniciſna includatur), volenteſque merita meritis prevenire, & dignam dignis Serviciis reddere recompenſam, concedimus & donamus eidem Sculteto & ejus Heredibus ſylvam noſtram, infra terminos villarum Podolin & Gneſna juxta fluvium Poprad diſtinctam, in metis

&

„ *incultis, late diffuſis, Carpatorum jugis)* dierum quatuor; a Bulgaria dimidii unius diei: „ propinqua eſt Cherſoni, ſed *(altera Transdanaprana)* magis etiam Boſporo *(Mæotico)*. „ Ultra vero Danaprim flumen, qua parte Bulgariam *(Magnam)* ſpectat, ad ejuſdem flumi„ nis trajectus urbes deſertæ ſunt: prima urbs, quæ Patzinacis Aſpron ſive Alba *(Fejérvár*, „ *Bialorodko)* dicitur, quod e ſaxo albicante conſtructa ſit; ſecunda Tungatæ *(Nobis* „ Tün-gát, *nitidum)*; tertia Krakungatæ *(nobis* Kara-gát, *nigrum ſive terreum)*; „ quarta Salmagatæ (*nobis* Szalma-gát, *ſtramineum*); quinta Sakagatæ (*nobis* Szaka-gát, „ *cataractis, quæ hucdum in Boryſthene viſuntur, præcluſum*); ſexta Giajugatæ (*nobis* „ Gaju - *vel* Galyú-gát, (*virentibus ramis intortum munimen ſignificat*). " Poſterioris hujus vetuſtiſſimæ, vicos & oppida munienti apud Cuno-Magyaros conſvetudinis rationem Curtius (L. VI. p. 209) ita deſcribit: " Ea, quæ plana ſunt, novo munimenti genere impediunt barbari. „ Arbores denſe ſunt ex induſtria conſitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos in„ tortos rurſus inferunt terræ. Inde velut ex alia radice lætiores virent trunci: hos, qua natura „ fert, adoleſcere non ſinunt: quippe alium alii continuo quaſi nexu conſerunt, qui ubi multa „ fronde veſtiti ſunt, operiunt terram. Itaque occultus nexus ramorum, velut laqueï, perpetua „ ſepe aditum claudit. Patzinacitæ porro (*ita continuat Auguſtus author*) non omnes Kan„ kar (*Cf. N. 9. med.*), ſed trium tantum thematum, ut pote Jabdierti (*cis Danaprim*) „ Kuartzitzur (*trans Danaprim confidentium*) & Chabuxingyla (*quod Patzinacarum* „ *Thema, Turciæ propinqvum, paulo ſupra* inferioris Gylæ *vocatur*) incolæ, tanquam „ qui ceteris fortiores nobilioreſque ſunt, appellantur. "

1) Regino, Seculi X. Scriptor (*ap. Aſſem. T. I. p.* 255.), Helenam ſive Olgam, „ Ruſſorum (*Cf. N.* 10. *p.* 15.) Reginam, *Rugorum* vocat (*Cf. N.* 69. *p.* 178. k.), „ inquiens: " Anno Redemtoris 959, Indictione ſecunda, Legati Helenæ, Reginæ Rugorum „ (quæ ſub Romano, Imperatore CPolitano CPoli eſt baptiſata) ſicte, ut poſt claruit, ad Re„ gem Ottonem venientes, Epiſcopum & Presbyterum (*Græci Ritus Catholicum*) eidem „ genti petebant. " Cum interim Romanus (*Lacapenus*) A. 944 Imperator eſſe deſierit, nec ſupponi valeat, ut Olga, marito Ingero paulo antea, occaſione ſcilicet infelicis CPolitanæ anni

941

& gradibus ſubnotatis ; a parte ſuperiori inchoando de rivulo , qui Toporicz vulgariter nuncupatur , metis ville noſtre Podolin contiguo , uſque Lechovicz , de Lechovicz equo tramite penes terminos Podolinenſium , uſque ad acutum montem , qui vulgariter Spicemberg dicitur , & ulterius juxta meatum de inferiori dicti montis latere ejuſdem rivuli, uſque in Poprad decurrentis , & ſic deinceps ſecus decurſum Poprad uſque in Ruſchenbach , deinde uſque ad altum montem , qui eſt inter Gneſnam & Ruſchenbach , & e contra a latere ſurſum uſque ad montem Platani Ohorin (Ahorn , Acer , Juharfa), publice nominatum , & rurſus metas in Toporicz reciprocando , quam videlicet ſylvam damus & confirmamus perpetuo , dicto Henrico Sculteto , & ſuis Suceſſoribus Jure hereditario , libere , quiete , & pacifice poſſidendam , in eos omne Jus & Dominium , quod in ipſa habuimus plenius transferentes , ita videlicet ; quod liceat , & fas ſit , ejuſdem intra terminos ſeu confinia ſupra dicte ſylve exſtirpaciones , locaciones ſive plantaciones , pro

---

941 expeditionis , amiſſo , CPoli ſub Lacapeno baptiſari voluerit , Conſtantinus porro , Lacapeni Corregens , nullam in Cerimoniis Auſcis alterius , quam A. 956 CPolim ſuſceptæ per Helenam excurſionis mentionem faciat , nec dubitari poteſt , eandem velut Patre Chriſtiano Huleko (*Cf.* d.) natam , & Ingero , neque Chriſtiani Patris Rurici filio , collocatam , quæve cum Confeſſario ſuo CPolim venerit , longe prius baptizatam fuiſſe , ac ſolum A. 959 , quo eadem Epiſcopum & Presbyteros Germanico ſermone rem Divinam juxta Græcum ritum facturos , miſſis ad Ottonem Magnum Legatis , expetierat , eoſdem advenientes , non ita comparatos , Græcorum , operam ſuam offerentium , interventu , rejectos fuiſſe. Idem Regino (*ibid.*) teſtatur : " Libutium , ex cœnobitis S. Albani ab Adal-
„ dago , Hamburgenſi Epiſcopo , *Rugorum* Epiſcopum ordinatum ; cum vero anno ſequenti 960 diem
„ obiiſſe , in locumque ejus ſubrogatum fuiſſe Adalbertum Monachum , ex Cœnobitis S. Maximi-
„ ni , in *Rugorum* ſive *Ruſſorum* Epiſcopum , qui anno ſequenti a ſua ordinatione male a po-
„ pulis illis (*Græco ritu imbutis*) acceptus , vix fuga lapſus evaſit , occiſis nonnullis e ſuis ;
„ ipſe vero benigne ab Ottone (*Imperatore*) ſuſceptus , apud Vilielmum , Moguntinum Epi-
„ ſcopum , honorifice detinetur , donec , defuncto Wirtzburgenſi Abbate , ab eodem Ottone (A.
„ 966) eidem Monaſterio præficitur Abbas (*paulo poſt futurus Magdeburgenſis Archi-*
„ *epiſcopus*). " Quos Regino *Rugos* vocavit , eoſdem Lambertus Schafnaburg. (*ibid.*) Ruſcos appellat , eorum vero Regionem *Ruſciam* , hodierna enunciatione ac Orthographia Ruſſiam. Sic enim ſcribit ad A. 960 : " Venerunt Legati Ruſciæ Gentis ad Regem Ottonem , de-
„ precantes , ut aliquem ſuorum Epiſcoporum tranſmitteret , qui oſtenderet eis viam veritatis.
„ Qui conſenſit deprecationi eorum , mittens Adelbertum Epiſcopum , fide Catholicum , qui eti-
„ am vix evaſit manus eorum (*erat enim Latini , non Græci Ritus , qualem optabant ,*
„ *Epiſcopus*). " Ita Mabillonius (*ibid.*) Rugiam interpretatur pro Ruſſia. Ita Pagius (*ad A.* 959) Adelbertum , ad Rugos miſſum Epiſcopum , docet ad Ruſſos perrexiſſe , & ab iis expulſum fuiſſe. " Ut adeo veteres Rugos , Germanici generis populos , eoſdem faciant cum Rhoſis vel Ruſſis , non tamen cum Sarmatis , ex Aſiatico Septemtrione in Europam (Cf. N. 43. p. 88.) diffugientibus , hodiernis quippe *Ruthenis* , Hungarorum *Orozis* , aut limitum Hungariæ orientalium cuſtodibus.

pro ſuo commodo & utilitate facere, & formare ubicunque, quandocunque, & quotcunque poterunt inibi, & ſibi videbitur expedire, & quidquid fructus & utilitatis exinde percipere poterunt, ſuis tantum uſibus deputamus. Preterea cupientes eidem Henrico munus amplioris gracie impertiri volumus, & ex propoſito ſtatuimus efficaci, ut & ipſe cum ſuis heredibus, & incole, ſeu coloni, locacionum jam dictarum, ab omni exaccione, collecta, taxacione, peticione, deſeenſu, expedicione ad Caſtra, ſervicio, & generaliter ab omni ſolucione & ſervicio, quocunque vocabulo cenſeantur, ſint penitus immunes, liberi, & exempti, eo duntaxat excepto, quod poſt revolucionem annorum libertatis, qui incolis prefatis per ſepedictum Scultetum Henricum, aut per ſuos ſucceſſores juxta ſue diſcrecionis beneplacenciam fuerint aſſignati, nobis ſingulis annis tres marcas puri argenti, & novem Scotos valentem, in Feſto B. Martini Epiſcopi ſolvere ſint adſtricti; in eorum ponimus arbitrio, quandocunque ipſis viſum fuerit, aut ſue poſſibi-

---

m) S. Conſtantinus Porphyrog. Græcorum Imperator, nunquam ſufficienter laudandus ſummo Hungarorum Principi Zoltano plane coævus, certis præcipuam eorum Sedem, matricis quippe Regni Statum, limitibus (*de adm. Imp. C.* 40. *ap. Stritt. T. III. p.* 621) includit, quos Anonymus Belæ I. Notarius (Cap. 57), adnexis quoque Partibus, memoriæ poſterorum conſignavit. Sic igitur ille; " In hoc autem loco (ubi nunc habitant Turci) antiqua quæ„ dam monumenta ſuperſunt, inter quæ pons Trajani (*cujus veſtigia hucdum paulo infra* „ *Orſovam viſuntur*) Imperatoris, ad initia Turciæ, & Belgrada, quæ trium dierum itinere „ ab ipſo ponte diſtat, ubi Turris eſt Sancti ac Magni Conſtantini (*Cf. Not.* 75. *p.* 226) „ Imperatoris, & rurſus ad curſum fluminis exſtat Sirmium (*Cf. p.* 152. b.), quod Belgrada abeſt duorum „ dierum itinere, inde Magna Moravia (*Pannonia*) baptiſmo carens (*ab Hungaris Eleu*„ *dianis* (Cf. Not. 1. & hic e.), *Almum præcedentibus, veteri Atilano Jure inſeſſa* „ quam Turci (*Eleudiani*) devaſtarunt, cujuſque Princeps olim fuit Sphendoplocus. Atque „ hæc quidem juxta Iſtrum flumen monumenta ſunt & cognomina. Ulteriora vero, quæ omnia Tur„ cis habitantur, cognomina nunc habent a fluminibus tranſcurrentibus. Eorum primum Ti„ miſes eſt; alterum Tutes (*Aluta*); tertium Moreſes; quartum Criſus; qvintum Titza. Con„ fines autem Turcis ſunt Orientem verſus Bulgari (*Auguſtus enim Teſtis ad ulteriorem Or*„ *tum CPoli ſcribebat*), ubi eos Iſter fluvius, qui & Danubius dicitur, ſeparat; Septem„ triones verſus Patzinacitæ (*Cf. Not.* 9); ad Occidentem Franci (*Saxones quippe ac Ba*„ *vari*), ad meridiem Chrovati. " Anonymus porro Notarius ita: " Dux vero Zulta poſt re„ verſionem militum ſuorum (*ſeu poſt concluſam ab Henrico Aucupe A.* 926 (Cf. Kat. „ H. D. p. 315) *cum Hungaris ad novem annos pacem*) fixit metam Hungariæ; ex par„ te Græcorum uſque ad portam Wacil (*Cap.* 42. *Wazil, Hæmi quippe montes, ubi Tra*„ *janæ portæ veſtigia* (Cf. Cedr. T. II. p. 782. Annam Comn. p. 191. Simocattam L. II. „ C. 11. Leunclav. in Pandect. Turc. Not. 107) *hodiedum ſuperſunt, in mare Ponticum ab* „ *Adriatico, ubi olim Ceraunii dicebantur, procurrentes*) & uſque Terram Racy (*Ci*„ *ves utpote Macedonum* (Cap. 45), *quos ex mutuo cum Thracibus linguæ commer*„ *cio, Hungari, aſperas, vocum exoticarum enunciationes vitare ſoliti, Ratz-iorum* „ *nomi-*

ſibilitati congruet, exſtirpare ſylvam prehabitam, & iocare abſolutam ſuper eo & liberam habeant facultatem. Et ne per quempiam quibuſpiam calumpnie vel dubietatis ſcrupulus in poſterum poſſit ſuboriri. preſentes ſibi ſcribi fecimus, & noſtri Sigilli munimine roborari. Actum & datum Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo. in Szandech, in Octava S. Lucie Virginis, preſentibus ac teſtantibus Nobilibus Viris Comite Selchone & Philippo, Judicibus Curie noſtre, Tilmano Advocato Sandechenſi & aliis quampluribus fidedignis.

„ *nomine compellarunt*). Ab occidente (*Græcorum*) uſque ad mare (*Adriaticum*), „ ubi eſt Spaletina civitas (*totius Dalmatiæ* (Cf. Michaem Madium Hiſt. C. 15) *Metropolis*); & ex parte Theotonicorum uſque ad pontem Guncil (*Cf. p.* 102. *d. e. p.* 128 *a*). — „ Ex parte vero Boemorum fixit metas uſque ad fluvium Moroa, ſub tali conditione, ut Dux „ eorum (*qui pro S. Wenceslao I, per Boleslaum I. fratrem ſuum, A.* 938 *ſæve „ trucidato habetur*) annuatim tributa perſolveret Duci Hungariæ, & eodem modo (*tributario*) „ ex parte Polonorum (*Cf. p.* 128. a.), uſque ad montem Tatur, ſicut primo (*ſub Arpade „ Cf. Not.* 11.) fecerat Regni metam Berſu, filius Bunger. — " Verſus Orientem Anonymus metas nec attingit; ibi enim Hungari Aborigines erant.

n) Et dum Dux Zulta & ſui milites (*ex parte Germanici Græcique Imperii*) „ ita radicati eſſent, tunc Dux Zulta duxit filio Tocſun uxorem de terra Cumanorum. — Tocſun „ vero Dux cum omnibus Primatibus Hungariæ poteuter & pacifice - obtinuit omnia Jura Regni ſui. Et audita pietate ipſius, multi hoſpites confluebant ad eum ex diverſis Nationibus. Nam „ de terra Bular (*Magnæ Bulgariæ, cujus Metropolis* (Cf. VI. & p. 52. d.) *Bulgar „ erat*) venerunt quidam nobiliſſimi Domini cum magna multitudine Iſmaelitarum (*Armenorum ſcilicet ſeu Saracenorum, quæſtui deditorum*), quorum nomina fuerunt: Bila & „ Bochu, quibus Dux per diverſa loca Hungarorum condonavit terras, & inſuper Caſtrum, quod „ dicitur Peſt (*cujus nempe veſtigia hodiedum in utraque Danubii ripa ſuperſunt; hodiernum enim Peſtinum, teſtante Privilegio Belæ IV.* (ap. Kat. T. VI. p. 44-) *A.* 1244. *Civibus Peſthinenſibus elargito, &, Buda a Turcis* 1526 *incenſa direptaque, per Ferdinandum I. A.* 1528 *pro reverſis civibus dilapſis confirmato*, Minor Peſt; *hodierna vero Budenſis Raſcianica Civitas* Major Peſt *olim vocabatur* (Cf. aliud Belæ Diploma (*ibid. p.* 236) A. 1255, in quo ſe Caſtrum quoddam in monte Peſthinenſi (*Sancti utpote Gerardi*) exſtruxiſſe perhibet). *Ut adeo ita dicti Raſciani, hodiedum utrobique diffuſi, memoratorum Iſmaelitarum, ſive Armenorum aut Saracenorum poſteri ſint*). — Dux vero Tocſun „ genuit filium nomine Geyzam, quintum Ducem Hungariæ. Et in eodem tempore, de terra „ Byſſenorum (*quos alibi* (C. 25) *Picenatas, Græcorum ſcilicet Patzinacitas, vocat*) „ venit quidam miles, de Ducali progenie, cujus nomen fuit Thomiſoba, Pater Urcund (*di„ ſtinctus hic eſt ab illo, cujus Patrem Euſeum Hungarum alibi* (C. L. LVI.) *facit*), „ a quo deſcendit genus Thomoy, cui Dux Tocſun dedit terram habitandi in partibus Remey „ a-

LXVI.

Ladislaus IV, relato ſibi eo, quod Nicolaus Botiz Caniferos ſuos in denegatione Decimarum protegat, Lodomerium Strigonienſem Archiepiſcopum reflectit, ne juribus Eccleſiæ Scepuſienſis derogari patiatur. A. D. 1288.

EX AUTOGRAPHO, per V. Capitulum Scepuſienſe in decimali ſua cauſa (Cf. Not. 70, p. 191.) *producto.*

LADISLAUS Dei Gratia Rex Hungariæ Venerabili in Chriſto Patri Domino Lodomerio Miſeratione Divina Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ejuſdemque loci Comiti perpetuo, dilecto & fideli ſuo ſalutem & gratiam plenam cum dilectione. Retulit nobis diſcretus Vir Magiſter Jacobus Præpoſitus de Scypes (*Græco Ritui ad-*

„ (*az Orſzág renei réſzeiben*, hoc eſt: *ubi ſal, velut præcipuum humani ac pecorini pabuli condimentum, eruebatur, Maramaroſienſi quippe Provincia*) uſque ad Tyſciam, ubi „ nunc eſt portus Obad (*Obádirév: trajectus iſte hodiedum paulo infra Jáſzapátinum exſtat*). „ Sed iſte Thomiſoba vixit uſque ad tempora S. Stephani Regis, nepotis Ducis Toeſun. Et „ dum beatus Rex Stephanus verba vitæ prædicaret, & Hungaros (*Phociano-ſchiſmaticos*) „ baptizaret (*Cf. p.* 208 l.), tunc Thomiſoba in fide vanus, nolnit eſſe Chriſtianus (*Eccleſiæ „ Romanæ unitus*), ſed cum uxore Vinuros (*nobis* Vő-áros, (*ſive Dardanaria quæ„ ſtum præmendo ac vendendo exerceute*) ad portum Obad (*ubi emporium Salis re„ rumque aliarum habebant*) eſt ſepultus, ut ne baptizando ipſe & uxor ſua viverent cum „ Chriſto in æternum (*rectius*: ad portum Obad ſepeliri maluit, quam baptizando-vivere-cum „ Chriſto-; (*Hungarica enim, quæ Anonymus Notarius, natione Græcus, in Latinum „ traduxerat, ſic habere debebant: nem akart Kereſzténnyé lenni, hanem Vő-áros „ feleségével az Obádi révnél inkább el temettetni, hogyſem meg kereſztelve feleségeſtől élni Kriſztuſſal örökkétig*): ſed Urcun filius ſuus Chriſtianus factus, vivit cum Chriſto „ in perpetuum." Atque hujus *Urcun* filii erant *Nagrile* & *Radomer*, a quibus potior I. Comitatus Máramaroſienſis Nobilitas, Hungaro-vel Patzinaco-Valachica deſcendit. In cujus probam adducimus protocolarem ejuſdem Comitatus extractum, ita ſonantem: " Familiæ *Tó„ may-ága* Succeſſores producunt A. 1763-coram legitimatorio I. Comitatus Máramaroſienſis Fo„ ro Nobiſitatis recognitionem Kenderes de Malomvize, Comitis Comitatus ejuſdem, de A. 1445. „ In qua *Petrus*, *Mandra*, *Nan* (Ananias), *Koſzta* (Conſtantinus), *Sandrinus* (Alexander), *Nicolaus Pap* (Presbyter), & *Nicola* (Nicolaus alter) *de Viſó* ſpecificantur, „ quod ipſorum primis parentibus, *Nagrile* & *Rodomer* vocatis, collatio adhuc a S. Stepha„ no facta ſit, pro fidelibus ſervitiis, in *Kenezio* (ſive Ducatu) *de Viſó*. " Anonymus quip-

„ pe

addictus) fidelis noſter: Quod Nicolaus, Frater Boriz, Jobbagyones ſuos Caniferos (*Cf. XVI*), in Scypes exiſtentes, prætextu Privilegiorum, a prædeceſſoribus noſtris & a nobis obtentorum, in Decimis perſolvendis juxta conditionem eorundem niteretur in prejudicium ipſius defenſare; Verum cum nos in ipſa terra Scypes nec Caniferos, nec Draucharios, (*XXVI*) ſeu alterius conditionis homines (*Græco ritui addictos*), in dandis & ſolvendis Decimis ab aliis ejuſdem terræ incolis (*Latinis*) velimus ſeparari: imo intendamus, ut univerſaliter, & ſinguli in terra Scypes exiſtentes, nullo medio interveniente, ſolvere debeant dicto Præpoſito Scypiſienſi Decimas ſuas in ſpecie in agris, ſicut in ipſa terra id conſvetum exſtitit ab antiquo, Paternitatem Veſtram requirimus diligenter, quatenus cum dictus Nicolaus, occaſione Privilegiorum prædictorum, in facto Decimarum ipſorum Caniferorum noſtri in-

pe Notarius, quemadmodum Hungaros (C. 45), mortuo Duce ſuo Zuardo, Huleki filio, in Macedonia remanentes, a Græcis *Soba-Mogera*, ſeu *ſtultos Magyaros*, propterea dictos fuiſſe teſtatur, quod mortuo Domino ſuo in Patriam redire noluerint, plane ita idem Anonymus Thomæ huic Byſſeno, ſive Patziuaco Transdanapriano, *Soba* vel *ſtulti* cognomen ideo adjecit, quod rebaptizari, hoc eſt: cum Romana Eccleſia uniri nolendo, ad portum Obad una cum uxore ſua obſiſtente cæſus, vitam finivit & Ducatum ſuum, ſicut Vazul Gallicianam, Gyula Tranſilvaniam & Ontum Moruſſenam Regionem, amiſerit, cujus tamen exiguam partem extimam filius ejuſdem Urkun rebaptizatus in Succeſſores ſuos beneficio S. Stephani tranſmiſit.

o) Ex occaſione ſepulti ad portum Obad Thomiſibæ, ſimiles etiam alias hoc loco ſepulturas attingemus. Idem Anonymus Notarius Cap. 15, *Retel* (unum e ſeptem Ducibus Cumanis, Almum ſecutis) *& filium ſuum Tulma more paganiſmo juxta Danubium, ubi fluvius Wag deſcendit*; Botondum vero, filium Culpus C. 56. *prope fluvium Veröcze* (in hodierna Sclavonia, Danubio ſupra Vukovarinum influentem); Turotzyanus autem Anonymus Cap. 42. *Leventam circa villam Toxun ultra Danubium, ubi proavus ejus Toxun* (Cf. Tab. gen. p. 91.) *jacere dicitur, more pagano ſepultos fuiſſe* perhibent. „ Cœmeteria enim (*teſtante Panvinio ap. Sandin. in Potiff. ad A. C. 221. not. 2.*) „ modo Areæ, interdum Tumbæ & Catacumbæ, ac demum Cryptæ dici conſveverunt, ſed frequentius Cœmeteria, quod credimus, Chriſtianos non mori, ſed rurſus excitandos interea in Domino obdormire. Nam *Koimeterion* Græce, Latine *Dormitorium* eſt. — In „ Cœmeteriis, Romæ exiſtentibus (*quorum XLIII. recenſet Baronius ad A. C. 226*) „ Baptiſmum & Miſſas celebrare, Vigilias decantare, Ordinationes & ſtationes, id eſt, omnes „ ſacras Ceremonias habere, veteres ſolitos fuiſſe, docent antiquiſſima eccleſiaſtica monumenta.“ S. Hieronymus, Doctor Eccleſiæ, Patria Stridonenſis Pannonius, circa A. C. 421 Bethlehemii mortuus, in Ezechiel. Cap. 40. ita ſcribit: “ Dum eſſem Romæ puer, & liberalibus ſtudiis e„ rudirer, ſolebam cum cæteris ejuſdem ætatis & propoſiti, diebus Dominicis Sepulchra Apoſto„ rum & Martyrum circumire, Cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defoſſæ, ex utraque „ parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum, & ita obſcura ſunt omnia, ut prope„ modum illud Prophetieum impleatur, *deſcendant in infernum viventes*: & raro deſuper lu„ men admiſſum horrorem temperet tenebrarum, ut non tam feneſtram, quam foramen dimiſſi „ luminis putes: rurſumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum

„ pro-

præſentia (Tabula utpote Regia) attentaret procedere, factum & petitionem ipſius in hac parte Veſtri gratia admittere non velitis, efficientes, quod & ex officio veſtro debeatis facere non petiti, ut omnes incolæ ipſius terræ Scypes univerſali ter & ſinguli, nulla reſecatione intercepta, ſolvant Decimas ſuas in ſpecie in agris ſecundum quod conſvetum exſtitit ab antiquo. Aliud non facturi obtentu noſtræ gratiæ plenioris. Datum in Scypes feria ſexta ante Dominicam Lætare. (IV. Quadrageſimæ ſeu V. Martii, Anno Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo. " *Lodomerius his literis, ad Scepuſienſem Præpoſitum tranſmiſſis, ſubjecit :* " Et quia Mandatum Regium

---

„ proponitur : *Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.* " Ad imitationem Occidentalis Eccleſiæ Sanctus quidem Stephanus Cœmeteria, templis contigua, quorum uſus ætate noſtra ceſſavit, Cryptas vero & Catacumbas utpluriminum ſub ipſis templis in Hungaria; Magnus autem Vlodimirus in Lodomeria (Cf. Not. 10) conſtrui fecerant, quarum priores Kioviæ ac Petzaræ, ubi Baſilitæ a Cryptis peculiare Cryptenſium quoque nomen acceperunt, apud nos hodiedum uſu veniunt, poſteriorum vero ſpecimina Veſprimii, Quinqueeccleſiis, actu viſuntur. Morem hunc Orientalis Eccleſia non receperat, ſed mortuos paſſim extra templorum ſepta in areis terræ mandabat, ut adeo hinc repetenda ſit Anonymorum noſtrorum ratio ſepulturæ, quam pagano more (*Cf. p.* 126. d.) factam fuiſſe referunt.

p) Toxum, a perpeſſa A. 955 clade Auguſtana, non diu ſupervixiſſe, argumento eſt illud, quod, licet Aloldus eum (*ap. Kat. H. D. p.* 393 *Cf. Not.* 61. *p.* 128.) ex Germanico Ducis Urzum appellatum, *hominem ferocem & rapacem inſtar belluæ fuiſſe, atque hinc nomen accepiſſe* comminiſcatur, nulla ejuſdem, cladem omni modo vindicaturi, mentio deinceps occurrat. Ut adeo redux, vel ex accepto vulnere, vel ex adverſa valetudine contracta, non multo poſt mortuus fuiſſe cenſeri debeat. Prius tamen, quam deceſſerat, Geyzam (*ſive Gregorium, Cf. Not.* 75. b.) & Miskam (*Polonorum Miſcislaum vel Michaelem*) filios, e Cumana uxore (*Anon. Not. C.* 57) ſuſceptos, ac pueritiam vixdum egreſſos, Phales, Palatinorum Principis (*Cf. Not.* 9), tutelæ ita commendatos fuiſſe dubitari nequit, ut Geyza quidem in Monarchia Hungarica ſibi, Miska vero Cisdanapranæ Patzi acie; Ducibus ejuſdem, prout etiam Transdanapranæ, partim Auguſtana clade hauſtis (*Cf. Chron. Bajoar. ap. Kat. H. D. p.* 460 -). partim propudioſa fuga domum elapſis (*ibid. p.* 466) Comitibus, omni Caſtrorum ac poſſeſſionum ſuarum dominio exutis, quod veterum inſtituto (*Part. I. Tit.* 3) ſervire nollent, vagis (quorum nempe poſteri, hodierni Zingari (*Cf. Turótz. C.* 9. *& hujus continuation. ap. Kat. l. c.*), cladis hujus memoriam retineat,) a morte ſua ſuccedant, prout etiam Aloldo perhibente, Hungaros, Urzo (*Toxo*) mortuo (*ibid.*) Geyzam elegiſſe, Miskam vero ſive Miſcislaum primum, ita dictæ Poloniæ Ducem fuiſſe, conſtat, quorum utrique ſuos adoleſcentiam ingreſſi, Principatus occuparunt. Hac occaſione Svetoslaus quoque, Igeri filius, Albæ Ruſſiæ Princeps, & Geyzæ cognatus, duo tranſdanaprana Patzinacarum Themata, ſcrius nomine Regni *Lodomeriæ* ut *Ruſſiæ Hungaricæ*, venientia *Kiovienſem* quippe ac *Suſdalenſem* Regiones, quarum prioris, ad utrumque Tanaim ſuperiorem extenſæ, in occiduo limite *Kiovia*, poſterioris autem *Vlodomeria* Metropoles (*Cf. VI. & Not.* 63. *p.* 164. b. c. d.) erant,

gium Naturali & Canonica æquitate fulcitur ; volumus & auctoritate præſentium declaramus , ut idem Præpoſitus de Scypes, recipiendo Decimas ſuas tam majores quam minutas in frugibus, pro diverſitate ſpecierum, ex diverſis ſeminibus productarum, cum Decimæ ex Divina lege neceſſario ſint ſolvendæ , liberam habeat facultatem , prout etiam in Privilegio felicis recordationis Domini Philipi Archiepiſcopi Strigonienſis, prædeceſſoris noſtri, plenius continetur. Datum Strigonii in Feſto Pentecoſtes Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo.

LXVII.

Ladislaus IV. Decimas tributi Scepuſienſis, quas, pravis aliorum conſiliis perſvaſus , aliquamdiu dari vetuerat , Lodomerio (86), Strigonienſi Archiepiſcopo, reſtituit & ſtabilit. A. D. 1289.

EX AUTOGRAPHO, quod RR. D. Pray in Specim. Hierarch. P. I. p. 135 *producit.*

NOS Ladislaus, Dei gracia Rex Hungarie, memorie commendantes, ſignificamus, quibus expedit univerſis preſencium, per tenorem : Quod, cum Venerabilis Pater

erant, jure Hungarico gubernandas accepit. Verum illato ſubinde Græcis bello , qvum de felici ejuſdem exitu deſperaret , non modo ad propudioſam Hungaricis , quæ habebat , auxiliis, cum Joanne Tzimiſce Imperatore ineundam pacificationem ſe immiſit, verum etiam Geyzæ ſummo Hungarorum Principi perfidus , in numerum amicorum & ſociorum , data fide publica , recipi ſuſtinuit. Quapropter Anno. 971 ad ſua per Patzinacarum ſive Cumanorum Regionem redux (*Cedr. ap. Strit. T. III. p.* 941 & 1007 -) paratis, ipſum exſpectantibus, inſidiis, oppreſſus & occiſus eſt.

q) Ex his & aliis, quæ partim de Cumanorum ſeptem Ducum Almo adhæſione (*Cf. N.* 1. *fin.*), partim vero de Kuthceno, Cumanorum Duce (*VI. & Not.* 13. k. m.), alibique de veterum Cumanorum & Patzinacarum ſedibus pro re nata retulimus , manifeſte patet , Cumaniam Hungaricam , ab aliqua Patzinacarum parte ac ſubinde a Tataris Nogaicis infeſſam, inde a Caucaſo Pontico per totam borealem Ponti Euxini Regionem, incluſa palude Mæotica uſque ad Ultraſilvaniam, incluſa itidem hodierna Beſſarabia & Moldavia extendi, ut adeo extimam veterem ad Iſtri oſtia Galiciam (*Cf. Not. 9. p.* 11. *fin.*) complexa fuerit. Cumaniæ huic , Regni Hungariæ Parti , quam a Septemtrionibus Lodomeria , ſeu Ruſſia Hungarica excipit , non hodiernum , Cumanis noſtris Tibiſcanis proprium , quod Leonem , in campo cæruleo duobus pedibus inſiſtentem, præfert , verum vetus illud inſigne , quod Rittero docente (*ap. Bomb. Topogr. Hung. p.* 313) ſcutum , duabus aureis trabibus oblique tripartitum , in rubeo campo interno album lupum, currenti ſimilem , reliquis duobus extimis campis cæruleis, repræſentat, congruere patet.

86) Clara (*inquit Cl. Schmitt in AEpp. Strigon.*) & potenti familia natum Lodomerium ;

Lodomerius, Dei gracia Archiepiſcopus Strigonienſis, perpetuuſque Comes Loci ejuſdem, dilectus & fidelis noſter, ab eo tempore, quo per ordinacionem ſeu proviſionem Apoſtolicam (contra vetuſtam Juris patronatus conſvetudinem, e claris Tituli II. Partis II. tenoribus elucentem) in Strigonienſem Eccleſiam eſt translatus, apud noſtram Excellenciam diucius inſtitiſſet, ut Decimam tocius tributi noſtri de Scepus (quod in auro, pro terragio pendi ſolito, & lucro Cameræ (Cf. Emerici p. 192 & Stephani p. 108 Privilegium, nec non XXIV. p. 93. XXV. p. 94. XLIX. p. 225), in cambio auri & argenti crudi, conſiſtebat), de

---

& Principum Ruſſiæ ac Radislai, Haliciæ Ducis, ſanguini (*Cf. Not.* 43. *p.* 86. i. & *N.* „ 63. *p.* 149. k. l.) immiſtum, vetuſta MSS (*quæ utinam cum aliis ejuſdem generis,* „ *magno Hiſtoriæ patriæ diſpendio non occultarentur*) fidem faciunt. Literis percultus in „ Aula Regia (*Belæ IV.*), poſtquam ſe aris dicavit, Budenſem Præpoſituram (*Cf. Not.* „ 72. *p.* 195. a.) obtinet. A. 1265 Stephani, junioris Hungariæ Regis, Ducis Tranſſilvaniæ, „ ac Domini Cumanorum Vice-Cancellarium (*Cf. Kat. T. VI. p.* 445.) egit, tum guber- „ nandæ Varadienſi Eccleſiæ admotus, decennio munere iſthoc præclare functus, Religione per „ Hungariam (*Ritu Græco inde a Clade Tatarica invaleſcente*) nimium affricta, gravi „ judicio Philippi, Apoſtolici Legati (*Cf. Not.* 72 *p.* 204-h. i.-), propenſaque Ladislai „ Regis voluntate (*ex præmiſſo Diplomate contrarium eruitur, rerum porro adjuncta* „ *produnt, Ladislaum ideo infenſum fuiſſe Lodomerio, quod Ritum mutaverit*), „ Strigonienſem tiaram capeſſivit. " Atque ut grandem illum, quem Ritus Græcus, inde a Bela III. (*Cf. Not.* 72. *p.* 195-) in Latinum transformari quæſitus, ad poſteriores quoque, a Tatarica clade Partium, Hungariæ adnexarum, ac diſerte occidnarum ſub Bela IV. Stephano item V. involutiones, ipſamque Ladislai Cumani educationem habebat, influxum hoc loco perſtringamus,

a.) Stirienſium conſpirationes (*inquit Pernoldus ap. Kat. T. VI. p.* 264.) contra „ Ducem ſuum (*melius Banum*) Stephanum Ungarum (*Cf. Not.* 53. *p.* 101. a.) oc- „ culte fovens Ottocarus (*quem alii Odoacrum* (Cf. Not. 55. p. 110.-114. p. 31. c.) „ *Hunnice rectius vocant*), & non deſinens Philippum (Carinthiæ Ducem, electum Saliſ- „ burgenſem AEpiſcopum ab Alexandro Pontifice hoc eodem anno 1257 exauctoratum) juvare, „ contra quem (*velut Juri Hungarico a Friderici Auſtriaci cæde* (Cf. Tab. gen. p. 236. „ Col. IX.) *inhiantem*) Bela erat, futuri belli ſemina jecit. " Hoſtilitates anno inſequente 1258 erupiſſe, Kerchelichius e MSS. Ritterianis, Levakovichianis & Joannis Archidiaconi de Cherche, notat; quas RR. Prayus ex Germanico Hornekii Chronico narrat (*Ann. Reg. H. P. I. p.* 298). Uterque ſeditionis auctorem facit Zefridum Merenbergenſem, & Hartnidum Petovienſem, cujus inſidiis, parum aberat, quin Stephanus Banus, balnei gratia Marpurgum profecturus, interciperetur. His ille, trajecto Dravo, feliciter elapſus, ac ad Belam delatus, eum ad obſidendum Petovium cum Stephano filio, Stiriæ Duce, qui, perfidiam Stirienſium advertens, Grecio ad Patrem ſe contulerat, permovit & adduxit. Quumque jam obſeſſi deditionem paraſſent, inter-

de Jure communi & approbata conſvetudine Regni noſtri, Archiepiſcopatui Strigonienſi debitam, & per nos hactenus denegatam (cujus exemplo etiam Slavi ſeu Rutheni (Cf. XXXVII. & Not. 64. p. 151. XXXVIII. p. 154. Not. 72. p. 206. k. XLVIII. p. 223 & F. p. 224. LX. p. 262), ad Græcum Ritum redeuntes, Decimas frugum Latinis Curionibus denegare cœperunt), aſſignare in perſona ipſius Venerabilis Patris Archiepiſcopatui Strigonienſi perpetuo integraliter dignaremur; Nos quibuſdam (qui nempe Græcum Latino Ritui præferendum cenſebant) ſapientibus

---

intervenit Ulricus, Salisburgenſis, recenter conſtitutus ab Alexandro IV. AEpiſcopus, allatiſque Pontificiis literis, poſt multas preces, Oppidum ab excidio liberavit. " Conventum (*ſcribit Prayus l. c.*), ut Petovium pro tribus marcarum millibus, pacto pignoratitio Hungaris traderetur; cautum tamen ab Rege (*Ottocaro*) de Oppido reſtituendo, quamprimum pignus dilutum eſſet. " In his itaque rerum adjunctis Bela, debilitatis a clade Tartarica viribus, ſibi Bathum vel Telepugam, Tatarorum ſive Cumanorum, Hungaris homologorum, Principem, cujus filiam, recte ſub Tatarico anni 1243 receſſu in Hungaria natam, Matre puerpera, ſubinde ad ſuos dimiſſa, velut captivam (*Cf. Pachym. ap. Stritt. T. III. p.* 697), & pacis obſidem, in Aula ſua, Eliſabetha nomine indito, educaverat, conciliaturus, conſilium iniit, eandem, cui titulo dotis, ab ejiciendo rebelle Ottocaro, Auſtriam, Stiriam & Carinthiam deſtinabat, filio ſuo Stephano collocandi, ac per matrimonium hoc auxilia impetrandi. Quidnam Bela hoc in merito Pontifici, cujus, prout aliorum Deceſſorum conatus omnes eo pertinebant, ut Latinus Ritus per Latina Principum Hungariæ connubia propagetur, ſcripſerit, e ſubnexo Alexandri IV. Reſponſo utcunque patet, quod ſic habet:

b) Belæ, Regi Ungariæ illuſtri. Qvum inter alia Regna Mundi, quæ fidei obedinat Chriſtianæ, Regnum tuum ſincera in Deum & ſanctam ejus Eccleſiam devotione claruerit, -- neſcimus, quæ ratio cogitationi tuæ ſvadere potuerit, maternum Apoſt. Sedis affectum, -- unquam in tuis neceſſitatibus voluntarie tepuiſſe. Præterea illa pupugit querela Cor noſtrum, quam literarum tuarum, & porrectarum nobis, per dilectum filium M. Paulum, Præpoſitum Eccleſiæ *Albenſis*, Capellanum noſtrum, Nuncium tuum, Virum utique literatum, providum & prudentem, ex parte tua petitionum præfatio continebat, licet credamus, eam non ex jactura læſi animi, ſed ex libertate filialis confidentiæ proceſſiſſe. Habebat namque præfationis continentia memoratæ, quod licet olim Regno tuo, ſæva Tartarorum rabie (A. 1241 -) laceſſito, tu, ut populi tui reliquiæ ſalvæ forent, a felicis record. Gregorio Papa, Prædeceſſore noſtro, contra eoidem Tartares - auxilium poſtularis, idem Prædeceſſor, quaſi tuæ ac Patrum tuorum, claræ devotionis, oblitus, ſtragi populi tui etiam verbo compati noluit, nedum facto. -- Et quamvis poſt obitum ejus, Apoſtolica ſede vacante, S. R. E. Cardinales tibi conſolatoria, ut dicis, promiſſa tranſmiſerint, quod eadem Sedes, poſtquam ei foret divinitus de Chriſtiani populi Paſtore proviſum, ad profligandas de tuis finibus (*Cf. Not.* 63. *p.* 149. l.) nationes infeſtas, opportunam ſolicitudinem adhiberet; tibi tamen, etiam poſtquam Deus Eccleſiam ſuam ſummo Pontifice (*Innocentio utpote IV.*) ordinavit, ex ſpe data res aliqua non provenit: quin potius inde addita eſt, afflictis afflictio & mœſtitiæ luctuoſis, (*dum idem Innocentius IV. Friderico Auſtriaco, Auſtriam, Stiriam,*

bus injuſta, communique Juri & generali conſvetudini Regni noſtri contraria malicioſe ſuggerentibus, aſſignacionem ejuſdem Decime diſtuliſſemus per tempora longiora, tandem urgente nos conſciencia, in Convocacione & Parlamento publico Regni noſtri (ſive Comitiis, adverſus Albertum, Auſtriæ Ducem, Hungaros bello impetentem, congregatis), per Venerabilem Patrem Johannem, Dei gracia Archiepiſcopum Colocenſem, & complures Epiſcopos, Barones & Nobiles Regni noſtri, de Jure ipſius Archiepiſcopi & Eccleſie Strigonienſis, quantum ad predictarum debitum Decimarum, ſufficienter edocti fuiſſemus, ipſam Decimam totalis Telonei, ſeu Tributi noſtri de Scepus, ipſi Archiepiſcopo, ipſiuſque ſucceſſoribus contulimus, tradidimus, dedi-

---

riam, Carinthiam & Carnioliam, ab Hungaria emancipare ſatagenti, conniveret; eo autem cæſo, ad Provincias illas, veteri Hungarico juri conjungendas, nihil ageret, quin potius Ottocaro faveret; Danieli Ruſſo Regiam cum Lodomeria Coronam attribueret; collationem Beneficiorum eccleſiaſticorum, Regibus Hungariæ convenientem, imminutum iret) unde relevationis conſolatio ſperabatur. Poſtulans ergo tibi contra ingruentes eorundem Tartarorum (*ſpretis apoſtolicis Innocenti IV. monitis* (Cf. Kat. l. c. p. 65.), *Græcæ potius, quam Latinæ Eccleſiæ adhærentium*) inſultus, nunc ſaltem Eccleſiæ conſiliis & auxiliis ſubveniri, expreſſiſti, ſicut placuit, quod ipſa in priori diſcrimine te deſernit & contempſit. -- -- Adjeciſti præterea, quod, qvum ad reſiſtendum tantis hoſtibus (*omni ex parte conſpirantibus*) non tibi ſufficiant vires tuæ, ſi dictæ Sedis auxilio modo finaliter deſtitui te contingat; cogeris, licet invitus & dolens, cum illis (*Tartaris*) pacis & unionis fœdera copulare, ad quæ ipſorum monitis & precibus pluries invitaris. Offerunt enim tibi, ſicut tuæ narrationis ſeries continebat, ut, ſecundum optionem tuam, vel filio tuo (*Stephano*) filia Principis Tartarorum (*nubilis quippe obſes Eliſabetha*), vel filio ejus filia tua (*quarum plures Bela habuit*) matrimonio conjungatur. Venire tamen in fœdere pacis debet expreſſa conditio, ut filius tuus (*Stephanus*) cum quarta populi tui parte præcedat eoſdem Tartaros ad exterminium populi Chriſtiani (*Latini*), habiturus jure belli quintam de ſpoliis & bonis, quæ ſubactis vel deletis Chriſtianis (*Latinis*) invaſerint, portionem. Addito, quod ab ipſorum tributo vel cenſu habearis immunis, & illa multitudo non introeat fines tuos; ſed & nunciorum comitiva, quos tibi ab eis aliquando negociorum exigentia ſvaſerit deſtinari, centenarium numerum non excedat. Præter alia, quæ aſſeruiſti, ſilenda potius quam dicendà; -- abhorrere tamen deberet Chriſtianiſſimus Princeps, etiam Regna quælibet mundi, etiam denique vitam propriam & ſuorum, Regnis temporalibus præferendam, ſibi tam deteſtabilibus, tamque probroſis compendiis præſervare. --

c) Abſit igitur a te, Fili cariſſime, ut pro quocunque temporulis fortunæ vel ſalutis vitando periculo ea unquam infamiæ nube obſcurari conſentias Caritatis tuæ titulos, aut eo maculari perpetuæ ignominiæ opprobrio celſitudinem Regni tui, quod abruptus a corpore fidelium (*Latinorum*), & fœdo fœdere infidelibus (*Græcum ſchiſma profeſſis*) nationibus copulatus, fias de propugnatore Chriſtiani nominis fidelium (*Latinorum*) impugnator. Vide quan-

tum

dedimus & assignavimus in presencia tocius Congregacionis Regni nostri, integraliter, & irrevocabiliter percipiendam pleno Jure. Datum prope Füen (ita Germanorum Favien (Cf. Not. 55. p. 113. c.) seu Fabianam Anonymus Ladislai Regis Notarius Castrensis, cæso ex insidiis Thoma, Vaciensi Episcopo, ejusdem Cancellario, vocat, quam tamen Theodorus, Albensis in Transilvania Præpositus, & Vice-Cancellarius, alibi diserte Civitatem Viennensem appellat). In Vigilia Beati Johannis Baptiste, anno Domini Millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

O o LXVIII.

---

tam odii præpares materiam, si adversus domesticos fidei (*Ritus Latini*), quam professus es, in arcum pessimum, quod dictu est horribile, vertereris; & per te ad impugnandos alios Principes & populos Christianos (*Latinum Ritum sectantes*), barbaris nationibus aditus panderetur. Sed esto, quod ad evadendum quæcunque diserimina posset absque pudore confessionis admitti remedium hujusmodi pactionum: credendum est tamen, illud non salutem tuam, vel Regni tui, sed periculum continere. Potes enim argumentis evidentibus dijudicasse, quod prædicti Tartari per infidiosas pactionum tendiculas plures gentes (*Cf. Not.* 13. *p.* 18.) seduxerint in laqueos inexplicabilis pactionis. Illo prærogativæ privilegio apud eos gaudere non poteris, ut tibi promissorum, conventorumque suorum fervent constantiam, quam aliis non observant. Certe nempe fidei vinculo teneri nequeunt, qvum veram fidem non habeant, (*Ecclesiæ Romanæ*) infideles; quia nec ipsi Religionis nostræ Sacramentis judicant pondus auctoritatis inesse, nec Sacramentis gentilium (*Schismaticorum*) indubitatam fidem homo adhibet (*Latino-*) Christianus. Matrimonii quoque nexus nec Christiano Paganum, nec Christianum Pagano conjungit (*cujus exemplum in Ottocaro, Margarethæam Austriacam, & in Friderico, Austriaco* (Cf. Tab. gen. p. 337. Col. IX. & Kat. T. VI. *p.* 329.) *Sophiam Græcam repudiantibus, prostat*); qui etiam inter ipsos Paganos, etsi verum sit, tamen propter defectum fidei (*ac repudium* (Cf. Not. 73. p. 211. *etiam viris admissum*) non est ratum & inseparabile apud eos matrimonii Sacramentum. Si ergo, quod absit, filium (*Stephanum*) vel filiam tuam contingat gentilis connubii contagio maculari: ex hoc utique facto, quod non Juris effectum, sed solam Creatoris tui contumeliam continebit, fœderi pacis aut pactionibus mediis nihil proveniet firmitatis: & sic, qvum nonnisi in Domino lex Christiana permittat nubere Christiano; filius vel filia tua cum infideli uxore vel viro execrabilium nuptiarum infame ac captiosum contubernium sortiretur, & peribit, proh dolor! in obscœno adulterini thori volutabro lugenda eo tempore soboles Principis Christiani. Execrare igitur, Christe Domini, -- -- . Non ferat indigne Sublimitatis Regiæ altitudo, si de mille Balistariorum (*Cf. N.* 84. *p.* 273) subsidio, quod a nobis inter cetera postulasti, non est tibi eo, quo requisisti, ordine satisfactum; quia multo majus auxilium ex iis, quæ nunc tibi a Sede Apostolica conceduntur, credimus proventurum. -- Acceptum quoque pietati Regiæ forte decet, quod a necessitate præstandi quintam proventuum, templarios & alios religiosos Milites (*quibus nempe Bela Rex A.* 1247 (ap. Kat. T. VI. p. 94.) *terram Zeurinensem cum alpibus; Kenezatus item* (vel Ducatus) *Johannis & Farcasii* (Volfgangi) *usque ad*

fin-

LXVIII.

Detbor, Herbordus, Simon & Langeus, Detrici filii, cum permiſſione fratrum Detk & Stephk, hereditariam poſſeſſionem ſuam Saxonibus de S. Ladislao (*Quintoforo*) pro CLXX marcis argenti perennaliter vendunt. Anno Domini 1289.

EX AUTOGRAPHO, apud Quintoforenſes Oppidanos olim habito.

CAPITULUM Eccleſie Sancti Martini de Scepus, univerſis Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in ſalutis Largitore. Quoniam oblivio novercatur memorie, dignum eſt ut acta temporaliter ſcripti patrocinio fulciantur. Proinde ad

fluvium Oltæ, excepta terra Kenezatus Lytmy (Cf. LIII. p. 238) *Vojavodæ, quam Olabis reliquit; porro ab Oltæ fluvio & alpibus Ultraſilvanis totam Cumaniam, excepta terra Senoslai Vojavodæ, quam pariter Olabis reliquit, denique maritimam Civitatem Scardonam cum prædio Peczatb, & terram Voyla* (cujus memoriam Vojlovizenſe infra Pancſovam Clauſtrum retinet) *juxta Danubium, non longe a Zemilen* (Zemlin) *exiſtentem, a Caſtro de Craſſou exemptam* (unde patet hodiernum inſitarem Diſtrictum antea Comitatus Kraſſovienſis partem fuiſſe) *ea ratione contulerat, ut poſt XXV. annos medietatem omnium proventuum Fiſco Regio adminiſtrare, ac ceteroquin hoſtibus, Regnum invaſuris, quintam; ſibi vero cum exercitu contra Bulgariam, Græciam & Cumaniam proceſſuro, tertiam omnium, ad bella babilium, partem opponere ſtatuereque teneantur; interea vero annuas mille marcas argenti* (Kar. l. c. p. 271), *adhuc ab Andrea, Patre ſuo, eiſdem, Hieroſolymitanum hoſpitale tunc incolentibus, ex ærario Regni perpetuo pendi ordinatas, præſtare interniſerat*) -- eſſe volumus in genere factæ tibi a nobis conceſſionis exceptos: quos nihilominus, ut in imminentis neceſſitatis articulo circa defenſionem Regni tui, quæ ſuam continet, Regis laboribus adeſſe procurent, exhortationibus & mandatis Apoſtolicis excitamus. — Non inſuper illa ſuggeſtio debet movere cor tuum, quæ ſenſibus Regiæ Serenitatis immittitur; videlicet, quod prædicta Sedes (*a tempore, quo Latinus in Hungaria Ritus univerſe deſigi cæpit*) maxime in extraneorum proviſionibus nimium gravaverit Eccleſias Regni tui, propter quod, ne id de cetero fieret, ſupplicaſti: ſicet vix Regnum ſit aliud in orbe terrarum, cui minus competat hujuſmodi querela, quam tuo (*diverſis Ritibus & Nationibus implicito*). Eccleſias igitur ipſas gravaſſe non credimus, quam maturitas dictæ Sedis tantam hactenus modeſtiam obſervaverit, & deinceps ibi & alibi obſervare proponat in Beneficiis concedendis, ut exin-

de

ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire; quod constitutis coram nobis personaliter Detbor, Herbordo, Symone, & Langeus, filiis Detrici ex una parte, Geublino, Detrico, Balistario (*Cf.* V84 *fin. p.* 273) Gochalco, pro se ipsis & pro aliis universis Saxonibus de Sancto Ladizlao ex altera, iidem Detbor, Herbordus, Symon & Langeus possessionem ipsorum hereditariam de voluntate & consensu, ac ex permissione fratrum suorum Detk & Stephk videlicet, ac aliorum cognatorum suorum, seu commetaneorum cum omnibus utilitatibus & pertinenciis suis Geublino, Detrico, Balistario, Gochalco & aliis universis Saxonibus de Sancto Ladizlao supradictis, ipsis & eorum heredibus, heredumque suorum successoribus, perpetuo pacifice & quiete possidendam pro centum & septuaginta marcis argenti (quarum scilicet singulæ, gravis ponderis (Tit. 28. & 72. II) quaternos; levis autem ponderis marcæ, singulos florenos aureos (Tit. 82. II. Cf. Not. 20. p. 41) constituebant) vendidis-

---

de nulla cuiquam justæ murmurationis materia relinquatur. -- Datum Anagniæ, II. Idus Octobr. Anno V. (1259).

d) Priusquam Bela responsum hoc Pontificis accepisset, Stephanus ejusdem filius, Stiriæ Dux, non tantum Rex junior Hungariæ coronatus jam fuit, verum etiam cum Elisabetha Cumana copulatus, Petovii consedit. Diploma enim, Seizensibus Carthusianis (*ap. Kat. T. VI. p.* 299) elargitum, ita incipit: *Stephanus, Dei gratia Rex, primogenitus illustris Regis Hungariæ & Dux Stiriæ &c. Datum A. D. MCCLIX.* quum hactenus tantum Stiriæ Dux appellaretur; Cosmæ autem Pragensis Continuator (*ibid. p.* 265) hæc perhibet: " Petovia Castrum, in quo (junioris) Regis Stephani uxor, natione Cumana, Sacramentis tamen fidei initiata, personaliter tunc (*Marito ejusdem* (ut Chronicon Austriacum ibid. p. 302. ad A. 1259 notat) *Carinthiam armata manu intrante & incendiis vastante*) manebat, cum Civitate & paucis quibusdam aliis Castris ad tempus remanserant in dicti Regis Stephani potestate. " Pernoldus denique (ibid. p. 302-) MCCLIX. Stirienses in Hungaros insurgunt, & omnes exceptis, qui in Petovia fuerunt, sive occidunt, sive pellunt intra paucos dies ipsa hieme, & Legatos ad Ottokarum Viennam mittunt, Ducatum illi deferentes. Statim vero ipse in Stiriam venit, sed sine exercitu, ne pacem violasse culparetur. A. MCCLX. Permisit Ottocarus, ut, ineunte vere, ambo strenuissimi Comites Hardekkenses (Conradus de Plaigen & Crasto de Slennucz Austriaci) & mille viri electi, quasi ultro & propria voluntate, pecunia Stirienssium conducti, quod ipse clam disposuit, vicinis auxilium ferrent. Quod audientes Ungari, Stiros agressi, quum non satis numerosi essent, sponte recesserunt. " Ottocaro fœdus Belæ, cum Batho percussum, illico innotuisse, patet ex eo, quod idem, testante (*Cf. Not.* 53. *p.* 100-) Monacho Paduano, *tam propria fretus virtute, quam Principum Alemanniæ, qui magnum ei auxilium præbuerant, processit illi* (Belæ) *obviam cum ingenti multitudine electorum, & ex oppositio fixit castra super fluvium Morava.* Optime Marignolius Bohemus belium hoc exposuit (*ap. Kat. l. c. p.* 311): " Inter Principes Boemie & Ungarie " (*Italismus ex omissione aspirationis* h, *a Latinis adoptatus, vel hinc elucet*)

" sub-

ſe ſunt confeſſi, quas ab eiſdem plenarie ſe dixerunt recepiſſe, eo jure eaque plenitudine, ac libertate, quibus ipſam poſſeſſionem Detbor, Herbordus, Symon & Langeus prenotati dinoſcuntur poſſediſſe. Cujus quidem mete ipſius poſſeſſionis hoc modo diſtingvuntur: prima meta incipit a parte Orientis circa viam, per quam itur de Luche ad Sanctum Georgium juxta rivulum, qui Mortunpataka dicitur; dein tendit verſus partem meridionalem, ad unum montem & in principio ejuſdem montis eſt meta terrea, & dein aſcendendo ſupra montem, circa rubum, & in cacumine ipſius montis in medio rubi eſt alia meta terrea, & dein directe tranſit per montem, & in deſcenſu montis eſt meta terrea, que dividit terram Baliſtarum & Folcus a terra filiorum Detrici & dein vadit in vallem, & in fine ipſius vallis eſt meta, circa unum deſtructum cellarium, & dein tendit in latere montis, & deſcendit ad rivulum, qui Pitine vocatur, & in rivulo aſcendendo perparum uſque ad novam metam contra partem occidentalem, & dein aſcendit ad montem verſus partem aquilonarem, ubi eſt lapis naturalis, & dein di-

---

„ fuerunt aperte inimicitie publicate, & ſacro quadrageſimali tempore (A. 1260) uterque contra „ ſe exercitus produxerunt. Verum quia vite neceſſaria & maxime equorum pabula defecerunt; „ coacti ſunt Principes treugas (*inducias*) componere, uſque ad feſtum B. Johannis Bapt. & quidam (*utique Hungari, juſtam fovente cauſam*) ſperaverunt de pace. Appropinquante fi„ ne termini treugarum, Rex Stephanus proditorie ſe preparat, ſi poſſet primos occurrentes „ invadere, Caſtra Ven. Eppi Brunonis Olomuncenſis (*Hungaris, ut poſteriora docebunt, i„ nimiciſſimi*) & Henrici Sleſie & Wladislai Opolienſis Ducum. -- Devenit autem per erro„ rem nocturnum in mane ad locum, ubi Rex Boemie cum ſuo exercitu debuit congregari contra „ predidium, quod Laha (Cf. LXIII p. 275) nominatur, in pratis, in quo loco jam erant primi, inclite „ genere, -- fratres uterini, Otto & Conradus, Comites de Ardek (*ſupra melius Hardek*), „ quibus cvum ſvaderetur, quod uſque ad adventum exercitus Boemorum ſe juxta Lavam in Ci„ vitatem recolligerent: -- illi -- facere noluerunt. -- Interim dum exercitus Dominorum Olomun„ cenſium & Boemorum Procerum convenirent, inſonuit vox in Caſtris, Cumanos prope eſſe. „ Facto ergo tumultu, Boemi -- per ordinatas acies in campum exeunt pugnaturi. -- Qvumque pre„ dictos inclitos bellatores Catoldum & duos Comites (*Hardek*) & alios inveniſſent jacentes „ in via mortuos & nudatos, pavore concuſſi Boemi obſtupuerunt, & facti ſunt muti, quaſi lapis. -- „ Qvumque hoſtes ſubſiſterent & acies ordinarent; tanta ſubito facta eſt obſcuritas aeris, gran„ do, fulgura & tonitrua, quod verſi ſunt hoſtes in fugam, nemine perſequente. -- Qvumque „ fluvius Moravie, quaſi apertis celi cataractis inundaſſent, plurimi hoſtium ſunt ſubmerſi. Ni„ hilominus tamen propter lugubrem caſum (*a Cumanis cæſorum*) -- uſque ad deſperacionem „ deficitur exercitus Chriſtianus (*Latinorum*); & nihil agitur, niſi de ſepultura. O quantus „ luctus omnium! O quanta lamenta! -- Fuit ergo dies hec dolorosa & amara valde. Prædictus „ ergo Boemorum Dux & Princeps exercitus Chriſtianorum (*Hungaros igitur, horumque „ auxiliarios, pro Chriſtianis autbor non habet*) terrore concuſſus, libenter ad propria „ remeaſſet, niſi vilitatis notam incurrere timuiſſet. Suſpirans ergo & ejulans, convocat Princi„ pes, & quid facto opus ſit, ſagaciter inveſtigans, -- oritur per occaſionem cauſa ſalutis. Nam -- „ in dominica die -- infra octavas Apoſtolorum Petri & Pauli -- concurrentibus Domino Philip„ po, quondam Salisburgenſium electo, & fratre ſuo, illuſtri Duce Karinthie, & Duce Stirienſi, „ ex communi conducto, Principis Boemie & aliorum acies ordinantur, & ſub vexillo Martiris

Wen-

directe vadit per eundem montem per magnum ſpacium, ubi eſt iterum meta terrea, & dein tendit verſus villam Mohol (Mahalfalva), & ibi eſt meta retro Ortum, & dein aſcendit directe uſque ad finem ipſius ville per magnam viam, que venit de villa Compoſiti (Kápoſztafalva) ante Curiam Stephk, & ibi eſt meta in via, & dein per eandem viam aſcendit uſque ad metas Pocoy (*Cf. XXXIV*), totum tamen contra partem aquilonarem, de metis autem Pocy tranſit ultra magnam viam, que venit de Kaſmarc ad Sanctum Ladizlaum verſus partem orientalem ad diviſionem viarum, & ibi circa minorem viam eſt meta, & dein tendit ad partem meridionalem ad unum puteum, & dein directe vadit uſque ad metas Chanta (Cſenczciz), & ibi tranſit rivulum, qui Mortunpataka nuncupatur, iterum verſus partem orientalem ad metas Mortun per parvum ſpacium uſque ad magnam viam, & per ipſam viam tendit ad partem occidentalem, &

„ Wenceslai Dux inclitus, vallatus exercitu, montem contra hoſtes (*imo potius contra obſervatam aquarum eluvionem*) aſcendit. Quumque Manaym, id eſt, Caſtra Domini, cum preſidio Angelorum infideles (*Hungari horumque auxiliares*) aſpexiſſent; timore concuſſi, omnino fugiſſent, niſi remedium Chaos, id eſt, fluminis intermedii (*eluvionem*) percepiſſent: nihilominus tamen tantam dedit Deus victoriam populo Chriſtiano (*Hungaris horumque auxiliariis, aquarum voragine hauſtis*), quod melius, quam per ſcripturam, intelligetur ex Epiſtola ſubſequenti;

e) Sanctiſſimo in Chriſto Patri ac Domino Alexandro, Dei gracia Sacroſancte Romane Eccleſie ſumme Pontifici, Ottocarus eadem gracia Dominus Regni Boemie, Dux Auſtrie & Stirie, & Marchio Moravie. Quia pium Paſtorem ſuarum a lupis liberacio ovium delectat, & benignum Patrem jucundum reddit cum ſalute proſperitatis filiorum; gravis belli, quod adverſus Belam & natum ejuſdem Stephanum, Hungarie Reges illuſtres, & Danielem, Regem Ruſſie (*ſeu Lodomeriæ Cf. Not. 43. p. 86. i.*) & filios ejus (*Galiciæ, in Palatinatus diviſæ Duces*), & ceteros Ruthenos (*Hungaricos, Carpatorum accolas*), ac Thartaros (*Cumanis, ad borealem Euxinum colentibus, unitos*), qui eidem in auxilium venerant, & Boleslaum Cracovienſem (*Poloniæ minoris*) & Lozkonem juvenem, Lanſacie (*Lenczicziæ Poloniæ majoris Cf. LXI*) Duces, & innumeram multitudinem inhumanorum hominum, Cumanorum (*Tibiſcanorum*) Ungarorum & diverſorum Sclavorum (*in Hungaria, diffuſorum*), Siculorum quoque & Valachorum (*Cf. ſupra c. fin.*) Bezzaninorum (*Biſſenorum ſeu Patzinacarum, pro quorum reliquiis, lingvam & mores Majorum ſuorum retinentibus, Tranſſilvani habebantur*), & Iſmahelitarum (*Cf. Not. 85. p. 289*), Schiſmaticorum etiam, utpote Grecorum (*Sirmiæ ulterioris, cujus Duciſſa Belæ Conjux Maria, Theodori Laſcaris, Græcorum Imperatoris filia, titulo inſcriptæ dotis, erat*) Bulgarorum (*Conſtantino Toecho*), Raſienſium (*Raſciorum*) & Boſnenſium hereticorum (*Stephano III. Uroſio, Belæ genero* (Cf. Acropolit. ap. Stritter. T. II. p. 742-750, & Not. 53. p. 101. Tab. gen. p. 237. Col. XI.), *jure Hungarico ſubjectorum*), auctore Deo geſſimus, & victorie, nobis date celitus, & poſt victoriam inter nos ex parte u-

ſic redeunt ad priores ꝛnetas, que ſunt juxta rivulum, qui Mortunpataka nuncupatur, & ſic mete ipſius poſſeſſionis terminantur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam preſentes conceſſimus Literas, Sigilli Noſtri munimine roboratas. Datum & actum in Paraſceve Domini. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono.

LXIX.

---

na, & dictos Reges ex altera, concordiè reformate proceſſum non abs re duximus P. V. previa veritate preſentibus declarandum. Sane qvum ad flumen, quod Morava dicitur, circa locum, a Caſtro & Oppido Hemburg duobus milliaribus diſtantem, -- cum noſtris exercitibus veniſſemus; dictos Reges & exercitus, eorundem illic Caſtra metatos, in oppoſita parte ripe invenimus ex adverſo. Sicque factum eſt, ut noſtra & adverſariorum Caſtra ſolus dumtaxat divideret fluminis meatus. Qvumque ſic loci poſicio ſe haberet, ut adverſariorum ſine irremediabili noſtrorum jactura votivum non poſſemus conſequi acceſſum, & pro reformanda inter nos & eoſdem Reges pace -- fuiſſet utrimque aliquocies multipliciter attemptatum; ipſis vero Regibus de die in diem & de hora in horam ſuas in diverſas variantibus voluntates, non reſtaret aliquis pacis locus, haud dubium inſtar Pharaonis, corda illorum indurante Domino alcionum; noviſſime unius duorum parti adverſe obtulimus opcionem, ut videlicet vel illa nobis cederet, quateus ad eamdem belli gerendi cauſa tranſire poſſemus (*paulo ſupra interim agnoſcit, ſe citra irremediabilem ſuorum jacturam flumen Morava tranſire nequiviſſe*) vel nos id Parti adverſe concederemus. E quibus -- Pars adverſa (*ſtratagemate Ottocari, optime gnari, magnos in hac fluviis cincta planitie circa hoc anni tempus exundationes fieri ſolere, inducta*) elegit, ut eiſdem locum tranſeundi daremus, -- quovis impedimento ceſſante, dicti Reges & eorum Bani & Comites threugas conſtitutas, & ſuis juramentis firmatas, per totum diem, beate Margarethe feſtum, proxime precedentem, & medietatem ipſius feſti diei (*XIII. Julii*) nobis -- remiſerunt. Verum iidem, ſua pacta & juramenta ſoliti violare, per vada inventa -- clam nocte ad noſtram partem cum omni ſuo exercitu tranſierunt. Et qvum diceremus: pax & ſecuritas; ſubito cum inenarrabili multitudine contra nos improviſos apparuerunt in campo. Et qvum in ſpe threngarum vix decima pars noſtri exercitus penes nos pro noſtre cuſtodia perſone remanſiſſet, eo quod plures de noſtris, tranſito Danubio, Oppidum Hemburg intraverant; -- hoſtes noſtri, fraude pleni, in modum ſemicirculi (*ad dextram ſcilicet confluentium Theyæ ac Moravæ amnium ripam*), per ordinatas acies nos cingentes, niſi Dominus (*vehemens aquarum eluvio*) adjuviſſet, vivos forſitan deglutiſſent. Igitur in tam inevitabili neceſſitatis articulo conſtituti, attendentes, poteſtatem eſſe celeſtem, & quoniam non multitudine exercitus, ſed de celo victoria datur, munere magni Dei; totam in adjutorio altiſſimi ſpem ponentes, in plurimos adverſariorum cuneos, data nobis de celo (*maximos imbres immittente*) fiducia, irruimus confidenter. Quos Deus per manus noſtras & noſtrorum, ymmo ſuorum militum exterruit, & proſtravit, & in fugam convertit, ita fugientibus cum impetu, & ſe invicem comprimentibus, dictus fluvius *Morava*, juxta ſui preſagii nominis ethimologiam, tamquam mare rubrum Egipciis, multo ceſorum ſanguine rubricatus, factus ſit in ſe ſubmerſis & intereuntibus *mortis via*. Siquidem in eodem flumine, fugiencium a facie Dei peccatorum (*Cf. XXVII. p. 98*) tanta perijt multitudo, quod per cadavera hominum & equorum, quaſi perfectos pontes, nonnulli ex noſtris ad

tur-

LXIX.

Vygandus, Præpositus Jaszovienſis, coram V. Capitulo Scepuſienſi ſollemnem ſuper eo proteſtationem interponit, quod Ladislaus Rex Monaſterii ſui portionem, fluvio Gölnitz adjacentem, Civitati ſuæ Gölnitzbánya, citra promiſſi concambii effectum, addixerit. Anno Domini 1289.

EX MSS. Vagnerianis ap. Kat. Hiſt. Regg. Hung. T. VI. p. 995.

NOS Capitulum Eccleſiæ S. Martini de Scepus, damus pro memoria, quod vir religioſus Vygandus, Præpoſitus de Jazow, in noſtri præſentia perſonaliter comparens, per modum proteſtationis nobis doloroſe ſignificari curavit ſuper eo, quod Sereniſ-

verſariorum Caſtra intrarent, occupantes currus, tentoria & expenſas, quoque precioſa ſpolia acceperunt. Quamvis igitur poſt triumphum, divinitus nobis datum, quemadmodum communiter videbatur, Regnum Ungarie noſtre dicioni potuimus ſubjugare, & idem in perpetuam premere ſervitutem, adverteates tamen, quod melius ſit bonum habere vicinum concordem, quam ſuperare & exterminare rebellem, -- cum participibus & proximis alti ſanguinis noſtri, dictis ſcilicet Ungariæ Regibus, & Domina Regina, & juvene Rege (*Boſniæ ac Duce de Machow, Radislai Galiciæ olim Regis ac totius Sclavoniæ Ducis filio, affine ſuo*) Bela, ſecundum oblatam nobis, a Magno Comite (*Palatino*) Rulando (*ſimul Comite*) de Poſonio formam, maluimus pacis federa reformare, quam vaſtando & debilitando Magnum Ungarie Regnum, ad idem & noſtri terras dominii Thartaris aditum aperire, provocare. Itaque compoſicionis formam, predictorum Regum, Regine & Ducis Bele (*junioris, Stephani quippe fratris, natu minoris*) ſigillis ſignatam, veſtro Apoſtolatui tranſmitteates, ſuppliciter petimus eamdem a Sede Apoſtolica confirmari, &, ut opere precium eſt, Apoſtolico in evum patrocinio communiri. " Verum petito huic Pontificem, quod Ottocarus Latinum Ritum inter Bohemos, Græco perinde Ritui potiſſimum addictos, ſimulaverit potius, quam promoverit, vix aſſenſiſſe credimus

(*) Stephanus proinde, pro eo, ut qua Rex junior & primogenitus Hungariæ, Stiriam antea ſuam, Auſtriæ & Carinthiæ acceſſione cumulare debuiſſet, poſt horribilem cum Patre ſuo Bela, eluvione aquarum, non gladiis hoſtium, acceptam ſtragem, ad Petovienſem inquilinatum redactus, una cum uxore Cumana iatime affligebatur, quum Belam, minorem natu fratrem, Dalmatiæ & Croatiæ; Danielem, paternum Conſocerum (*Cf. Not.* 63. *p.* 149. l.), Ruſſiæ ſeu Lodomeriæ; Leonem & alios, ejus filios, Galiciæ; Stephanum III Uroſium, Affinem ſuum (*Cf. Acropolit. ap. Stritt. l. c. p.* 749), Serviæ; ſororios denique ſuos Michaelem & Belam, Radislai Galiciæ olim Regis, filios (*Cf. Kat. l. c. p.* 412.) Boſniæ Machoviæque Regnis potiri videret, ſe autem, quaſi

reniſſimus Dominus noſter Rex Ladislaus de poſſeſſione Monaſterii ſui portionem poſſeſſionariam, in magna quantitate juxta fluvium Gylnych exiſtentem, ad montana ſuæ novæ Civitatis Gylnychbanya abſtuliſſet (*Cf. L.*) pro qua in concambium alias poſſeſſiones dare promiſiſſet, quod minime facere & adimplere ſuam promiſſionem curaſſet. Quare ſuam poſſeſſionem ſupradictam proceſſu temporis tam ipſe, quam ſui ſucceſſores, prout exponunt continentiæ Inſtrumentorum privilegialium Domini Belæ Regis, felicis recordationis, coram quibuslibet Judicibus, in Regno conſtitutis, vellet requirere, Juris ordine mediante. Datum in die Feſti Beati Jacobi Apoſtoli, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono.

LXX.

---

quaſi paterno-aviticis Regionibus extorrem ideo conſpexiſſet, quod ſemet Romanæ Sedi non perinde ita, ſicut prænotati Partium, Hungariæ adnexarum, Reguli, accommodaſſe videretur. Etiam Stephanus, poſthumus (*Cf. p.* 91. *Col. XIII. XIV*) Andreæ II. filius, Innocentii IV. præcepto, Italicis Prælatorum, Monaſteriorum (*Cf. Kat. l. c. p.* 72.) & Eccleſiarum ſtipendiis educatus, jamque matrimonio cum Catharina Veneta illigatus (*ibid. p.* 355), convenientem ſibi ex Hungaria portionem aſſignari ſollicitabat. In hoc itaque rerum ſitu, qvum Stephanus potiorem ſui proviſionem urgeret, Bela vero, Pater ejus, Tranſilvaniam, Batho, Tatarorum Principe, rem Generi ſui agente, jam occupatam (*ibid. p.* 331) offerret, Stephanus perfidorum Belæ ſubditorum ſvaſione inductus, exemplo Andreæ I. ac Belæ I (*Turótz. C.* 42) nec non Colomanorum I. & II. Regum (*Cf. p.* 91 *Col. IX. & Not.* 66. *p.* 146. e.), Hungariam intra ſe dividentium, totam orientalem Hungariam poſtulavit. Belam equidem ac Stephanum non ſtudiis duntaxat, ſed armis etiam & caſtris diſſenſiſſe teſtantur ſequentes (*ap. Kat. l. c. ad A.* 1264. *p.* 358) Literæ: " Reverendis in Chriſto Fratribus, Generali Ordinis Predicatorum, & „ Diffinitoribus Capituli generalis. Maria Dei gracia Hungarie Regina, Syrmie (*Cf. Not.* 64. „ *p.* 151, *quam nempe dotis titulo ſibi collatam habebat*) Duciſſa & Chriſti famula, a„ moris vinculum & devotam reverenciam. Etſi plurima miricula atque prodigia, que per felicis „ memorie Fratris Johannis, Epiſcopi Boſſinenſis, Generalis Ordinis veſtri, merita-commemo„ rantur, ego ſingillatim deſcribere non valeo; unum tamen qvod ejuſdem meritis in me factum „ eſt, nolo cum reliqvis ſilencio preterire. Sciatis igitur, quod, qvum perfidorum ſubditorum ſva„ ſione inter dilectiſſimum mihi Belam, Regem Hungarie Dominumque meum, ex una parte, & „ Chariſſimum filium noſtrum, Regem Stephanum (*Soceri ſui ſuppetiis adjutum*), ex a„ lia, magna eſſet coorta diſcordia, ita ut ad manus conſerendas diſpoſiti ex utraque parte ex„ ercitus jam eſſent e regione conſtituti, ego utpote Mater, utriuque afflicta & maximo metu „ perculſa, dicti Fratris Johannis opem imploravi. Qui eadem ipſa nocte cum alio bone memo„ rie Fratre Gerardo, Priore ejuſdem Ordinis, mihi apparuit: qvumque in tanta angnſtia, ut mihi „ prænominatum filium meum redderent, vehementer orarem; ipſe Fr. Johannes, impreſſo ſuper me „ ſigno Crucis, dixit: en tibi filium tuum, ut optas, reſtituimus. Itaque tunc e ſomno excitata, „ quantum mea fragilitas tulit, JESU CHRISTO, Domino Noſtro, & Glorioſe Virgini, ut „ par erat, gracias egi. Die vero illuceſcente, pervenit ad me curſor cum Literis Regis Hungarie, „ Domini mei, quibus ſignificabat, Regem Stephanum, filium meum, ſe omnino Patri dedidiſſe, „ paratum efficere, quidquid illi collibuiſſet. Placuit ergo meis hiſce Literis hujus Viri ſanctiſſi-

mi

LXX.

Cunegundis, Belæ olim IV. filia, Boleslai condam Cracoviæ ac Sandomiriæ Ducis Vidua, vetus Privilegium ſuum, Henrico Sculteto ſuper Podolinenſi Scultetia elargitum, ſed a Gentilium (*Tatarorum A.* 1285. *Cf. LIV.*) rabie flammis conſumtum, innovat. Anno Domini 1289.

EX AUTOGRAPHO, in Proceſſu Sedis Domicalis (Cf. LXV. & epigraphen.) *producto.*

IN Nomine Domini Amen. Quoniam fluxus rerum temporalium cum ipſo temporis ſpacio labitur & decreſcit, proficuum & cautum eſt, ut, quod temporaliter agitur, competente teſtimonio, ſeu literis, memorie commendetur. Noverint igitur univerſi,

P p

„mi merita veſtræ Devocioni ſignificare; viciſſim veſtram Sanctitatem rogans, ut aliorum miracu-
„lorum, quæ ſcitis illum patraſſe, me etiam certiorem reddatis.“ Sicut hinc egregia Mariæ Reginæ, Theodori Laſcaris, Græcorum in Aſia Imperium ſuſtentantis, filiæ pietas elucet; ita eandem non Latino, ſed Græco Ritui addictam fuiſſe, inter alia decet id, quod, licet Vatacium, affinem ſuum crebris (*ap. Kat. l. c. p.* 72.) ad unionem cum Romana Eccleſia literis hortata fuerit, teſtante nihilominus Monacho Patavino (*ibid. p.* 355.) “ hominum *Latini* generis
„inimica fuit, quæ impediverat, ne illuſtris Juvenis, Stephanus (*poſthumus*), Magnifici An-
„dreæ, Regis Ungariæ, & Nobilis Reginæ Beatricis, Eſtenſis (*in Italia*) Marchionis filiæ,
„generoſa propago, a Bela, ejuſdem fratre, in Hungariam, velut Lombarda (*Cf. N.* 61. *p.* 130)
„reciperetur.“ Ita etiam Stephani V. Conſortem Eliſabethum, Bathi filiam, adeoque Gyöngyös Khani neptem, Cumanam, vel potius Tatarам, vere Unitam & Catholicam fuiſſe, inter alia multa Diplomata, etiam iſthic XXXVI. & XLIII. relata, loquuntur.

g) Præliminares pacis, Poſonii circa initium *A.* 1262 concepta, conditiones per Stephanum, juniorem Hungariæ Regem, Ducem Tranſilvanum & Dominum Cumanorum, in Peroſzló, Comitatui exteriori Szolnok adjacente oppido “ mediantibus Philippo Strigonienſi, Aulæ cariſſi-
„mi Patris noſtri Cancellario, & Smaragdo Colocenſi, Aulæ noſtræ Cancellario, Archiepiſco-
„pis, Philippo Epiſcopo Vacienſi, Aulæ Cariſſimæ Conſortis noſtræ (*ita idem Stephanus ap.*
„*Kat. T. VI. p.* 360 & 369. *loquitur*) Cancellario, Joanne Præpoſito Orodienſi, electo Sirmi-
„enſi, Magiſtro N. Præpoſito Scybinienſi, Aulæ noſtræ Vice-Cancellario, Dionyſio Palatino, Comite
„Bachienſi, Laurentio, Magiſtro Tavernicorum noſtrorum, Bano de Zeurino, Ladislao Vayvoda
„Tranſilvano, Comite de Zounuk, Magiſtro Bass (*fors. Baſſb, Cf. N.* 21. *p.* 43. b), Judice Curiæ
„noſtræ

versi, tam presentes quam posteri: Quod nos Cunegundis, relicta Sereniſſimi Boleslai, bone memorie quondam Ducis Cracovienſis & Sandomirienſis, ſub Ordine Sancti Franciſci apud Sandech Divinis mancipata obſequiis, conſiderantes, quod juſtis petencium deſideriis non eſt denegandus aſſenſus, in his preſertim petitis, que congrua ſunt & honeſta. Quemadmodum Henricus Sculteſus, coram noſtra veniens preſencia, nobis retulit ſub querela, Privilegium ſuum, quod ſibi olim, adhuc vivente Sereniſſimo Marito noſtro, Duce prenotato, ſuper villicacionem ſeu Sculteciam ville noſtre Podolyn contuleramus, per tyrannicam rabiem Gentilium (*LIV*), cum aliis ſuis rebus in Eccleſia predicte ville fore concrematum. Quare nos juſtis petiçionibus jam dicti Sculteti annuentes, predictum Privilegium, propter caſum ſuperius expreſſum, quod eundem

---

„ noſtræ, Comite Gumurienſi, Stephano Dapiferorum noſtrorum, Dominico Magiſtro Pincerna„ rum noſtrorum " ſolemni Diplomate, cui Caſtrum quoque Fylek, cum ſuis pertineatiis inſeritur, confirmatæ ſunt; ut adeo ex his facile intelligi poſſit, quidnam nomine Regni, Stephano attributi, accipiendum ſit. Scepuſienſis tamen Comitatus, in quo Bela Rex Donationes feciſſe (Cf. XXV -- -- XXVII) legitur, ad Stephanum, juniorem Hungariæ Regem, non ſpectabat. Bela interim jus Patronatus in eccleſiaſticorum Regalium Beneficiorum collatione ad Stephani quoque terras (*Cf. ibid. p.* 352. 375. 380) extenderat, Latinos Unitis præponendo, id quod novis, jamjam in civile bellum & iteratam Tatarorum irruptionem evaſuris, inter Patrem & filium Reges diſſenſionibus, occaſionem præbuit, quas a Prælatis excitatas fuiſſe, Urbani IV. ad Præſidem Fratrum Prædicatorum de Hungaria datæ A. 1264 Literæ teſtantur, quæ (*ibid. p.* 419) inter alia ſic habent: " Sane mirantes accepimus & referimus conturbati, quod nonnulli Epiſcopi „ & Eccleſiarum Prælati de Regno Hungariæ advertere dedignantes, quod ipſi non ſolum inter „ quoſlibet Chriſti fideles de Regno ipſo, unitatis & pacis conſervare vinculum, verum etiam „ diſcordes ad concordiam toto poſſe revocare tenentur, diſſenſiones & jurgia in dicto Regno da„ mnabiliter ſeminant, & quod gravius eſt, inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros Belam Hun„ gariæ, ac Stephanum, primogenitum ejus, Reges illuſtres, procurare odiorum ſcandala & di„ ſpendioſa diſſidia non formidant, oblivioni tradito, quod Redemptor noſter, Dominus JESUS „ CHRISTUS, tranſiens de hoc mundo ad Patrem, ſuis pacem dedit diſcipulis & reliquit, „ futuros Eccleſiarum Pontifices, per hoc clementer informans, ut ſint ad illa ſine intermiſſione „ ſolliciti, per quæ a Chriſti fidelibus pacis gaudia poſſint jugiter obtineri " —

h) Ladislai IV. Nativitas & Urbani IV. Pontificatus initium, finis fuit Imperii Latinorum in Oriente, capta A. 1261 a Michaele Paleologo CPoli, exactoque Balduino II, cum a Balduino I. cœptum ſtetiſſet annos circiter ſexaginta (*Cf. Sandin. Pontiff. & Kéry Hiſt. Byz.*). Contra Paleologum, qui Occidentis Imperio, inde ab interitu Friderici II (*Cf. p.* 236 *Col. IX. X. XI.*) vacante, pro Conſtantino Magno, utriuſque Imperii Dominatore, haberi voluit, bellum ſacrum indixit. Ille ut Pontificem revocaret ab incepto, ſignificavit, ſe peroptare conjunctionem pacemque Græcæ Eccleſiæ cum Latina, quæ tamen ante Concilium Lugdunenſe, A. 1274 celebratum, quo Gregorius X. Michaeli Rudolphum, Comitem Habſpurgicum oppoſuit, facta non eſt. Adfuere Concilio, cui Pontifex ipſe præſederat, Paleologi quoque Oratores, qui unionem, brevi diſſolvendam, acceptarunt. Urbanus quippe A. 1264 mortuus, Feſtum Corporis Chriſti, quod in Leodienſi Archidiaconatu antea ſuo cœperat, novo miraculo edoctus, cum

ſuo

eundem vigorem obtineat, ac ſi noſtra innovacio nunquam eidem acceſſiſſet. Primo ergo & principaliter volumus, & firmiter ſtatuimus, quod predictus Henricus in prenotata villa noſtra Podolyn, quam de noſtre Serenitatis conceſſione Jure Theutonico collocavit, omne jus villicacionis integraliter habeat exercere, ſua jura per omnia ſecundum formam Juris Cracovienſis & Sandomirienſis gubernando. Conſtituentes eum & poſteros, ibidem Sculetos & Judices, ut eandem perpetuo poſſideant & gubernent, ſecundum quod Juris ordo ac juſticie exigit rectitudo. Concedimus eidem eciam molendinum liberum, & quotquot ſepedicta villa noſtra indiguerit, ubi competencius ſuper litus aque Poprad conſtrui vel edificari poſſint, cum omnibus utilitatibus aliis, ſylvis, pratis, paſcuis, rubetis, venacionibus, & libera piſcacione in perpetuum, cum

ſuo ad Pontificatum tranſitu per univerſum Orbem terrarum ſervari præcepit. Res ea, quod Euchariſtiæ, ſub una duntaxat ſpecie (*Cf. XXXVIII*) a Laicis dein ſumendæ, uſum, inter Latinos jam antea receptum, involveret, ac ipſa vero ad Græcum a Latino Ritu digneſcendum pertineret, magnam animorum etiam in Hungaria, Partibuſque adnexis, perturbationem attulit. Si Poſonienſes pacis tabulæ, inter Belam & Stephanum, ejus filium, A. 1262 confectæ, aliaque hujuſmodi acta, in lucem producerentur (*Cf. Kat. T. VI. p.* 360 -- 384), liquido pateret, Ritum præcipuam diſſidiorum inter Patrem Occidentalis, & Filium Orientalis Hungariæ Reges, vigentium, cauſam fuiſſe; dum ſcilicet Bela omnem Hungariam Ritui Latino & recentioribus Eccleſiæ Romanæ inſtitutionibus conformari, Stephanus vero Græcum quoque unitum ac veteres orientalis Eccleſiæ conſvetudines retineri oportere cenſuiſſent.

i) Miſerat Clemens IV, (cui Bela Rex in Pontificem 22. Febr. 1265 coronato, ſpecialibus literis (*ibid. p.* 442), per Ladislaum, Archidiaconum Strigonienſem, familiarem Notarium ſuum, devotionem ejus una & arcana detecturum, repræſentatis, gratulatus eſt) mox Guidonem, Ap. Sedis Legatum in Germaniam, qui luſtrata Saxonia, Dania, Svecia & Polonia (*Cf. Peterſi. P. I. p.* 87.), Vratislaviæ Synodum celebravit, cujus conſtitutiones, rebus Hungaricis conformatas, Bela Rex adoptavit & publicavit obſervandas, in hæc verba: "I. Nullum, niſi Presbyterum, aut Diaconum, & qui uxorem non habeat, in Epiſcopum eligatis. II. Nullum, qui duas uxores habuerit, aut qui unam concubinam, aut repudiatam, aut meretricem, ſeu proſtitutam, vel qui aliam, quam virginem eſt fortitus uxorem, in Epiſcopum eligatis. III. Nullum, quem ſacri Canones ad Ordines prohibent promoveri, in Epiſcopum eligatis. IV. Nullum, qui ad ſacros Ordines, niſi per intervalla promotus eſt, in Epiſcopum eligatis. V. Nullum per occultam inſinuationem, Regi (*Stephano ſcilicet*) factam, aut per ſeditionem, aut per pecuniam, vel ſpecialem gratiam, ſed ex communi conſilio, & conſenſu pari, Epiſcopum faciatis. VI. Nullum Epiſcopum de Sede ad Sedem, qualibet ex cauſa, ſine Romani Pontificis ſpeciali licentia transferatis. VII. Nullum Epiſcopum ſine Romani Pontificis licentia deponatis; nec capi, niſi comprobato, infidelitatis crimine, conſentiatis. VIII. Nullum in Archidiaconum, ſeu Decanum, vel Archipresbyterum vel Diaconum promoveatis. IX. Nullum in Abbatem, vel Monachum (*Græco Ritui addictum*) aſſumatis. X. Nullum Archidiaconum vel Decanum, vel Archipresbyterum, vel Præpoſitum, vel Abbatem, de una dignitate ad aliam, vel de ipſa ad eandem, in locum alium, niſi canonice transferatis, & nullum ſupradictorum, niſi canonice deponatis. XI. Nullum uxoratum in Presbyterum, vel Diaconum,

vel

ſuis poſteris pacifice, libere, quiete poſſidenda. Omnes quoque incole ſeu manſionarii, qui in predicta villa ſuas conſtruxerunt manſiones, Jure Theutonicali, videlicet Magdeburgenſi, vivere decrevimus, ita, quod in ſolucionibus cenſus de agris, ſecundum certam menſuram diviſionis diſtinctis, quilibet illorum ſingulis annis in feſto Beati Martini octo Scotos argenti uſualis ſit adſtrictus, difficultate qualibet pretermiſſa; aliis vero, qui ad eandem villam pro ſuccidenda ſylva declinaverint, ibidemque ſuum fixerint incolatum, decem annorum concedimus libertatem, ita, ut intra predictos decem annos nulli quidquam ſolvere teneantur, ſed gaudebunt omnimoda libertate; que cum elapſa fuerit, cenſum annualem, prout predictum eſt, ſolvere tenebuntur, cujus ſolucionis ſexta pars, predicto Sculteto noſtro Henrico & ſuis poſteris cedet, pro nobis quinque partibus aſſignatis. Inſuper Judicia Cauſarum omnium judicabit, & de majoribus Cauſis,

---

vel Subdiaconum promoveatis, niſi, qui ex conſenſu uxoris, ſe victurum caſte, firmiter promiſerit, & uxorem a cohabitatione removerit, & eidem neceſſaria ſecundum facultatem ſuam providerit. XII. Presbyterorum filios ad ſacros Ordines accedere nullatenus permittatis, niſi aut in Cœnobiis aut in Monaſteriis. XIII. Alienos Clericos, quos ſine commendatitiis literis ſuſcepiſtis, in Epiſcopatibus veſtris nullatenus toleretis: de cetero nec eos, nec alios ſine formatis literis admittatis, & quos de his Apoſtatas eſſe conſtiterit, excommunicatos habeatis, & Prepoſitis ſuis, eos requirentibus, reddatis. XIV. Nullum Subdiaconum, vel Diaconum, vel Presbyterum, niſi ad certum titulum ordinetis. XV. Nullum ſervum in Clericum ordinetis, niſi Dominus ejus manumittat, ut de cetero ex toto nihil in eo juris habeat. XVI. Bigamos viduarum, vel repudiatarum, ſeu meretricum, vel proſtitutarum maritos, ab omni eccleſiaſtica dignitate deponimus, & beneficiis eccleſiaſticis in æternum privamus. XVII. Concubinarios publicos ab officio ſuo deponimus, & beneficia eccleſiaſtica interdicimus, hac tamen vobis poteſtate indulta, ut, ſi condignam egerint pœnitentiam, & vobis videbitur, miniſtrare eos iterum facistis. XVIII. Presbyteros, vel Diaconos uxoratos, qui ante acceptos Ordines, vel poſtea uxores acceperunt, ab altaris miniſterio & eccleſiaſtico beneficio ſeparamus, nec tamen diſpenſationem de his vobis concedimus, ut hi, qui uxores ante jam dictos Ordines acceperint; quoniam legitimæ ſunt, ſi uxoribus ultro, & ſine coactione continentiam voventibus, ipſi quoque vovebunt, & eaſdem uxores a cohabitatione removebunt, ad altaris miniſterium redeant, & beneficia eccleſiaſtica habeant. XIX. Illi vero, qui poſt ſacros Ordines aliquos, ſub matrimonii nomine duxerunt, quoniam hujuſmodi conjunctio contra Leges eſt facta, ac per hoc matrimonium non eſt, ſive eas volentes, ſive invitas dimiſerint, & continentiam in Eccleſia teſtimonio voverint, eccleſiaſtica ſic miniſtrent, ut ultra ad relictas immunditias non declinent. Nam ſi legitimarum, ſive aliarum commixtione ſe ipſos vel ultra fœdaverint, ab altaris miniſterio eoſdem ſequeſtramus: niſi aut ad Canonicos regulares, aut ordinata Monaſteria (*Latina*) tranſeant. XX. De Subdiaconis autem, & Presbyteris uxoratis, id ipſum fieri decernimus; ſed inducias vobis ſuper hoc, uſque ad reſcriptum Domini Papæ (*quod nuſquam occurrit*) damus. Hæc omnia obſervetis, promptoſque Epiſcopos omnes, obſervaturos ſe eadem, jurare faciatis."

k) Ad effectum premiſſarum, a Bela per Hungariam, Parteſque adnexas publicatarum Conſtitutionum, inter alios Johannes natione Hungarus, ex genere Buzad, Rogerio ſuffectus, Archiepiſcopus Spalatenſis, ſequentem tulit (*ap. Kat. l. c. p.* 480) ſententiam: "Anno MCCLXVII. Indict. X. quinta Januarii. Regnante Domino noſtro Bela, Sereniſſimo Rege Hungariæ

ſis, ut eſt effuſio ſanguinis, homicidium, furtum, violencia & falſa moneta, due partes noſtris cedent uſibus, & tercia ad ſepefatum Scultetum & ad ſuos poſteros perpetualiter devolvetur: de aliis vero Cauſis omnibus quidquid provenerit, ſepedictus Scultetus recipiet pleno jure. Et ut prenominatus Scultetus per nos plenius conſoletur, Curiam liberam, & quatuor Manſos liberos in predicta villa noſtra ſibi & ſuis poſteris liberaliter indulgemus, ut ab omni ſolucione ſive exaccione & deſcenſu & expedicione & ab omni gravamine liber perpetuo ſit, & exemptus. Item liberam tabernam, & ſi plures neceſſarie fuerint in prefata villa noſtra, & de braxatoriis ſimiliter, quot quot neceſſe habuerit, prenotato Sculteto noſtro Henrico & ſuis poſteris concedimus, Jure hereditario, in perpetuum poſſidenda libere & ſecure. Predictis eciam duximus interſerendum,

---

garie; temporibus Domini Johannis, Venerabilis Archiepiſcopi Spalatenſis, Domini Rolandi, illuſtris totius Sclavonie Bani, ac Comitis Spalatenſis. — Frater Johannes, Divina providentia Archiepiſcopus Spalatenſis. — Imprimis Archipresbyter ejuſdem loci pro eo, quod longo tempore tenuit concubinam; & quia non evitavit excommunicatos per D. Epiſcopum ſuum; & quia ſuſtinuit Clericos, in ſacris Ordinibus conſtitutos, contrahere matrimonium; & quia contulit quamdam Eccleſiam, non requiſito Epiſcopo ſuo, cum communitate, cuidam Monacho vago; & quia antiquam & laudabilem conſvetudinem de nuptiis non ſervavit; & quia illos, qui incidunt in Canonem, pro abſolutione ad Epiſcopum ire non compulit, ſicut retulerunt nobis jurati quam plures teſtes idonei, coram tribus Epiſcopis & coram FF. Prædicatoribus & Minoribus; jejunabit per tres annos omnes ſextas ferias (*quibus alias Græci Ritus homines veſci ſolent carnibus*) in pane & aqua; & ſuſpendimus ipſum ab omnibus beneficiis ſuis per annum, & ab officio ſuſpendimus eundem uſque ad Paſcha inclusive; & præcipimus ſibi, quod ſit obediens D. Epiſcopo Tragurienſi. Ad hæc Abbas S. Nicolai, & Abbas S. Mariæ de inſula, quia carnes comederunt indifferenter contra regulam S. Benedicti; & quia ſine Monachis ſteterunt; volumus, quod jejunent decem ſextas ferias in pane & aqua, & legant decem Miſſas pro peccatis. — Præterea Sacerdos Tolco, Sacerdos Johannes, Sacerdos Michael, pro eo, quod in Sacerdotio duxerunt uxores, & genuerunt pueros; jejunabunt ſextas ferias in pane & aqua omnibus diebus vitæ ſuæ; & ſuſpendimus ipſos ab officio & beneficio per tres annos; & præcipimus eiſdem in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis diſtrictæ, quod ab hac die dimittant ſuas uxores, & quod deinceps non accedant ad eas: & ſi contrarium fecerint; perpetuo ſint privati ab officio & beneficio. Item eamdem pœnam per omnia injungimus Michaeli Diacono, Bogdano Subdiacono, Dobras Subdiacono, qui in ſacris Ordinibus conſtituti, uxores duxerunt & pueros genuerunt. — Inſuper Primus & Streco Diaconus, quia ante Sacros Ordines duxerunt uxores, ipſos cum ſuis uxoribus ſtare permittimus; quia legitimum Matrimonium judicamus: ſed eoſdem Officiis & Beneficiis perpetuo ſpoliamus. Actum in Sibenico A. Domini MCCLXVIII. in preſentia Venerabilium Virorum, D. Columbani, Dei gratia Epiſcopi Tragurienſis, & D. Dobronina, Epiſcopi Farenſis & G. Abbatis S. Stephani, & aliorum plurimorum Religioſorum de Ordine Prædicatorum, Minorum, nec non & Canonicorum Spalatenſium & Tragurienſium. —

1) Qvum Stephanus his Belæ mandatis, ad ſuas quoque ditiones extenſis, obſequi nol'et, civile bellum exarſit. Bela Svecos (*quos Urbanus Pont. paganos* (ibid. p. 415) *de Livonia vocat*) & Polonos contra Stephanum, iſte autem Ottocarum Bohemum auxiliarios evocarunt.

dum, quod cum adhuc in Cracovia eſſemus reſidentes, ſupra nominato Sculteto & omnibus incolis prememorate ville, de gracia noſtra uberiori, talem contuleramus facultatem, ut cum omnibus rebus ſuis, ſeu mercimoniis per terras noſtras ab exaccione thelonei libere tranſirent & immunes. Et ne quiſpiam dubietatis ſcrupulus de predictis valeat in poſterum ſuboriri, preſentes noſtri Sigilli munimine fecimus conſignari. Sunt autem mete predicte ville noſtre Podolyn, quantum de ſylva ſecuerunt, & quantum adhuc exſtirpare poterint (*Cf. Not.* 24. *p.* 48. *Not.* 45. 46. *p.* 89. *Not.* 85. *p.* 274. a. & i.) & ſecare. Actum in Sandech Anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono. Preſentibus his teſtibus: Comite Nicolao Panſchole, Comite Buguchvalo, filio Mroslai, Comite Selchone & Philippo, Judicibus noſtris, Comite Paulo & Domino Buguchvalo, Capellano noſtro.

LXXI.

---

earunt. Belli hujus fortunam Pultrannus, Conſul Viennenſis (*ap. Kat. l. c. p.* 470), in hæc verba deſcribit: " A. MCCLXVII. Bela, Rex Hungariæ, contra filium ſuum, Regem Stepha„ num, miſit exercitum, qui ſubito a filio ſuo, Rege Stephano vincitur, — & magna occiſa „ multitudine hominum, ex eodem exercitu potentes quoſdam Comites captivat. Igitur jam di„ ctus Rex Bela, ira ſuccenſus, ſuffuſaſque verecundia, de tanta filii victoria, rurſus cogit ad arma, „ vocat exercitum, cui audacter filius ſuus, Rex Stephanus occurrit, — Patris exercitum altera „ vice in fugam vertit, & in congreſſu belli alios occidit, & alios captivos abduxit. — " Porro „ Arenpekius (*ibid.*) hæc habet: " MCCLXVII. Othocarus Rex Belam, Regem Hungariæ, „ eſt aggreſſus in campo, dicto Marchfeld, & obtinuit victoriam, auxiliante ſibi Ulrico, Du„ ce Karinthiæ. " — Victo Bela, & potiore occidentali ejus Hungaria, Stephano Regi adhærente, Ottocarus pacem A. 1260 (Cf. e.) initam, cum Stephano Rege, vicino jam ſuo, per novum fœdus inſtaurandam eſſe cenſuit in hæc verba (*ibid. p.* 475): " Amator pacis, Rex pacificus & eternus, filios ſancte Matris Eccleſie, quos redemptos ſanguine precioſo in unitate fidei Katholice conjunxit, eciam in karitatis dileccione, mutuaque pacis obſervacione diſpoſuit atque voluit unum eſſe, ut ydemptitatem fidei ydemptitas ſive unio concordie ſequeretur, & eos, quos una conjunxit fides mencium, diſſenſus non divideret accionum (*ex his patet, Ottocarum quoque Græco Ritui addictum fuiſſe*). — Eapropter attenta conſideracione penſantes, — quod ex Divina Clemencia Regni & terrarum gubernacula tancamus, in trono Regio collocati; ne lumen pacis, quo lucere debemus, aliis tenebre ſint, cum D. Stephano, Sereniſſimo Rege Ungarie, cum quo tam conſanguinitatis, quam affinitatis fibula in amicicia nos connectit, & alterutrum nos invitant ad concordie unionem, pacem plenam & perpetuam promittimus obſervare, quam per nos vel noſtros nullo unquam tempore aliqua diſſenſionis corruptela violari volumus aliquatenus vel corrumpi. Et ut quidem pacis fœdera poſſent perſonis intermediis forcius contineri; ecce nobis & predicto Rege Stephano in inſula juxta Pozonium & Pottenburch pariter conſtitutis, in octo perſonas, quibus arbitrandi plenariam dedimus facultatem, per nos hinc & inde exſtitit compromiſſum, talibus autem eond cionibus interjectis. "

m) Qualeſnam fuerint hæ conditiones, Dobnerus, qui monumentum hoc (*T. II. p.* 368) produxit, nec iſthic, neque in alio, quo Hungariæ Præſules operam ſuam ad conſervandum hoc fœdus addicunt, expreſſit: " Nos Stephanus, divina miſeratione, AEpiſcopus Colocenſis, aule-

LXXI.

Boleslaus, Cracoviæ ac Sandomiriæ Dux, Henrico Sculteto, pro fidelibus ſervitiis, inde a pueritia præſtitis, hereditariam Sculteti am ſuam in Podolin locatam, & a Tataris gentilibus (*Cf. N. 77. p. 231*). deſolatam, perennaliter confert. Anno Domini 1244.

EX AUTOGRAPHO, æque in Proceſſu Sedis Dominalis producto, ac poſterius, quam in ſerie annorum referri potuiſſet, inter acta reperto.

BOLESLAUS, Dux Cracovienſis & Sandomirienſis: Omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus quam futuris, preſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Quia Celſitudo noſtra, quæ ſublevat omnium fidelium ſubditorum ipſis collaciones

---

le Regis Ungarie Cancellarius, Lamperdus Agrienſis, Job Quinqueeccleſienſis, Philippus Vacienſis, Paulus Veſprimienſis, Timotheus Zagrabienſis & Ladislaus Thyneuſis, Eccleſiarum Epiſcopi, ſignificamus tenore preſencium univerſis: Quod ad requiſicionem Domini noſtri Stephani, Dei gracia illuſtris Regis Ungarie, ex beneplacito & voluntate ipſius, ut bellorum diſcrimina & occaſio effundendi ſanguinis auferatur, promittimus, & promittentes juramus, nos procuraturos & facturos, quantum in nobis eſt, ut pacta & convencciones pacis & unionis, habitæ inter ipſum Dominum noſtrum, Regem Ungarie, ex una parte, & Dominum Othakarum, inclitum Regem Boemie, ex altera, attendantur & obſervenrur per ipſum Dominum noſtrum Regem & ſuos, bona fide, ſine fraude & abſque omni malo ingenio, qui ſi temerator, violator & transgreſſor omnium vel ſingulorum contentorum in ipſis pacis & Convencionis literis exſtiterit, ex tunc ipſo facto ſentenciam excommunicacionis, quam ex nunc de conſenſu, voluntate & beneplacito ejuſdem Domini noſtri, Regis Ungarie, requiſiti proferimus, idem D. noſter, Rex Stephanus, ex hujuſmodi violacione pacis incurret, promittentes ſub religione preſtiti juramenti, quod poſtquam nobis per Regem Boemie de violacione & tranſgreſſione hujuſmodi conſtiterit evidenter; ipſum Dominum, Regem noſtrum, Stephanum evitabimus, & faciemus ab omnibus acrius evitari, & ipſum Dominum, Regem noſtrum, Stephanum deferemus, ac Regi Boemie (*cur non Belæ Patri?*) adherentibus, foventes eundem pro viribus & pro poſſe. Promittimus nihilominus, quod totam terram ipſius ſubjiciemus eccleſiaſtico interdicto, quilibet noſtrum in ſua Dyœceſi, remotis omni gracia & favore Romane Eccleſie & illorum, qui nos per cenſuram eccleſiaſticam impedire & cohercere velleat ad premiſſa arcius exequenda. — In cujus rei teſtimonium & peticionem Domini noſtri Regis - literas noſtras conceſſimus, ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. Actum & datum anno D. Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Octavo Kalendas Auguſti.

n) Non modo e duobus, immediate premiſſis Diplomatibus, quorum poſteriori tam occidentalis Hungariæ, quam Croatiæ, cui Bela junior Dux præfuerat, Epiſcopi, a Stephano Rege

deſi-

nes benigniter factas, ne eis antiquitas valeat novercari, literarum consvevit testimonio perennare. Proinde ad universorum, tam presencium quam futurorum noticiam tenore presencium pervenire volumus: Quod cum fidelis noster Henricus Sculteus, a primevis puericie sue temporibus nobis gratum exhibuisset servicium & famulatum, signanter vero contra tyrannicam rabiem Gentilium, sive Tartarorum, nos inmaniter persequentium (*Cf. Not. 44. p. 87.*), nolens parcere rebus, & vite sue periculis, propter que & singulari nostra munificencia digne esset commendandus. Nos, quia ex officio suscepti Regiminis nostri tenemur merita meritis prevenire, & dignam dignis serviciis reddere recompensam: ideo pro fidelibus suis serviciis conferimus, damus & donamus eidem Sculteto cum suis heredibus & posteritatibus Sculteciam, in Podolin locatam, extirpatam, ac desolatam, ad nos jure hereditario (*Cf. LXX. fin. Nott. citt.*) spectantem, cum omnibus & universis pertinenciis, sylvis, mon-

---

designati sponsores, intervenerunt, verum etiam Privilegia, quæ idem Stephanus, licet ex reverentia in Patrem titulum junioris Hungariæ Regis, Ducis item Transsilvaniæ ac Domini Cumanorum, eo vivente, non mutaverit, deinceps in occidentali quoque Patris Hungaria ediderat, manifeste docent, Belam IV, in hac senectute sua, Latino Ritui dilatando intentum, gratuito filii, Stephani Victoris, beneficio, in aliqua Regni, antea sui, parte, ac diserte in Scepusio, inter Saxones, quorum nonnullis, utpote Késmarkiensibus, quasdam prærogativas & immunitates adhuc A. 1269 (*p. 223. F.*) contulerat, Leutschoviæ, ubi hodiedum supra meridionalem Parochialis Basilicæ portam conclave, Divinis audiendis aptatum, ac Belæ Regi attributum, conspicitur, semet constrinxisse. Anno equidem, a devicto Bela sequente 1268." „ Venerabilis Pater Gallus, Dei gracia Episcopus Transsilvanus (*cui RR. Prayus* (Hierarch. „ P. II. p. 255.) *Smaragdum, Albensem electum* (Cf. N. 72. p. 201. c.), *longe diversum*, „ *substituit*) ad nostram (*Stephani*) accedendo presentiam, Privilegium Domini „ Regis, Patris nostri karissimi, exhibuit, emanatum super libertate quarumdam villarum Eccle- „ sie sue, petens humiliter & devote, ut ipsum Privilegium confirmare dignaremur nostrarum patrocinio literarum --- " Ita Stephanus Paternum Belæ Privilegium anno priore 1267 Ecclesiæ B. M. V. de insula leporum, erga supplices Dominæ Margaretæ, carissimæ Sororis suæ & aliarum Dominarum Sororum preces confirmavit (*Cf. Kat. T. VI. p. 472. & 488.*). Ita porro Stephanus alibi (*ibid. p. 492*) loquitur: " Attendentes fidelitates & servitiorum merita Marcelli, filii „ Jacobi, Jobagionis Castri nostri de Castro ferreo, quæ idem nobis in diversis articulis, mul- „ tis fortunæ casibus, & specialiter in Svecia (*Cf. ibid. p. 491*) & Feketeuholm (*Fekete halom*) „ & etiam in Yfuaseg (*Ifvaszeg*), qvum conflictum cum Henrico Palatino & cum omni ex- „ ercitu Patris nostri habuissemus, sub vexillo Nicolai Vajvodæ Transsilvani, Comitis de Zonuk, „ fidelis nostri, exhibuit fideliter & devote, exposita acie, cuidam militi se opponendo, cernentibus nobis & aliis quamplurimis, viriliter dimicando, letale vulnus accepit. --- Eundem Marcellum, & „ per ipsum suos fratres --- (*Cf. Not. 21. p. 44. c.*), Jobagiones Castri ferrei -- existen- „ tes, in numerum Servientium nostrorum Nobilium transtulimus. ---" Ita denique idem Stephanus (*ibid. p. 499*) ob fidelitates & servitiorum merita Nicolai & Michaelis, filiorum Nicolai de Gosztun, quæ in Bulgaria sub vexillo Ægidii, Magistri Tavernicorum suorum, coram suis oculis

montibus, rubetis, agris, pratis jam exſtirpatis, & in futurum exſtirpandis, ex utraque fluvii Poprad parte. Sylve autem noſtre, ad dictam Sculteciam ſpectantes, incipiunt ab Aquilone, in quodam alto monte, in quo monte eſt ſcaturigo, de qua oritur rivulus, qui cadit in fluvium Toprich, & currit uſque ad fluvium Poprad, & tranſeundo fluvium Poprad pervenit in vallem, & in aſcenſu illius vallis, aſcendit ad alciorem montem lapidoſum verſus meridiem, de quo monte deſcendendo verſus Orientem in vallem quandam per rivulum Lompnich, deinde ex eo tendit & vadit per alium montem, directe in Koromnow in valle ſitum, ex quo Koromnow aſcendendo ad montem quendam magnum verſus Orientem ſimiliter, & de cacumine illius montis verſus Aquilonem per fluvium Poprad, aſcendit per denſas quaſdam ſylvas, pervenit ad montem, Javor dictum, & per cacumina tria iſtius montis Javor tranſeundo, & currendo verſus Occidentem, pervenit ad prioris montis alcioris cacumen, & ibi terminatur limitacio. Quam quidem Sculteciam, cum omnibus utilitatibus & pertinen-

---

is viriliter dimicando, exhibuerunt, ac Bulgaros, hoſtes ſuos & *Schiſmaticos* uſque ad Caſtrum Ternowa devaſtare, deſtruere & capere nullatenus formidarunt, -- eoſdem Nicolaum & Michaelem, cum aliis fratribus uterinis eorumdem, & Nicolao Patre ipſorum, ac duobus fratribus Patris eorum, Matheo & Philippo, heredes ipſorum, heredumque ſucceſſores, de Jobagyonatu Caſtri ferrei eximendo, in numerum Servientium Nobilium ſuorum duxit transferendos & collocandos, ita ut inter ceteros Servientes Nobiles computentur. -- Datum -- A. Domini MCCLXIX.

o) Quia vero Bela Clementis IV. authoritate, ac Philippi Strigonienſis ArchiEpiſcopi, aliorumque Latinorum Epiſcoporum conciliatione, occidentali Hungariæ plena cum poteſtate adhuc reſtituendus crederetur, nonnulli Hungarorum, Auſtriæ vicinorum, qui, a Latino Ritu alieni, Belæ cauſam remiſſius, quam potuiſſent, contra Stephanum egiſſe videbantur, ſibi metuentes, una cum ſuis Caſtris ad Ottocarum, nullas circa Ritus obſervationem difficultates ponentem, defecerant. At Clemente IV. ultima Novembris 1268 mortuo, Sedeque Pontificia fere triennium vacante, qvum interea etiam Bela IV. A. 1270 menſe Majo deceſſiſſet, Stephanus eidem pleno jure ſuccedens, memorata Caſtra repetiit, Ottocarus vero ſurdis rem auribus excipiens, partem Carinthiæ cum Petovio (*Cf.* d. *Kat.* l. *cit. p.* 538) nedum reluto, via facti occupavit. Bellum igitur neceſſarium recruduit, cujus, anno ſequente 1271 concluſi, coalitas pacis conditiones Raynaldus (*Ibid. p.* 546 -) refert, ubi Ottocarus inter alia ſic loquitur: " Ceterum quædam „ Caſtra, intra limites Regni Hungariæ conſtituta, quorum principale Dominium ad ipſum Re„ gem pertinet, Keuſzeg videlicet, de Monte S. Viti, Zlovmuk, Pernſtain, de Kertus, ac „ Caſtrum Farcaſii de Zaguria, quæ Henricus; & duo Caſtra, Sirigo vocata, quæ Joannes, „ filius ejuſdem Henrici; ac Caſtrum Dobra, quod Nicolaus & Stephanus, filii Pauli, & Ca„ ſtrum Rou (*Rorau*) vocatum, quod Merck, filius Ivanur, qui a Rege Hungariæ (*Bela*) „ tranſfugientes, ſe ad nos tranſtulerunt, detinent occupata, -- de noſtra voluntate deſerimus, e„ expreſſe cavendo, quod detentores prædictorum Caſtrorum nec per Teutonicos, nec per „ Bœmos juvabimus -- palam vel occulte: & nominatim non patiemur eos juvari contra Regem „ Hungariæ in ipſis Caſtris detinendis per homines, quos ipſis, Henrico ſcilicet & Joanni, filio „ ejuſdem, Nicolao & Stephano, filiis Pauli, & Laurentio, Filio Petri, conceſſimus, poſt-

quam

ciis univerſis, & diſtinccionibus ſepefatis dicto Henrico & poſt eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum in poſterum ſucceſſoribus dedimus, conzulimus, donavimus jure hereditario & irrevocabiliter perpetuo poſſidendam, tenendam & habendam, eo titulo, ea plenitudine, eo juris proceſſu, in omnibus Cauſis diſcuciendis, videlicet Magdeburgenſi, quo Cives Cracovienſes & Sandomirienſes utuntur. Inſuper damus quoque liberum molendinum in fluvio Poprad, braxatorium, liberam piſcacionem intra ſpacium unius milliaris, venacionem & Thelonei ſolucionem omnino liberam, pronunciando nihilominus: teneretur tenebiturque nobis ſepefatus Scultetus annuatim pro feſto B. Martini ſolvere octo Scotos argenti uſualis, quos ad preſens propter devaſtacionem & depopulacionem dicte Scultecie, eidemque vita noſtra durante benigniter & gracioſe conferimus & relaxamus. Actum & datum Cracovie, feria quarta poſt feſtum Annunciacionis Beatiſſime Virginis Marie. A. D. Milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto.

LXXII.

„ quam ſe a Rege Hungariæ ad nos cum ipſis Caſtris transtulerunt; promittendo firmiter, —
„ quod, ſi iidem damna, injurias, inſultus, vel depræ dationes aliquas hominibus Regni Hunga-
„ riæ quolibet ingenio, fraude vel machinamento inferre præſumpſerint; — ex tunc eoſdem omni-
„ bus poſſeſſionibus, in quacunque parte Regni noſtri a nobis conceſſis, — ſpoliabimus & pri-
„ vabimus, nullo regreſſu ipſis ad poſſeſſiones easdem reſervato. — Promittimus — non recep-
„ tare infideles, ex parte ipſius Regis Hungariæ ad nos transfugientes, nec eis ſubſidium vel
„ benignitatem aliquam impartiemur; ſed ipſos potius, tanquam male meritos, excludemus, nec
„ per amicos noſtros vel ſubditos receptari vel foveri aliquatenus patiemur." — Datum & actum
„ Pragæ A. Dom. MCCLXXI. Coronationis noſtræ Anno X. II. id. Julii.

p) In eandem fere ſententiam tabulæ Stephani habent, mutatis, quæ in hoc prolixo Diplomate occurrunt, mutandis, Regniſque ſuis ac Provinciis hac pace ſic comprehenſis: "Includentes eidem paci, & eadem vallantes Regna noſtra, videlicet Ungariam (*ſuperius ubique Hungaria, & quidem proprie, appellatur*), Dalmatiam, Croatiam, Ramam, Serviam, Galliciam, Lodomeriam, Comaniam, Bulgariam totumque Ducatum Sclavoniæ, cum omnibus attinentiis eorundem, ſecundum ſigna, diſtinctiones & metas antiquas (*Cf. priora quoad limites dicta & Not. 85. p. 282 m.*), prout etiam Progenitores noſtri & Anteceſſores Reges Ungariæ uſque tempus vitæ Domini Belæ, glorioſæ memoriæ, Patris noſtri, poſſederunt & tenuerunt. — — Item renunciamus Juri & Actioni, quod & quæ videbatur nobis competere, ſeu etiam competebant in Ducatibus Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Marchiæ; nullam de cetero vel heredum noſtrorum nomine contra ipſum Regem & ſuos heredes moturi materiam quæſtionis. Renunciamus inſuper Juri & Actioni, nobis & noſtris heredibus competentibus, de inſignibus regalibus, Corona videlicet, gladio, monili, ſella, ſcutellis & aliis clenodiis ac theſauro, delitis per Dominam Annam (*Ottocari ſocrum, Cf. p. 237. Col. IX*) in Regnum Bohemorum. Item prædictæ paci includi volumus excellentes Dominos, Philippum, Francorum, & Carolum, Siciliæ, Reges illuſtres; Carolum juniorem, primogenitum ipſius Caroli, generum noſtrum (*cui A. 1269 Mariam, Stephani filiam, Domina Agnes, Comitis Thomæ de genere Chak* (Cf. Kat. l. cit. p. 501) *relicta vidua, in Siciliam*

„ de-

LXXII.

Ladislaus IV. Comiti Rycolpho de Scepus particulam terræ de Sygra LX jugerorum, a Stephano, Patre ſuo collatam, novo Privilegio confirmat. A. D. 1272.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario I. Familiæ Petrótzyanæ habito, propterea iſthic extra ſeriem producto, quod ſerius Diplomatis hujus copiam obtinere licuerit.

NOS Capitulum Eccleſie Beati Martini de Scepus ſignificamus univerſis, quibus expedit, memorie comendantes: Quod Comes Laurencius Niger ad noſtram perſonaliter accedens preſenciam, exhibuit nobis literas privilegiales ſub duplici & in ſerico pendenti Sigillo Domini Ladizlai quondam illuſtris Regis Hungarie, petens nos cum inſtancia, quod, quia eaſdem propter diſcrimina viarum & impacata tempora, ad cauſas ſecum ferre & exhibere non preſumit, de verbo ad verbum ſub noſtri Sigilli teſtimonio reſcribi faceremus, quarum tenor talis eſt: Ladizlaus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croa-

„ *deduxerat*); Michaelem Angelum Paleologum, Imperatorem Græcorum; Andronicum, juniorem Imperatorem Græcorum, generum noſtrum (*cui Annam filiam collocavit*); „ Bouzlaum, Cracoviæ & Sandomeriæ; Boiſlaum, majoris Poloniæ; Henricum, Bavariæ, inclitos Duces, generos noſtros; Belam, Ducem de Machow & de Bozna (Cf. pag. 30 ..), fratrem noſtrum; Uroſium, Regem Serviæ, & Stephanum filium ejus, juniorem Regem Serviæ, generum noſtrum (*cui Helenam* (Cf. Kat. T. VI. 569 & 971) *filiam nuptui tradidit*); Swetizlaum, Imperatorem Bulgarorum (*quem Pachymeres* (ap. Strit. T. II. p. 763) *Deſpotam in Bulgariæ Principatu fuiſſe, ac tertiam Theodori Laſcaris* (Cf. p. 237 Col. IX.) *filiam Zophiam, a Friderico quippe II. Auſtriaco repudiatam, in conjugio habuiſſe teſtatur, adeoque ab A. 1269, quo Stephanus Rex Bulgariam Iſtranam* (Cf. n), *ejecto Tzaca* (Cf. N. 13. p. 29. l.), *ſibi jure poſtliminii aſſeruerat, Hungaris obnoxium fuiſſe conficitur*), & Leonem, generum noſtrum, Ruthenorum Ducem, Mitizlaum, fratrem ejuſdem, & Wazule (*Baſilium*), Duces Ruthenorum, alioſque fideles, fautores & familiares noſtros, cum filiis omnibus, terris, Regnis, Ducatibus, Juribus, ac poſſeſſionibus eorundem. --- *Spondet* (ſubjicit Raynaldus) *daturum ſe operam, ut Cardinales, vacante Sede, ſuperiores pacis leges confirment, ac deinde, creato ſummo Pontifice, ab eo poſtulaturum, ut eas Apoſtolica auctoritate* communiat) Datum & actum „ in Caſtris apud Pozonium, Anno Domini MCCLXXI. Regni noſtri anno II. V. Non. Julii. "

¶) Verum obſervari debet, Stephanum tot filias non habuiſſe, quot generos tabulæ pa-

cis

Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus, preſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Comes Rycolphus de Scepus, (87), dilectus & fidelis noſter, ad noſtram accedens preſenciam, nobis humiliter ſupplicavit, ut nos ſibi quamdam particulam terre de Sygra, quam ex collacione Domini Regis Stephani, Kariſſimi Patris noſtri, clare memorie, ſe aſſerit pacifice poſſidere, de Benignitate Regia ſibi, noſtro interveniente conſenſu, concedere dignaremur; verum quia de qualitate, & quantitate ipſius particule terre nobis plena veritas non conſtabat, Capitulo Eccleſie Sancti Martini de Scepus, noſtris dedimus literis in mandatis, ut inſpicerent terram illam, & eandem particulam terre ſtatuerent Rycolpho, Comiti memorato, ſi non fieret contradictum. Prefatum itaque Capitulum, recepto mandato noſtro hujuſmodi, nobis per ſuas reſcripſerunt literas in hec verba: Excellentiſſimo Domino ſuo Ladizlao, Dei gracia Regi Hungarie, Capitulum Eccleſie Sancti Martini de Scepus, inclinacionem & oraciones in Domino tam debitas quam devotas. Literas veſtre Celſitudinis recepimus, ut teſtimonium noſtrum ydoneum Magiſtro Rolando Comiti Scipiſienſi, fideli veſtro, daremus ſuper quadam particula terre de Sygra, in qua ſexaginta juge-

---

cis exprimunt. Etenim Cracovienſi, ſeu minoris, tum majoris Poloniæ, ac Bavariæ Ducibus, denique Leoni Rutheno Sorores Stephani collocatas fuiſſe, ſuperiora evidenter probant, quos utique, tanquam Stephani Affines, Paulus, Veſprimienſis Epiſcopus, Ægidius, ſummus Camerarius (*Cf. n. fin.*), una Comes Poſonienſis, Rolandus, Sclavoniæ Banus & Magiſter Benedictus, Orodienſis Præpoſitus ac Vice-Cancellarius, a Stephano Rege Hungariæ, ad præmiſſam pacificationem, velut Ottocari Diploma præfert, cum pleno mandato deſtinati, a præteritis ejuſdem Generis diſtingvere noviſſe cenſendi ſunt. Huc accedit, quod Confirmatio pacis hujus in parte illa, quæ apertam Jurium Hungaricæ Monarchiæ diminutionem, & abſolutam Ottocari emancipationem involvebat, non ad Cardinales & futurum Pontificem, ſed ad univerſalem Ducum, Procerum ac Nobilium Reipublicæ Hungaricæ conſenſum, id quod Stephanus ignoraſſe ſupponitur, ex adulta conſvetudine pertinuerit. Theobaldus quidem Placentinus (*Sandin. Pontiff. ad A.* 1271), Leodienſis Archidiaconus, e Syria, ubi Chriſtianorum exercitum procurabat, evocatus, & VI. Kal. April. 1272 ſub Gregorii X. nomine Pontifex inauguratus, Raynaldo perhibente (*ap. Kat. T. VI. p.* 590), pacem hanc, anno priore confectam, III. Nonas Maji confirmavit " ac literas Othochari ad Stephanum, Stephanique ad Othocharum, Apoſtolico Diplomate, quo erant „ corroboratæ, comprehenſas tranſmiſit. Tum Archiepiſcopo Pragenſi & Epiſcopo Olomucenſi „ diſtringendarum ſolemni ritu in Regem Bohemiæ; Strigonienſi Archiepiſcopo & Epiſcopo Vacienſi in *Ungarum* cenſurarum auctoritatem contulit, ſi pactas foederis leges infringerent. " Sed enim res ita digeri & attemperari debebat, ut Stephanus propudioſam illam, & Hungaris inviſam pacem, morte ſua, quæ Calendis Auguſti, tricesimo quarto ætatis anno necdum completo, ſecuta eſt, authenticaſſe videretur, ipſique Ottocarus, nova ſua Jura firmaturus, tutelam Ladislai IV, decennis pupilli, ad ſe, velut vicinum & proximum cognatum, pertrahere poſſit: verum ſpe ſua elusus, violata ſemel atque iterum pace, ab hoc ipſo Ladislao ſubinde cæſus, Regnum ejus ad Stirpem, a ſanguine Arpadiano alienam, devolutum eſt

87) In nexu præfationis, qua Scepuſienſis Capitulum in tranſumendo Andreæ II. Diplo-

ma-

jugera terrarum arabilium continentur, quam Comes Rycolphus, a Kariſſimo Patre veſtro dudum retulit ſibi collatam, reambularet coram commetaneis & vicinis, & reſtatueret eidem Comiti Rycolpho, ſi non fieret contradictum, ad quam dum hominem noſtrum ſecundum juſſionem veſtre Majeſtatis tranſmiſiſſemus, populi ville Sygra, qui terram ipſorum eſſe aſſerebant, non contradixerunt. Prima vero meta ipſius terre incipit a monte, qui Ruda mons vocatur, & deſcendit ſuper fontem aque, que parva Sygra nuncupatur, & deſcendit per eandem aquam, cujus alia pars, videlicet a parte meridionali, eſt terra Jaan Comitis, & per eundem fluvium deſcendit verſus Occidentem, deinde reflectitur ad ſupercilium montis, & aſcendit ſuper montem verſus plagam auſtralem, & ſic per frontem illius montis aſcendit verſus viam, que venit de Vytez, & revertitur verſus Orientem, ad montem qui eſt ſecus montem Ruda ſupradictum, & ſic terminantur mete terre ſupradicte. Datum ſexta feria poſt feſtum Lucie Virginis. Nos itaque inſpectis & conſideratis ſerviciis Comitis Rycolphi memorati, volentes Regie remuneracionis beneficio reſpondere, ipſam particulam terre cum omnibus utilitatibus & pertinenciis ſuis dedimus, donavimus & contulimus perpetuo poſſidendam, quemadmodum a Patre noſtro de liberalitate

---

mate anni 1209 (III) utitur, aliam Belæ IV. præfationem, confirmationi Diplomatis ejuſdem præmiſſam, una cum ſua concluſione, ad cognoſcendos illuſtres hodiernæ Familiæ Berzevizyanæ Majores, iſthuc inducimus, quæ ſic habet: " Bela Dei gracia, Hung. Dalm. Croac. Ram. Serv. „ Gal. Lodom. Comanieque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum inſpecturis, ſa„ lutem & omne bonum. Quanto regalis providencia ceteros authoritate dignitatis precellit, tan„ to ea, que per ipſam Majeſtatem ſalubriter ac provide confirmantur, uberiori debent robore „ ſtabiliri. Ad univerſorum igitur noticiam tenore preſencium volumus pervenire, quod accedentes ad preſenciam noſtram Rycolphus & Hermanus (*Polanus quoque* (Cf. XXXIV. p. 128 LII. „ p. 233. & G. p. 224) *appellatus*), filii Rutkery, nepotes Adolphi, Præpoſiti de Scepus (*quem* „ *Cl. Wagner in Anal. Scep. P. III. p. 5. primum inter Præpoſitos collocat, ſed* „ *plures, Græco Ritui addictos, eum præceſſiſſe, verum adjuncta produnt*) nobis hu„ militer ſupplicarunt, ut, cum Privilegium noſtrum, quod ſuper confirmacione Privilegii, inclite re„ cordacionis Patris noſtri, memorato ipſorum Avunculo & Matri dederamus, ſuper donacione „ cujuſdam terre, in Scepus ſupra Poprat exiſtentis, caſu ſit amiſſum, confirmare ac innovare „ denuo, de plenitudine gracie noſtre, dignaremur Privilegium Patris noſtri memoratum, cujus te„ nor talis eſt (*In Nomine S. Trinitatis &c Vid. III. p. 7*): Cum igitur nobis ex ſu„ ſcepti regiminis incumbit officio, ut honeſtis petencium deſideriis conſenſum prebeamus & favo„ rem, conſiderantes maxime fidelitatem Juvenum Predeceſſorum, & Avunculi ipſorum, aſſidua „ fidelitatis obſequia ingrato nolentes preterire ſilencio, ea precipue inducti racione, quod Pri„ vilegium prenotatum, quod nobis exſtitit preſentatum, in nulla ſui parte appareret viciatum, „ cancellatum, abraſum, aut eciam delitum, predictam donacionem ratam ac firmam habentes, „ authoritate noſtra duximus confirmandam. In cujus rei memoriam preſentes conceſſimus Literas „ dupicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum anno Domini *Milleſimo ducenteſimo qua„ drageſimo ſexto.* Sexto Idus Septembris, Regni autem noſtri anno XI. " Atque Rycolphus iſte, Rutkeri filius, clariſſimarum duarum, Berzevitzyanæ ſcilicet ac Tartzayanæ, Familiarum Pareas & author fuit. Hæc ante tria ſecula ab ſtirpe interiit, illa in plures diviſa ramos hodie-

dum

Regia tradita fuerat & collata, ratam habentes, auctoritate preſencium confirmamus. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam preſentes eidem conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Nicolai Prepoſiti Albenſis Eccleſie Tranſſilvani, Aule noſtre Vice Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Regni autem noſtri anno primo (88). Strigonienſi Sede vacante. Venerabilibus Patribus, Stephano Colocenſi & Johanne Spalatenſi Archi-Epiſcopis, Lamperto Agrien. Briccio Chanadien. Job Quinqueeccleſien. Comite Muſunienſi, Philippo Vacienſi & Cancellario Domine Regine, Tymotheo Zagrabien. Lodomerio Varadien. Dyoniſio Jaurinen. & Petro Tranſſylvano Epiſcopis, Eccleſias Dei fideliter gubernantibus. Rolando Palatino, Bano de Machov, Judice Cumanorum, Matheo Bano tocius Sclavonie, Nicolao Woyvoda Tranſſilvano, Comite de Zounuk, Joachymo Magiſtro Tavernicorum, Comite de Plys, Alexandro Judice Curie, Comite de Urbaz, Ladyzlao Comite Poſonien. Laurencio Comite Suprunien. Henrico Bano de Wazara & de Sov, Stephano Bano de Bozna, Gregorio Bano de Boronch & Kuchov, Emerico Comite Symigien. Johanne Comite Zala-

---

dum floret. Hermanns vero ſive Polanus, alter Rutkeri filius, in Franciſco Polankay circa medium Seculi XVI defecit, cujus ex Anna filia in Poſſeſſionibus Polanotz, Felsö Szalok, Brutótz, Pongrátzfalva, Buglótz & Kunchmani ſeu Vinkótz præfecta, primum Joanni Horváth Kiſſevich, filio Michaelis de Lomnitza Croatica, Præpoſito antea Scepuſienſi (*Cf. Wagn. Anal. P. II. p.* 253 & *P. III. p.* 82.), dein Chriſtophoro Szedlnitzky ab Holtitze, nigrorum Ferdinandi Regis Cataphractorum Generali Sileſio, nupta, propagatæ poſteritates longe lateque ſuperſunt.

88) Ad ulteriora rerum infelicis hujus, Magni tamen Regis, Ladislai adjunctis pertinet, quod a) Ladislaus, quem Stephanus inde a teneris Muthmerio, Scepuſienſi Præpoſito & Sacellano ſuo (*Cf. E. p.* 222. & *IX. Not.* 18. *p.* 39.), Græcum utique Ritum perinde ſecuto, educandum tradiderat, dum Patri ſuo ſuccederet, non plures, quam decem annos, ætatis numeraverit, Ladislao Philippus, Archi-Epiſcopus Strigonienſis, licet Andreas Venetus, Andreæ II. nepos, ætate ſenior fuerit, eodem, quo Pater obiit, menſe Auguſto anni 1272 (*Cf. Kat. T. VI. p.* 613. & 619.), coronam impoſuit. Vice-Cancellarium ſibi, teſtante hoc Privilegio, Nicolaum Præpoſitum Albenſis Eccleſiæ Tranſſilvanum, Græco (*Cf. Not.* 72. & 200. c.) Ritui addictum, delegit, uſus enim obtinuit, ut pro Vice-Cancellariis Aulæ Regiæ aliquis e Græcarum ac præcipue Albenſis, Aradienſis & Budenſis Eccleſiarum Præpoſitis aſſumeretur. Eodem plane adhuc anno ſponſam quoque Ladislao e Sicilia traductam fuiſſe teſtantur Gregorii X. Literæ (*Raynald. ad A.* 1272. *ap. Kat. T. VI. p.* 623.), quibus ejus ad Regnum bene moderandum inſtruebat, inter alia ſic locutus: „ Sano nihilominus conſilio ſvadentes, quatenus & „ Conſiliarios, & alios Familiares tibi aſſumere ſtudeas, qui te in ſemitas mandatorum Domini „ dirigant, non perverſis ſuggeſtionibus a via rectitudinis abſtrahant, nec exemplis deteſtandis „ abducant; tuum ſtatum pacificum diligant, tuos ſubditos foveant, & ſua lucra in alienis diſpendiis non venentur: qui erga tuam & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ, Reginæ Ungariæ, illuſtris, Conſortis tuæ, Chariſſimi in Chriſto filii Caroli, Regis Siciliæ, natæ, perſonas fide-

„ lita-

Zaladien. Omodeo Caſtri ferrei, Ugrino Magiſtro Agazonum, Comite Syrmien. Paulo Bano de Zeurino, Reynoldo Magiſtro Dapiferorum, Comite de Zobolch, Laurencio Magiſtro Pincernarum, Comite de Keue & de Karaſov, & aliis quam pluribus, Comitatus Regni tenentibus & honores.

Attendentes itaque dicti Comitis Laurencii peticiones fore juſtas & conſignas, videnteſque ipſas literas non abraſas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte viciatas, eaſdem de verbo ad verbum transſcribi fecimus & noſtro Sigillo communiri. Datum Sabbato die proxima ante feſtum Beati Gregorii Pape, anno Domini Milleſimo trecenteſimo decimo quinto.

LXXIII.

„ litate ac devotione debita palleant, ſincero effectu ferveant, & conſilii maturitate clareſcant. „ Decet ſiquidem te ac illos, qui tuis commodis inhiant, qui tuis proſperis eventibus delectan„ tur, circa tuam & ipſius Reginæ cuſtodiam ſolerter intendere, ipſamque ob claram generis ſui „ proſapiam, ob ſingularem ſui generis claritatem, & tanti Principis, ſui Genitoris, obtentu, „ cujus virtus emicat, cujus probata ſtrenuitas evidentia probationis experimentalis elucet, juxta „ tantarum circumſtantiarum exigentiam ſingulari honore proſequi, ut ejus Regis animus, tibi vi„ culo tantæ affinitatis adſtrictus, toti Regno tuo, & ipſius incolis perinde fortius adſtringatur. — „ Et ecce, ad tui favoris augmentum, Venerabilibus fratribus noſtris AEpiſcopis & Epiſcopis, „ ceteriſque Prælatis Eccleſiarum, necnon Comitibus, Baronibus & aliis Magnatibus (*Latinis*) Re„ gni tui affectuoſas pro te Literas deſtinantes, ipſos ad exhibendum tuæ Celſitudini affectionis & devo„ tionis debitum, tibique conſtanter & fideliter conſilio & auxilio tuis commoditatibus aſſiſtendum, „ efficaciter & multipliciter exhortantes. " Qualem hæ Literæ, Græco Ritu in Hungaria domi„nante, Latinaque puero uxore, cum qua Ladislaus, exemplo Colomani I, Buſillam Siculam ducentis, Latine copulatus, Latinum quoque Ritum aſſumſerat, præmature obtruſa, effectum producere potuerit, æqui Lectoris arbitrium eſto.

b) Auſtriacum equidem Chronicon (*ap. Kat. l. c. p.* 625) ad A. MCCLXXII. hæc refert: " Poſt mortem Stephani, Regis Ungariæ, quidam Comes (*Poſonienſis & Magiſter „ Tavernicorum*), dictus Ægydius, quem Rex (*idem Stephanus*) ſupra modum dilige„bat, timens Reginam (*minorem Siculam*) & Ungaros (*Latinos*) profugus venit ad „ Regem Boemiæ (*Ottocarum, Græco Ritui, ut ſperabat, faventiorem*) una cum fra„ tre ſuo, Comite Gregorio. Hic de Caſtro, quod Presburch dicitur, & aliis quibuſdam Caſtris „ Regi Boemiæ in omnibus ſpopondit ſe ſerviturum, quem Rex benigne recipiens, & ei adhuc „ plurima etiam donavit. Nam tradidit Civitates La (*Cf. LXIII. p.* 275 *Not.* 86 *p.* 300 d.), „ Neuenburch, Stocheraw, Greizia, Stein & alia quam plura, duo millia marcarum ſolventi„ um annuatim. Inſuper dedit ei maximam pecuniam, & Caſtrum Presburch vino, tritico & a„ vena (*contra Ladislaum, novellum Regem*) optime præmunivit. Quod videns Comes „ Henricus de Guzzinge (*Német Ujvár*), qui (*ſub Bela Palatinus, & copiarum „ contra Stephanum* (Cf. Not. 86 p. 312. n.) *in bello civili Dux*) adhuc Rege Ste„ phano Ungariæ ſuperſtite, Ungariam exierat, Regi Boemiæ adhærens, Ungaris, poſtea multa „ mala de Stiria per rapinas & incendia faciebat, ob invidiam prædicti Comitis Ægidii, quem

ex

LXXIII.

Eliſabetha, Major Regina Hungariæ, Donationem Ladislai Regis, filii ſui, ſuper villa Görgö pro Comite Elia, Judice Saxonum, factam, confirmat. A. D. 1279.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario I. Familiæ Görgöyanæ habito, æque ſerius obtento, ac propterea ſeriem annorum effugiente.

ELISABETH, Dei gracia major Regina Hungarie. Univerſis Chriſti Fidelibus, preſentibus pariter & futuris, preſentes Literas inſpecturis, Salutem in Salutis auctore. Ad univerſorum noticiam, tam preſencium quam futurorum harum ſerie volumus pervenire: Quod cum Dominium terre de Scypus, de gracia & favore Domini Ladizlai Regis, Kariſſimi filii noſtri, & omnium Baronum ſuorum conſenſu, propter varias tribulaciones & deſtrucciones Regni, per infideles Barones (Latini Ritus perſecutores) factas, ad noſtras manus fuiſſet devolutum, & ad peticionem ejuſdem Domi-

---

ex corde intime odiebat, a Rege Boemiæ receſſit: in Ungariam rediit: a Regina & cunctis Ungaris honorifice eſt receptus. " Henricus iſte, ob repudiatam uxorem ſuam, Græco perinde Ritui addictus fuiſſe arguitur, de quo Annales Altahenſes uberiora perhibent *(ibid. p. 626)*:" -- „ Quidam Comes Henricus de Guzzing, -- receptus a Rege Bohemiæ, filiam Domini Zimlonis „ de Leuchtenburch duxerat in uxorem, dimiſſa eadem uxore, in Hungariam eſt reverſus, & „ reconciliatus Domino Ladislao, primogenito -- Stephani Regis, tunc in Regem ſolemniter co„ ronato. Accidit autem, ut cum Domino Bela, Duce de Machawe *(Cf. Not. 86. p. 303. e. f.)*,-- „ Comes idem in verba contumelioſa prorumpens, occaſione præſumtæ proditionis contra ſupra „ dictum Dominum Ladislaum, ipſum Ducem Belam *(perfide Ottocaro, affini ſuo, adhæſionis „ poſtulatum)* in inſula apud Budam miſerabili nece proſterneret, ita ut membra ipſius, in frufta concisa, --- filiæ Domini *(condam)* Stephani Regis, in Monaſterio, ibidem conſtituto, „ colligerent, ac cum planctu & dolore maximo ſepelirent. Ob quam cauſam Rex Bohemiæ, maximo furore commotus, initam olim cum Regno Ungariæ concordiam -- reſcindens, -- ſtatuit „ cum grandi exercitu ipſum Regnum ſe hoſtiliter aggreſſurum. "

c) Philippo, Strigonienſi AEpiſcopo, ac primo, qui hactenus innotuit, ejuſdem nominis Comitatus perpetuo Comite, circa finem anni hujus 1272, prout ex clauſula Diplomatis hujus patet, mortuo, Ladislaus memoratum Nicolaum, Albenſem Præpoſitum & Vice-Cancellarium ſuum, in Archiepiſcope Strigonienſi ſuffecit. Producimus in rem hanc alterius Diplomatis clauſulam, quæ ſic habet *(ap. Kat. l. c. p. 645)*: " Datum per manus Magiſtri Benedicti, Orodienſis *(vel Aradienſis)* Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dil. & fid. noſtri

Domini Regis, terras in dicta provincia Scypus indebite alienatas, Dominico Magiſtro Tavarnicorum noſtrorum, & Magiſtro Gregorio, Prepoſito de Son (vel Sochul in Boſnia (*Cf. Kat. T. VI. p.* 644. 646), ut adeo errorem Apographi, pag. 145. & 220 relati, hoc loco emendemus), Cancellario noſtro, mediantibus reambulari, reſtaurare, & emendare decreviſſemus, inter cetera Comes Elias, filius Jordani, Judex Saxonum de Scypus, exhibuit nobis Privilegium dicti Regis Ladizlai, Filii noſtri, ſuper collacione ville Gurgeu, in Scepus exiſtentis, petens cum inſtancia, ut ipſam collacionem ratam habere, & noſtro dignaremur Privilegio confirmare. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

R r Ladizla-

„ noſtri, A. Domini MCCLXXIII. tertio Kal. April. Regni autem noſtri anno primo. Magiſtro „ Nicolao, Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ *Electo*, & perpetuo Comite Loci ejuſdem, & Aulæ „ noſtræ Cancellario. Reliquorum ceteroquin ſubſcriptorum variatio eſt ſequens: quod Philippo „ Vacienſi, Cancellario Dominæ Reginæ, *adjicietur*: Matris noſtræ cariſſimæ, & Comite Neu„ gradienſi; Petrus Tranſſilvanus Epiſcopus emaneat, Paulus vero Veſprimienſis accedat. Inter „ Barones porro in locum Alexandri, Ladislaus, Judex Curiæ, Comes de Baranya & de Zi„ binio; in locum Laurentii, Comitis Suprunienſis, Laurentius, Comes Scepuſienſis & de Uj„ vár, Henricus denique, Banus de So & de Vazara, ceteris emanentibus, exprimantur.“ Nicolao huic mortuone, an paulopoſt tiara ſua (*Cf. Not.* 72. *p.* 200. f. *fin.*) decedenti, ſucceſſit Benedictus, ex Orodienſi Budenſis Præpoſitus (*Cf. Kat. l. cit. p.* 656 --) itidem *Electus*. Ea Diplomatum clauſulas. “ Dat. per manus Benedicti, ſanctæ Strigon. Electi, ejuſdemque loci Comitis perpetui, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii & Præpoſiti Budenſis, dil. & fid. noſtri; anno „ Domini MCCLXXIV. pridie Kal. Junii, Indict. II. Regni autem noſtri anno II. &c. „ *Porro ibid. p.* 670: Dat. per manus Ven. Viri M. Benedicti, S. Strigon. Eccl. Electi, Præp. „ Bud. Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dil. & fid. noſtri, anno Domini MCCLXXV. &c. „ *Farlatus Illyr. S. T. IV. ap. Kat. l. c. p.* 697. *Literas producit, quarum initium „ eſt ſequens:* “ Reverendo Patri, & ſpeciali ſuo Domino, Benedicto, Dei gratia S. Strigon. „ Eccleſiæ AEpiſcopo, Judices & populus Tragurienſis, ejus devoti fideles, eum inclinatione „ promptum famulatum, &c. A. MCCLXXVI. *Denique ap. Cl. Schmitt. in AEpp. Strigon. „ p.* 140. “ Dat. per manus M. Benedicti, S. Strigon. Eccleſiæ Electi, Præpoſiti Budenſ. Aulæ „ noſtræ V-Cancellarii, -- A. Dom. MCCLXXVI. Regni autem noſtri A. IV. “ Ex his ita„ que patet, Benedictum a Sede Romana confirmatum haud fuiſſe. Hic Benedictus II. (*Schmitt. ibid.*), eadem fortuna eſt uſus, qua Nicolaus II. deceſſor; perinde enim e cenſu Archipræſulum expunctus erat, ut fidem faciunt omnes cathalogi, ad hunc diem publici juris facti. Atque huc pertinet Lodomerii ad Archiepiſcopen translatio (*Cf. LXVII. & Not.* 86. *p.* 293), quam Raynaldus (*ap. Peterf. P. I. p.* 101) attingit in hæc verba: “ Epiſcopi duo, vitæ improbæ „ (*Ladislao imputatæ*) ſocii potius, quam cenſores, per Philippum (*Apoſtolicæ Sedis „ Legatum, Cf. N.* 73. *p.* 211) dignitate exuti, in novum odium impulerunt (*Ladislaum*). Profe„ rebant hi cenſum penelongum injuriarum, quas jura, per Romanam Sedem in nominandis Epiſcopis,

„ &

Ladizlaus, Dei gracia Hungarie &c. Vid. Diploma in ordine XXXI. p. 119.

Nos itaque meritoria obſequia & fidelitatum merita ipſius Comitis Elie attendentes, dictam villam Gurgeu, a noſtra & Caſtri Scipuſienſis poteſtate per liberam collacionem ejuſdem Domini Regis penitus exemptam, cum ſuis utilitatibus & pertinenciis univerſis, eidem Comiti, & per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus dedimus, donavimus & contulimus, ymo eciamſi inſtrumenta eficacia ſuper ipſa collacione non haberet, ex plenitudine Reginalis conveniencie perpetuo & pacifice relinquimus poſſidendam. Privilegium eciam collacionis ratum & firmum habendo, de verbo ad verbum preſentibus inſertum, auctoritate & teſtimonio preſencium confirmamus. Datum per manus prenotati Magiſtri Gregorii, Prepoſiti de Sou, Aule noſtre Cancellarii, fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono.

LXXIV.

„ & Eccleſiarum procuratione, Regibus Hungariæ conceſſa, paterentur. Videret *(Rex Ladislaus)* „ ne diſſimulata Legati authoritas eo ſenſim procederet, ut, neglecto Principe, pro libitu Epiſcopos „ damnaret, inſtitueretque: ſic Primatem *(Lodomerium)* nominatum, Synodum *(Cf. Not.* „ *74. p. 212)* collectam, Veſtium rationem dictatam Hungaris, denique anathematis fulmen in „ perſonam Principis totamque Rempublicam jactum; quæ cum longe abeſſent a poteſtate Nuncii „ Apoſtolici, futurum tandem, ut infularum partitio, & quidquid Privilegiorum haberet, Romam, „ unde per Sylveſtrum Papam ad S. Stephanum profecta eſt, rediret. "

d) Non optato Latinis loco res Hungariæ illico fuiſſe, Literarum Olomucenſis Epiſcopi Brunonis, ad Gregorium Pontificem ſcriptarum, quarum fragmentum ex Raynaldo *(ad A. 1273. Nro XII.)* RR. D. Katona *(loc. cit. p. 637)* producit, ſatis teſtatur: " — Hæc vero, „ *inquit*, ſunt pericula, a Regno Ungariæ Chriſtianitati imminentia: primum, quod in ipſo Re„ gno Cumani manutenentur, qui non ſolum alienigenis, ſed etiam ipſius Regni incolis *(Ger„ manis utpote, Hungaris & Slavis, Latino Ritui addictis)* atrociter ſunt infeſti, & „ modo apud alios minus ſolito præliandi, infantibus & ſenibus non parcentes, juvenes & juven„ culos captivatos in ſui *(Græcanici)* Ritus malitiæ deducunt conſvetudinem: ita quod po„ tentiam ſuam taliter jam multiplicaverunt per eoſdem, quod ipſi Ungariæ *(qua parte Latina eſt)* „ certum ex hoc imminet periculum & jactura, & terris etiam *(ad Occidentem)* convicinis „ *(Latinum potiori parte Ritum ſecutis)*. Item in eodem Regno manifeſte hæretici & Schi„ ſmatici *(Patareni quippe Græci)* confoventur, terrarum profugi aliarum. Ecce ipſa Re„ gina Ungariæ *(ſenior Eliſabetha* (Cf. XXXVI. XLIII. XLVI.) *manifeſte unita)* eſt „ Cumana, proximi parentes ejus, gentiles *(hoc eſt Pagani, vel Græco-ſchiſmatici)* „ ſunt & fuerunt: duæ filiæ Regis Ungariæ *(Belæ IV)* Ruthenis, qui ſunt Schiſmatici, „ deſponſatæ fuerunt *(Annam, Radislao, Galiciæ; Conſtantiam, Leoni, Danielis filio* „ (Cf. Not. 63. p. 149 k. & l. p. 237. Col. XI.), *Ruſſiæ Regibus, collocatas intelligit)*, „ Soror juvenis hujus Regis *(Anna)* eſt tradita Eccleſiæ *(Latinæ)* inimico *(Andronico* „ (Cf. Not. 13. p. 27. & Not. 66. p. 314 p. q), *juniori Græcorum Imperatori* ". Gregorius

LXXIV.

Concordia incolarum Görgöenſium, ratione libertatum & obligationum ſuarum, cum Comite Helia, Domino eorum, ſtabilita. Anno Domini 1280.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario I. Familiæ Görgeyanæ habito, perinde ſerius obtento, & propterea extra ſeriem iſtbic inducto.

NOS Capitulum Eccleſie Sancti Martini de Scepus ſignificamus univerſis, quibus preſentes oſtenduntur: Quod conſtituti in noſtra preſencia ex una parte Comes Helyas, ex alia vero univerſi populi de Gargou, villa Sclavonica *(Cf. XXII. p. 79)*, mediantibus viris ydoneis, Magiſtro Johanne Cuſtode Eccleſie noſtre, Comite Johanne & parvo Arnoldo, Jank & Witk Comitibus, retulerunt nobis manifeſte: Quod dictus Comes Helyas talem libertatem eis conceſſiſſet, ut pro terragio eorum ſingulis annis & ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus, decem marcas argenti ſolvere te-

 nebun-

gorius igitur, Hungariæ conſulturus, Carolum, Regem Siciliæ, Ladislai Socerum, inter alia ſic adhortatus eſt *(ibid.)*: " Regiæ Serenitati paterno ſvademus affectu, quatenus iis, quæ in di-„ ctis continebantur Literis, debita meditatione penſatis periculis, -- quantum tibi facultas aderit, „ ſolerter attendas; qvum ſit cautius tempora prævenire diſcriminum, quam eorum inſtantia ex-„ ſpectare. " Et vero Carolum, ſemet in res Hungaricas immiſiſſe, tam fœdus ejuſdem cum Spalatenſibus & Sibenicenſibus A. 1274 contra piraticas Almiſianorum procurſiones *(ap. Luc. L. IV. Cap. IX p. 290. ſpecioſe)* percuſſum, quam Literæ Ladislai, Spalatenſibus in rem hanc ſcriptæ, docent *(Kerchel. ap. Kat. l. c. p. 666)*: " Quare Fidelitati veſtræ firmiter præcipi-„ endo mandamus, quatenus, ſi nos naturalem Dominum, Regem Hungariæ & Croatiæ, cogno-„ ſcitis; ex tunc Judices exteraneos de Civitate veſtra expellatis, & de Regno noſtro nobis fi-„ deles pro Poteſtate *(Præſide)* vobis aſſumatis. "

e) Anno Domini MCCLXXVI. menſe Septembri *(Pulkava ap. Kat. T. VI. p. 709)* „ miſit Rex Romanorum Rudolphus *(antea Comes Habſpurgicus, cui Gregorius X. Re-„ gnum Germaniæ, ab obitu Friderici II.* (Cf. Tab. gen. p. 236. 237. Col. IX. X. XI) „ *vacans, affirmaverat)* nuncios ad Ottakarum, Regem Boemie, petens ſibi terras reſtitui, „ Stiriam, Auſtriam & Carinthiam, portum Naonis & Forum Julii; aſſerens, eas ad Imperium „ pertinere. Rex autem Ottakarus, Vir magni cordis, tale fertur dediſſe reſponſum: " Ru-„ dolphus terras, quas petit, nunquam poſſidebit, nec poſſedit in antea, quoniam earum aliquæ „ ſunt donate mihi racione dotis Matrimonii cum Margaretha, filia Leopoldi, Ducis Auſtrie, „ quondam contracti; ſed & alias quaſdam pugna gladii acquiſivi. " Videns itaque Rudolphus Rex,

ver-

nebuntur ; quam quidem , primam partem pecunie , ſex marcas communis argenti, in feſto Sancti Martini cum pondere Scepſienſi dicto Comiti perſolvent , alias vero quatuor marcas fini (Feih) argenti *(Cf. F. p. 223)* cum pondere Ungarico in Purificacione Beate Virginis eidem ad plenum ſint daturi. Item ſuper judiciis & cauſis eorum evenientibus majoribus & minoribus eadem libertate frui tencantur, ſicut Saxones de Scepus tenere conſveverunt. In feſto autem beati Jacobi pecudem paſcualem , tercii anni arietem , & viginti quatuor tortas , & XII. pullos pro deſcenſu prefato Comiti preſentabunt. Adjicimus eciam , quod idem Dominus ipſorum Comes Helyas non debebit araturam habere inter ipſos , ſed ipſi inter eos ordinabunt beneplacitum voluntatis ipſorum de terra ſua , excepta ſola hereditate illa , quam poſſidet Henricus Civis de Leucza, qui nullum ſervicium facere tenebitur cum eiſdem , &, ſi hoſdem contigerit recedere , venditis omnibus rebus , agris & edificiis & feneto , clara luce liberum habeant recedendi

---

„ verbis ſe non proficere , furore ſuccenſus , preparat ſe ad bella. Quo comperto , Rex „ Boemie miſit exercitus in occurſum “ ignarus Hungaros a tergo ſibi appropinqvaturos. Rudolphus enim, Ottocarum bello impeturus Ladislaum his literis in armorum ſocietatem excitavit *(Herrgott ap. Kat. l. c.)*: “ Placidæ parentelæ conjunctio , quæ ideniptitatis alternæ nos unit amplexibus , ſic eſt noſtris infixa præcordiis , ſic revera convaluit radicata tenaciter , & memoriæ noſtræ plantariis inſita jugiter coaleſcit , quod inter cetera , quorum crebra ſolicitudo nos afficit , illud inhæret potentiſſimæ votis noſtris , qualiter vos & inclitum A *(Andream, Ladislai fratrem , ætate juniorem , cui filiam ſuam Clementinam, firmius novo fœderi vinculum adjecturus , deſpondit)* , quos , ut carnem ex carne noſtra , & velut os ex oſſibus noſtris , amplexu ſinuque paterno fovendos ſumſimus , a tyrannide ſuribunda *(Ottocari)* perſecutoris iniqui poſſimus eripere , ac avitæ hereditatis veſtræ ſpaciolos congruis finibus ampliare. Sic enim procul dubio nobis eſt cordi & curæ illud magnificum & famoſum Hungariæ Regnum in antiquæ gloriæ faſcibus rediviva reformatione dirigere , ſicque , ipſo illeſo , perſeqvutoris illius illidere feritatem , quod nulla prorſus perſonarum aut rerum diſpendia evitare proponimus , quin ad edomandam ejuſdem faſtuoſi ſuperbiam , ſub victricibus aqvilis , Duce Domino exercituum , intendamus ; ut diſcat amodo , poſito ſupercilio , per ſe ipſum , quam ſit durum quamque difficile , contra ſtimulos calcitrare. Ejs ergo Princeps , in quem Proavorum generoſa ſtrenuitas vires & animos derivatione gratuita propagavit , virum induite , quæſumus , virtuoſum , vos robore fortitudinis accingentes. Confidimus autem in Divina clementia , quod non deerit nobis proſper eventus ad omnia , dum in caſtra felici & æqua militabitis , & ſub Principe Zelatore Juſtitiæ fortunato. “ Conſimilem ad Hungaros Proceres Rudolphus epiſtolam in hæc verba dedit *(ibid.)*: “ Quod illibatæ fidei veſtræ virorem & decus potentiæ naturalis illuminant ; quod invariabilis animi veſtri robore rutilantior puritatis ſcintilla reſplenduit , lucidis operum argumentis apparuit , & realibus claruit documentis , dum inclitos , Ladislaum , Regem Hungariæ , & Andream , Ducem Sclavoniæ , filios noſtros cariſſimos , ſorte fatalitatis humanæ paternis orbatos ſolatiis , quos , ut carnem ex carne noſtra , & os , velut ex oſſibus noſtris , amplexu ſinuque paterno fovendos aſſumſimus , gratis non deſinitis prævenire ſervitiis , & eiſdem in ſuis & Regni agendis , officioſis & indeſinentibus non ceſſatis amplexibus inhærere. Super quibus utique laudabilibus actibus veſtris , in quibus nimirum nobis , velut in delectabili quadam reflectione complacuit , redhibitionibus gratiarum ampliſſimis , ſtudia veſtra proſequimur , & commendatione laudabili.

li

di facultatem. Preterea, ſi aliquem abſque liberis contigerit diſcedere de hoc mundo, cuicunque voluerit, omnia bona ſua poterit delegare. Nec hoc pretermittendum eſt, quod ſine forma judicii prenotatus Comes Helyas neminem debeat condempnare, ſed una cum eiſdem reum judicabit, appo a ſententia diſtincta. Obligaverunt ſe eciam dicti populi, preſtito juramento, quod omnem fidelitatem & omnem reverenciam eidem Comiti & ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus debeant exhibere, ſicut Domino ſuo ſpeciali. E converſo Dominus ipſorum, preſtito Sacramento, ſervabit eoſdem in premiſſa libertate. Ut autem hec ordinacio per revolucionem temporum nequeat immutari ad peticionem Parcium preſentes Literas conceſſimus eiſdem, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum A. Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo.

---

li collaudamus. Volentes igitur erga vos propter hoc realiter potius, quam vocaliter affluentius abundare, pro munere petimus ſpeciali, quatenus, ſi quæ in Regno Romano, vel apud nos, hujuſmodi prærogativæ reſulgeant, quod ex his veſter animus oblectetur, a nobis eas cum obtinendi fiducia requiratis. Sic enim procul dubio nobis eſt cordi & curæ, illud magnificum & famoſum Hungariæ Regnum " *&c. ut ſupra.*

f) Ladislaus igitur & Hungari, firmiſſima ſpe freti, has Rudolphi declarationes, plane paternas, eo dirigi, ut Auſtria, Stiria & Cariathia, Jure Hungarico, Andreæ Duci, futuro Genero ſuo, portu Naonis & Foro Julio, ſeu Longobardia (*Cf. Not.* 61. *p.* 130. d.), ſibi reſervatis, revindicetur, armorum ſocietatem adverſus Ottocarum, velut alioquin matricis Regni æmulum & hoſtem (*Cf. Not.* 53 *p.* 101. a. *Dipl. XXXIV. p.* 128 & *Tab. gen. p.* 237. *Col. IX. XI.*), promte contraxerunt. Auſtralis Hiſtoriæ pars plenior (*ap. Freher. T. I. p.* 471.) hæc habet. " MCCLXXVI. Rex Romanorum (*Rudolphus*) Dominica proxima poſt „ Colomani (*18. Octobris*) cum ſuis Civitatem Viennam poteuter obſedit qvinque ſeptimanis. „ Qvum autem Rex Boemiæ terram predictam defendere non poſſet, exercitus autem Regis Ro„ manorum cottidie accreſceret per Stirienſes & Karintianos; & ipſe Ladislaus, Rex Ungarorum, „ uſque ad metas Auſtriæ (*Receptis prævie Nitrienſi, Poſonienſi, & Moſſonienſi Comi„ tatibus, ab Ottocaro ante triennium occupatis*) in ſubſidium Regis Romanorum cum „ ingenti exercitu Comanorum & Ungarorum veniſſet; demum per arbitros, videlicet D. Berch„ toldum, Herbipolenſem Epiſcopum, & illuſtrem Ludovicum, Palatinum Rheni, ex parte Re„ gis Romanorum; & D. Brunonem, Epiſcopum, Olomucenſem, ac virum ſtrenuum Ottonem, „ Marchionem de Brandenburg, ex parte Regis Boemiæ, arbitrando, (*Hungaris igitur excluſis*) „ hac forma eſt definitum: Quod Rex Romanorum Regem (*Ottocarum*) terris ſuis, videli„ cet Boemia & Moravia, tantummodo reſignatis, reſiduis aliis ſeptem terris infeudaret. --- --- „ Rex autem Ungariæ Ladislaus Regi Boemiæ eſt reconciliatus (*ita quidem prætenditur*); --- „ nihilominus tamen promittens Rex Boemiæ memorato Regi Ungariæ omnes theſauros reddere, „ quos alias amita ipſius Regis Ladislai Anna, Regina de Macowe (*Belæ, Ottocari Affinis, & „ Machoviæ olim Ducis, Conſors*) aſportaverat, eique (*Cf. N.* 86. *p.* 313. *p.*) tradi„ derat, videlicet duas Coronas aureas & Sceptra regalia, ac pretioſiſſimam amphoram auream, „ nobiliſſimis gemmis undique adornatam, miræ pulchritudinis, & alia quam plura clenodia aurea,

qux

LXXV.

Ladislaus IV. Comiti Rycolpho de Scepus poſſeſſionem Tarcza, pretio comparatam, jure perpetuo poſſidendam reliquit. Anno Domini 1288.

EX DIPLOMATARIO Sároſienſi, per Cl. Wagner edito, p. 309. in reliquorum nexu, iſthic, licet extra ſeriem, produci adhuc debere viſum.

LADISLAUS, Dei gratia Hungariæ, -- Rex; Omnibus --. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire, quod Comes Rykolphus de Scepus, ad noſtram accedens præſentiam, ſua nobis conqueſtione remonſtravit, quod Magiſter Lorandus, filius Comitis Mark (*Cf. XXX. p.* 117. *XXXIV. p.* 128. *& LIII. p.* 234), eo tempore, quo in Caſtro Scepuſienſi reſidebat, ipſum & fratres ſuos captivaſſet, & Privilegia ſua ſeu inſtrumenta ſuper quadam poſſeſſione ſua, Tarcha vocata (*Cf. LII. p.* 233), quam a Comite Arnoldo pretio comparaverat, potentialiter ab eodem recepiſſet; petens a nobis cum inſtantia, ut ſuper facto terræ memoratæ noſtrum eidem Privile-

„ quæ a tempore REGIS UNGARIÆ ATTILÆ & ab aliis Succeſſoribus ſuis, uſque nunc in Un-
„ garia fuerant conſervata. "

g) MCCLXXVII. Rex Boemiæ Ottocarus (*ibid.*), ductus pœnitentia, graviterque ferens in corde ſuo; Regina quoque Boemiæ (*Cunegundis, Belæ IV. ex Radislao* (Cf. Tab. gen. p. 227. Col. IX), *Galiciæ Rege ac Duce de Machow, Neptis*) Conjux ſua, frequenter eum increpabat, quod terras prædictas (*ad Jus Hungaricum pertinentes*) reſignaverat. *Quapropter* obſides Miniſterialium Auſtralium & Civium (*Viennenſium*), Diademata quoque Regis Ungariæ, & alias compromiſſiones factas, ſicut anno priori per arbitros diſcitum exſtiterat, reſignare recuſavit. Tunc Rex Romanorum partem Auſtriæ (*Borealis*), quam Regi Boemiæ ſub obligatione pro XX. millibus marcis, videlicet copulatis (*Wenceslao, ejuſdem filio, & Gusbæ filiæ ſuæ*) heredibus pro dote aſſignaverat, reſumſit. Itaque Rex Boemiæ, iterato collecto exercitu grandi, Auſtriam intravit, & omnes munitiones -- -- potenter expugnavit; & ſic diſſenſio & guerra gravis orta inter eos. -- " Rudolphus vero ſuos ad Ladislaum Legatos cum ſequentibus Literis (*ap. Kat. T. VI. p.* 738) expedivit: „ Quum inter Reges Orbis & Principes affinitatis interdum & amicitiæ fœdera contrahuntur; tanto majoris inter eoſdem affectionis unio debet merito ſuboriri, quanto majores aliis, in celſioribus poſiti ſpeculis dignitatum, virtutum debent inferioribus exempla differere, quantoque per unanimes voluntates ipſorum pax firmior creſcit in populis, ampliantur honores alterutrum, & ſuorum roborantur in poſterum jura Regnorum. Sane contracta feliciter inter nos jam pri-

dem

vilegium de Benignitate Regia conferre dignaremur. Nos itaque conſideratis fidelitatibus & ſervitiorum meritis ipſius Comitis Rykolphi, quæ nobis ſemper & ubique fideliter impendit & devote, maxime ſcita & cognita veritate de præmiſſis, a Nobilibus & Saxonibus univerſis, in Scepus exiſtentibus; præfatam terram ſeu poſſeſſionem ipſius Comitis Rykolphi, cum omnibus ſuis utilitatibus & pertinentiis reliquimus & contulimus eidem, & per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus, perpetuo poſſidendam & habendam, eo modo & ea plenitudine, quemadmodum ipſa terra per eumdem Comitem Rycolphum exſtitit poſſeſſa & obtenta. Ut igitur hujus facti ſeries, per nos conceſſa, robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec proceſſu temporum per quempiam poſſit vel habeat revocari: præſentes conceſſimus Literas, novi noſtri Sigilli duplicis & authentici munimine roboratas (*Cf. LXIII. p. 278*). Datum per manus Venviri Thomæ Dei gratia Epiſcopi Vacienſis, Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, A. D. Milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo. X. Kalend. April. Regni autem noſtri anno XVI.

LXXVI.

---

dem alternæ connexitatis ideniptitas ſic revera inexſtingvibiliter eſt in noſtris radicata præcordiis, ſic in intimis noſtri cordis affectibus eſt firmata tenaciter, quod delectat nos exequi per effectum, quidquid regalem veſtrum demulceat animum, quidquid Veſtre Majeſtatis honoribus arbitraturi fuerimus adauctivum, incommutabili animo diſponentes, conſibulationis hujus vinculum indiſſociabiliter obſervare. Hinc eſt, quod ſic contractæ inter nos inviolabilis amicitiæ debitum vice reciproca repetentes a vobis, juxta quod veſter Procurator & Nuncius ſpopondiſſe dinoſcitur, & ad hoc vos ſollemniter obligaſſe; Sereuitatem Regiam ampliori, qua poſſumus, precum affectione depoſcimus, & hortamur, quatenus mutuo nobis in noſtris neceſſitatibus ſubveniatis auxilio, & fidelibus ac fautoribus noſtris in Auſtriæ ac Stiriæ Ducatibus efficax opportuni patrocinii prætendatis umbraculum, & ſolatioſi conſilii & auxilii falcimentum, prout dilecti fideles noſtri N N. Celſitudinem Regiam duxerint informandam. Nos enim in Civitate noſtra Viennenſi (*quam priore anno* 1276 *poſt quinque ſeptimanarum obſidionem circa finem Novembris deditione occupavit*) utpote Regi Bohemiæ ſatis contermina, moram utilem iſta vice contrahimus, ut, ſi Rex prædictus temerarios impetus ſui greſſus in attritionem ipſorum noſtrorum fidelium forte direxerit; ipſum a tergo viriliter inſequentes, eundem Regem, prædictis fidelibus noſtris illaſis, allidere valeamus. Vos itaque, quæſumus, nobis cum feſtinatione reſcribite, quid ſuper præmiſſis in veſtro propoſito geritur, & in beneplacito continetur."

h) Quidnam Ladislaus reſponderit, certo quidem non conſtat, ex adjunctis tamen liquet, Hungaris blandas Rudolphi promiſſiones, parte Auſtriæ, Wenceslao Genero ſuo, inſcripta, ſuſpectas fieri cœpiſſe. Satis eſt, quod Chronicon Salisburgenſe ita ſcribat (*ap. Kat. l. c. p. 720*): „Anno MCCLXXVII. Reges Romanorum & Ungariæ AD CONCORDIAM redierunt." Auſtralis vero Hiſtoria (*ibid.*) perhibeat: "Eodem anno MCCLXXVII. circa feſtum OO. SS. Rex „Romanorum & Rex Ungarorum in confinio circa Haimburgam colloquium habuerunt; ubi Rex „Romanorum eundem Regem Ungariæ in filium adoptavit, & omnes (*Hungari, de Auſtria, „Stiria & Carinthia, Andreæ, Duci Sclavoniæ, attribuenda, noviter aſſecurati, adverſus*

Otto-

LXXVI.

Ladislaus IV. rata habet Privilegia, Gölnitzienſibus a Bela IV. & Stephano V. conceſſa A. D. 1290. Quod ipſum Diploma Carolus & Ludovicus Reges in Tranſumto confirmarunt.

EX AUTOGRAPHA Ven. Capituli Scepuſienſis, mancum vetus apographum, ſibi per Gölnitzienſes exhibitum, authentice tranſumentis, A. 1699. facta expeditione. Cf. Wagn. Anal. Scepuſ. P. I. p. 194.

LUDOVICUS, Dei gratia Hung. Dalm. Croaciæ, Ram. Serv. Galic. Lodom. Coman. Bulgariæque Rex, Princeps Salernitanus, & Honoris ac Montis S. Angeli Dominus. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus pariter & futuris, præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium Salvatore. Regiam decet Excellentiam, ſuorum fidelium preces legitimas exaudire, & ipſorum fidelitatibus recenſitis, eorum petitionibus facilem præbere conſenſum, in his præſertim, quæ ſuorum ſubditorum commodis videntur utiliter convenire. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Petrus Judex, Joannes & Michael, Cives noſtri jurati de Gülnichbánya, in ſuis nec non Univerſitatis Civium & Hoſpitum noſtrorum fidelium de eadem perſonis, ad noſtræ Celſitudinis accedentes præſentiam, exhibuerunt nobis quoddam Privilegium olim

„ *Ottocarum*) Regi Romanorum ſervire promiſerunt. „ Eodem tempore Rex Romanorum Re„ gem Ungariæ apud Brucam ad prandium invitavit. " Quid autem cum Ladislao conclu„ ſerit, his „ literis, ad Anonymum aliquem datis, indicat (*ibid. p.* 739.): " Ordinator boni conſilii, & rectarum diſpoſitor voluntatum, nos cum Magnifico Principe, Domino Ladislao, ſic uniformiter concordavit, quod alter noſtrum in alterius damnis & lucris, commodis & incommodis, factum proprium verſari affirmet, & ſuum ſpeciale reputet intereſſe. Nuper quidem nobis convenientibus & læta ſpectantibus viſione, univerſas & ſingulas promiſſiones ſeu ordinationes, hinc inde per noſtros Conſiliarios diverſis temporibus inchoatas, & tandem utriuſque noſtrum patentibus Literis aprobatas, nos ambo Reges, pariter conſtituti, ratas & gratas habere, & perpetuo conſervare promiſimus, fide data alter alteri manualiter, quam vice & loco præſtitimus Sacramenti. Hoc etiam de communi adjecimus voluntate, quod in litibus & queſtionibus ſuper damnis datis & injuriis irrogatis vel aliis quibuſcunque, quas habemus adverſus illuſtrem Regem Bohemiæ, unus alterum tam fideliter, quam viriliter adjuvabit, nec unquam ſine alterius beneplacito & conſenſu cum prædicto Rege — pacem vel concordiam celebrabit, nec de ipſis tractatum habebit; ad quod nos adſtrinximus ſub ejuſdem fidei ſponſione. Ceterum de terminis terrarum noſtrarum legaliter diſtinguendis, in pace & concordia obſervandis, taliter duximus ordinandum. " *Cetera deſiderantur, quæ procul omni dubio recte ad Auſtriam, Stiriam, & Carinthiam, qualiter Andreæ, Duci Sclavoniæ, futuro Genero ſuo, conſignandam, pertinent.*

i),

olim Excellentiſſimi ac Magnifici Principis Domini Caroli, Regis Hungariæ, Patris noſtri cariſſimi, felicis recordationis, mediocri ſuo ſigillo, in partibus transalpinis caſualiter deperdito, conſignatum, ſuper libertatibus ipſorum infraſcriptis confectum & emanatum, tenoris ſubſequentis, ſupplicando noſtro Culmini humillimis precibus & devotis, ut ipſorum Privilegium paternum acceptare, approbare, ratificare, & noſtro pro eiſdem dignaremur privilegio, de liberalitate Regia confirmare, cujus tenor talis eſt:

Carolus, Dei gratia Hung. Dalm. Croat. R. S. G. L. C. Bulgariæque Rex, Princ. Salern. & Honoris ac Montis S. Angeli Dominus. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, notitiam præſentium habituris, ſalutem in omnium Salvatore. Solet a Principe confirmari, quod licite poſtulatur, quia ſicut Juris eſt, occupata indebite in ſtatum debitum revocare, ſic eſt conſonum obtenta legitime Regio patrocinio roborare. Proinde ad Univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Magiſter Colinus (a quo nempe hodiernum Kolinotz vel Kolinfalfalva dicitur), Notarius Univerſitatis hoſpitum noſtrorum fidelium de Gülnichbánya, ad noſtram accedens præſentiam exhibuit nobis Privilegium Domini Ladislai, olim illuſtris Regis Hungariæ, Fratris (latiore, Hungaris uſitato ſenſu; ſicut enim Carolo Claudo, Siciliæ Regi, Maria Ladislai ſoror, ita huic Eli-

i) In hujus igitur concordiæ, inter utroſque Reges coaleſcentis, conſequentiam, Ladislaus cum Andrea fratre ſuo, jam deſignato Auſtriæ &c Duce contra Ottocarum proximo anni 1278 vere profecturus, alterum Andream, Andreæ olim II. nepotem (*Cf. Turôtz. C. 82. Tabgen. p. 91. Col. XV*), Venetiis evocatum, non modo Sclavoniæ Ducem, verum etiam Locumtenentem ſuum conſtituit. En Diploma, quod hoc anno qua talis edidit (*ap. Schmitt. in Epp. Agr. p. 211*), & A. 1294 qua Rex confirmavit: "Andreas, Dei gratia Hungariæ &c Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire, quod Vener. Pater Dominus Benedictus Dei gratia Epiſcopus Veſprim. Aulæ Dominæ Reginæ, cariſſimæ Conſortis noſtræ Cancellarius, dilectus & fidelis noſter, ad noſtram accedens præſentiam, exhibuit nobis quoddam Privilegium, ipſius Ducatus noſtri, ſuper exemptione populorum ipſorum, a Judicatu Comitum parochialium confectum, petens ipſum Privilegium noſtro Regali Privilegio confirmari; cujus tenor talis eſt: Andreas Dei gratia Dux totius Sclavoniæ, Dalmatiæ & Croatiæ, omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in ſalutis Largitore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod per fideles noſtros, Venerabile Capitulum Eccleſiæ Veſprimienſis, vehemens ejuſdem deſtructio eidem Eccleſiæ & notoria nobis exhiberit medullitus declarata, cordis noſtri præcordia non ſine ingenti moleſtia penetravit, & quaſi noſtræ mentis intentionem ſubtilius demulcendo cœleſtis Principe militiæ, Michaele ſcilicet Archangelo, gubernante ad ea ſollicite perduxit, per quæ eadem Eccleſia ſuæ reparationis antidota recipiat opportuna. Inter illa namque omnia noſtræ largitionis donativa, quibus dictam Eccleſiam effectuoſt ditare, volumus, & dotare prin-

ſabetha, ſoror illius, enupta fuit) & prædeceſſoris noſtri cariſſimi, felicis memoriæ, ſuper libertatibus ipſorum, inferius ingreſſis, confectum, petens nos humillima precum inſtantia, ut dictum Privilegium noſtrum antiquum, ratum habere, & ad majorem hujus rei evidentiam ſigillo noſtro novo & authentico dignaremur de benignitate Regia confirmare, cujus tenor talis eſt:

Carolus Dei gratia Hungariæ &c. Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris, præſentes inſpecturis ſalutem in eo, qui dat Regibus ſalutem. Ordo ſvadet æquitatis, & ad apicem pertinet Regiæ Majeſtatis, ut ea, quæ Juris ordine proceſſerant, illibata conſerventur, & ea, quæ juſte petuntur, ad exauditionis gratiam admittantur. Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie Literarum volumus pervenire, quod Comes Perrenger, Judex (Montanus) de Gülnichbánya dictus & fidelis noſter vice & nomine Univerſitatis hoſpitum de eadem Gülnichbánya, fidelium noſtrorum, exhibuit nobis Privilegium Domini Ladislai condam Regis Hungariæ, fratris & prædeceſſoris noſtri cariſſimi, ſuper libertatibus eorundem confectum, petens a nobis humili cum inſtantia, ut dictum Privilegium --- --- --- innovare, ac noſtro Privilegio dignaremur confirmare, cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

LA-

---

rincipaliter hanc ſpecialem ipſi Eccleſiæ Veſprimienſi noſtrorum ducti Baronum conſilio ſalubri, gratiam duximus faciendam; Quod præfatæ Eccleſiæ populi univerſi, in ambitu Comitatus Simegienſis, Veſprimienſis & Szaladienſis (*Hæc Regis Ladislai abſentiam, & Locumtenentialem, Andreæ huic attributam, poteſtatem ſignificant*), in quibuscunque locis conſtituti, ab omni Juriſdictione & Judicio Comitum, ſeu Curialium, Comitatuum Simegienſis, Veſprimienſis & Szaladienſis conſtitutorum, per eoſdem habeantur prorſus expediti, & liberaliter ſint exempti, prout per alios Reges, Proavos & Prædeceſſores noſtros ipſi Veſprimienſi Eccleſiæ indultum fuerat & conceſſum, annuentes magnifice, ſeu volentes, quod a modo nullus Comitum, ſeu Curialium Comitum prædictorum Comitatuum, ipſos populos ſuo aſtare Judicio compellat, compellere ſeu præſumat, noſtri in omnibus duntaxat Judicii experientiæ relinquendo. Si qui vero huic noſtræ conceſſioni, feliciter admiſſæ, voluerint contraire, vindictam ſentient. -- -- Datum apud Kedhida circa Feſtum Aſcenſionis Domini ſexto Kalendas Junii (*27 Maji*), anno ejuſdem *Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo*. Nos igitur ipſius Venerabilis Patris, Epiſcopi Veſprimienſis, juſtis petitionibus inclinati, dictum Privilegium, pro munimine libenter receptum, de verbo ad verbum præſentibus inſeri faciendo, noſtro Regali Privilegio duximus confirmandum. In cujus rei teſtimonium præſentes eidem Eccleſiæ venerabili Veſprimienſi conceſſimus Regalis noſtri duplicis Sigilli munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri Magiſtri *Theodori*, *Præpoſiti Albenſis*, Aulæ noſtræ Vice Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, quinto Kalendas Auguſti, Regni autem noſtri anno quarto.

k) Ladislaus itaque, cum Andrea fratre ſuo, 27ma Maji 1278 penes exercitum jam erat, & inſtitutis ad Theyam fluvium trans Moravam (*Cf. p.* 301. e. *& LXIII p.* 275) in Boreali Auſtria

LADISLAUS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Omnibus Christi fidelibus, præsentem paginam inspecturis, salutem in omnium Salvatore. Regali incumbit Majestati suos subditos, turbationibus & necessitatibus oppressos, ab ipsa turbatione & necessitate misericorditer relevare, & eosdem in eorum juribus clementer conservare. Proinde ad universorum notitiam tenore præsentium, harum serie volumus pervenire: Quod Judex, Jurati, & universi Cives de Gilnichbania, fideles nostri, ad nostram accedentes præsentiam, a nobis humiliter supplicando, postularunt, ut nos eosdem in libertatibus eorum, ipsis per Belam, Avum nostrum carissimum, & per Stephanum, Patrem nostrum, Reges, illustrium recordationum, mediantibus Privilegiis eorum, quæ nobis pluries (frequentius enim Gölnitzium excurrerat, prout etiam Privilegium, Andreæ, filio Comitis Polyan (*Cf. Diploma sequens & Wagn. Anal. P. I. p. 124. not. b.*), Montano Judici, concessum, Gölnitzii emanavit) per eosdem exhibita exstiterunt, datis & concessis simul cum possessionibus, terris, auri fodinis, argenti fodinis, ferri fodinis, aquis & sylvis, ac cum omnibus utilitatibus eorumdem de benignitate Regia tueri & conservare dignaremur. Nos itaque, qui ex officio debiti & suscepti Regiminis nostri, subditos nostros oppressos turbationibus, & juribus

Austria velitationibus, prout Rudolphus anno prioze optaverat, Ottocarum a tergo premebat; ut adeo una pateat, Hungarorum virtuti ac periculo totam belli hujus molem, illesis fidelibus Rudolphinis, ex altera Danubii parte prospectantibus, incubuisse. Decretorium prælium Chronicon Melicense (*ap. Kat. T. VI. p. 744*) ita consignavit: " Anno MCCLXXVIII. VII „ Kalen. Septembr. (*26 Augusti*) Rudolphus, Rex Romanorum, *auxilio Regis Hungariæ & „ Regis* Cumanorum, cum Rege Boemorum campestre bellum circa Stilvrit (*Oppidum, ad „ dextram Moravæ ripam infra Theyæ ostia situm*) iniit, & nescio, quo casu, Rex Boemorum victus est & occisus. " Simon de Keza (*ibid. p. 746 -*) inter alia hæc habet: " „ Ladislaus Rex Ottocaro, ad prælium parato, circa Castrum Stilfrid prope fluvium Morawe „ appropiaqvat, Boemicum exercitum convallando circumquaque. --- In isto ergo prælio Rex Ot„ tocarus, -- in exercitu captus, occiditur. -- Mortuorum autem numerum potuisset æstimare „ sola Divina sapientia. Rudolphus, Teutoniæ Rex atque Romanorum, cum suis stabat, inspici„ endo, quæ fiebant. Facta autem hac victoria, Rex Germanicus Ladislao Regi egit grates. -- „ Filius vero ejus (*Otocari nothus*), Dux Nicolaus, in Hungariam deducitur captivus, cum „ aliis captivis Baronibus, Comitibus & Militibus sine numero. --- Hæc est enim Ladislai Regis „ victoria primitia, quam Divina Clementia ei tribuit, in ætate adolescentiæ constituto. In quo „ quidem exercitu ipso die Comes Renoldus, filius Renoldi, Banerium (*Vexillum*) Regis „ tenuit viriliter & potenter, de genere Bastech (*Bästh, Cf. Not. 21. p. 43*) oriundus, ad„ stantes Domino Regi frater ejusdem ANDREAS, Salomon (*Comes Albensis*) Ladislaus „ (*Comes Scepusiensis, Cf. XXXIII. & Kat. l. c. p. 646. 1014*) & alii Regni Hun„ gariæ Nobiles, ficut stellæ cœli absque numero. Ut ergo in memoriam redeat Regis Ladislai „ tam glorioſa triumphalisque victoria, in opprobrium, sempiternumque dedecus Boemorum Polono-

„ rorum

eorum pro fidelitate nobis debita privatos (a Rolando ſcilicet rebelle, Scepuſienſi Comite *(Cf. LIII. p. 234)*, qui Scepuſium ipſumque Gölnitz-bányam antea occupaverat), relevare tenemur, ipſis Judici, Juratis, & univerſis civibus de Gilnichbania, illam & eandem in omnibus libertatem, qua temporibus Domini Belæ, Avi noſtri cariſſimi, & poſtmodum etiam Patris noſtri, Regum illuſtrium recordationum, uſi ſunt & gaviſi, de benignitate Regia duximus concedendam, ita videlicet: quod iidem ſpecialiter iſta prærogativa libertatis a noſtra Majeſtate indulta debeant congaudere, ut omnes cauſas in medio ipſorum & populorum, infra metas eorundem conſtitutorum, emergentes, ſanguinis videlicet, furti & latrocinii judicare poſſint, & finem debitum imponere, ut poſtulat ordo juris. Conceſſimus etiam eiſdem, ut nullus Forum in villis, infra metas dictæ Civitatis conſtitutis, in præjudicium ipſius Civitatis habere poſſit, ſed omnes populi, intra metas eorundem concluſi, ad Forum dictæ Civitatis de Gilnichbania cum mercibus eorum ire & accedere teneantur, ibique res ſuas venditioni exponere. Statuimus etiam, ut piſcatores in aquis, ſtructores carbonum, & inciſores lignorum in ſylvis, ſeu aliqui alii laboratores de Civitate Gilnichbania infra terminos & metas eorum, ut inferius annotantur, libere & abſque inquietatione quorumlibet laborare valeant, & ſua officia exercere. Cujus quidem terræ, ſeu poſſeſſionis metæ, prout eaſdem Comes (Andreas, filius Comitis Polyan, Judex Montanus Gölnitzienſis, de Gente Berzevitzya) nobis retule-

„ norum Moravorumque *(matrici Regno infidelium)*, ſcuta & vexilla in Albenſi Eccleſia, „ Sede Regni ac ſolio, in pariete ſuſpenſa, in æternum perſeverant *(verum a clade Mohi-* „ *caſiana periverunt)*." Leobienſe Chronicon *(ibid. p. 752)* addit: "Vidiſſes catervatim X. millia & ſæpe plures Comanorum, qui odio ejus *(Ottocari)* Moraviam, Auſtriam, „ Stiriam intrabant, & flammis, rapinis virorum ac mulierum, puerorum quoque ultra centum „ millia deducentes, ad *paganiſmum* (Græcum quippe Ritum) exulabant."

1) Relata victoria, Rudolphus illico hanc Ladislao, adhuc in Caſtris conſtituto, epiſtolam *(ibid. p. 742)* dederat: "Illuſtri & Magnifico Principi, Dno Dno Ladislao, --- --- Rudolphus --- --- affectum paternæ dulcedinis cum ſalute. O quam celebre, quam inſigne præſagium affuturæ lætitiæ! o quam grandis quam eximiæ virtuoſitatis judicium noſtris inditum eſt præcordiis, de filio, tam præclaro, tam excelſo, præ Regibus terræ, qui gradatim ad culmina probitatis aſcendens, in annis teneris, præmaturis nititur adornari morum annoſorum inſignis, & adulti viri virore veſtiri! Sane quam immenſæ, quam inexplicabilis cordi noſtro materiam exultationis infuderat, quod ad ulciſcendas noſtras & veſtras injurias, quæ quibuſdam individuis nexibus uniuntur, contra communem hoſtem Imperii Romani & Regni Ungariæ, veſtram potentiam tam potenter & magnanimiter excitaſtis, non ſufficit lingua depromere, vel ſcribentis calamus dignis condecentiis exarare. Propter quod in divinæ laudis præconium organi noſtri jubilum attollentes, ad uberiores, quas poſſumus, Regiæ Celſitudini grates & gratias inclinamus; magnopere pollicendo, quod nunquam ullius hoſtilitatis adverſitas pacta vobis indiſſociabilia fœdera poterit aliqualiter incurvare, quin cauſam veſtram in omnibus proprie propriam reputemus. Ecce igitur Nun-

retulerat, hoc ordine distingvuntur. Prima meta incipit a via Dwiyn, & tendit ad domum Heremitæ (hodie Remete Einsiedel), deinde vadit usque ad montem boum, Weuczigh vulgariter nuncupatum, & ibi flectitur & tendit ad caput cujusdam fluvii, Szmolnyk nominati, & exinde protenditur ad domos seu ædificia, in quibus ferrum flari & purgari consvevit. Et postmodum directe procedendo vadit ad caput cujusdam alterius fluvii Walkensteyff nominati. Et exinde protenditur, & vadit ad quemdam montem Weynkw nuncupatum, usque ad illum locum, ubi tributum (in Kolinótz) exigi consvevit, & ibi terminantur. Ut igitur hujus gratiæ seu innovationis series, ipsis Civibus de Gilnichbania per nos factæ robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec per quempiam successu temporis in irritum valeat revocari, præsentes concessimus Literas, duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus d-*iscreti* Viri M. Theodori, Episcopi (*rectius* E-*lecti*) V-*aradiensis*, Præpositi Al-*bensis* & *Sce*-binicnsis Aulæ nostræ *Vice-Cancellarii*, *dilecti & fidelis nostri*. Anno Domini *Millesimo ducentesimo nonagesimo*. *Regni autem nostri Anno XVIII.*

Cetera quoque Confirmationis Carolinæ merita, quæ procul dubio, sicut reliquorum Saxonum Scepusiensium, in persecutione filiorum Omodei Palatini, & Matthæi

Nuncios nostros sollemnes ad præsentiam vestram de latere nostro transmittimus, ut vobiscum provide tractent & ordinent, qualiter nobis & vobis ultra sit magnificentius & consultius procedendum; quod tamen omnino dispositioni vestræ relinquimus, cujus nutui nostra desideria coaptamus; &, si fortassis vestræ Regali prudentiæ videatur expedicns, quod cum ipsis Nunciis ad nos discretos Nuncios vestros de vestro latere destinetis, id valde gratum habebimus, eos, qua decebit, benevolentia recepturi, & ad vos cum expeditione gratuita remissuri. " *Reliqua, procul alibi desunt.*

m) Andreæ interim, Ladislai Fratre, futuro Rudolphi Genero, ac destinato Austriæ &c Duce, seu ex accepto in pugna vulnere, sive alia quavis ratione, in reditu ad Hungariam fatis erepto, Rudolphus, longe alio tono, sequentes eidem Ladislao literas (*ibid. p.* 740) exaravit: " Magnifico Principi -- Rudolphus -- Luminosa sunt opera probitatis, quibus vestra Regia Celsitudo, tempore, quo oportuit, nobis contulit experiri, certæ societatis vestræ plenam constantiam, & immaculatæ fidei infallibilem veritatem, nec non ut a modo discernamus ab aliis, quid de vobis præsumere debeamus, qvum vestræ fidei certitudo apud nos fidis operibus sit probata. Meruit quoque juvenilis animi vestri valida fortitudo, ut, dum de nostris fautoribus & amicis nobiscum late conferimus, vos, aliis omnibus præferendum, præ ceteris diligamus. Et licet dilectus nobis quondam A. (*Andreas*), illustris filiæ nostræ (*Clementinæ*) sponsus, ut dicitur, cursu, proch dolor! nimis præpeti vitam transiverit brevis vitæ; nostræ tamen societatis & amicitiæ, vobiscum initæ, fundamentum immobile, dum vixerimus (*futura docebunt*), permanebit. De quo, fili & amice carissime, certa vobis sit & indubitabilis certitudo. Sane Viri religiosi, utique vestri honoris fervidi zelatores, de processu nostro, in Regno Boemiæ habito,

Trenchinienſis, æque Palatini, Carolo ſe opponentium, fundabantur, avara ſcribæ manus nobis una cum concluſionibus Carolinis invidit. Vetus interim elenchus Privilegiorum Gölnitzienſium, coram Sede Dominali, A. 1772 celebrata, productus prioris Carolinæ confirmationis annum exponit 1317, *quo ſequentes Hungariæ Dignitates* (ap. Kat. ad h. an.) *Privilegiis inducuntur.* Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Joannis, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii & Archidiaconi Küküllöenſis. Anno Domini MCCCXVII. Venerabilibus in Chriſto Patribus, Prælaturas Regni noſtri tenentibus, Thoma Strigonienſi Archiepiſcopo, Locique ejuſdem Comite perpetuo, Colocenſi Sede vacante, Emerico Varad. Auguſtino Zagrab. Stephano Veſprim. Joanne Nitrien. Vacienſi Sede vacante, Martino Agrien. Benedicto Tranſſivan. & alio Benedicto Chanad. Ladislao Quinqueeccl. Georgio Sirm. Dei gratia Epiſcopis. Item Demetrio Magiſtro Tavarnicorum noſtrorum, Dominico Palatino, Petro Magiſtro Agaz. noſtrorum, Lamberto Jud. Cur. noſtræ, Petro Magiſtro Tav. Dominæ Reginæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, ceteriſque Regni noſtri Baronibus & Proceribus, Comitatus & Honores gubernantibus.

Ita etiam præmiſſum Diploma, novo Caroli Sigillo roboratum, anno 1327 *aſſignatur, quo ſequentes* (ibid. ad h. n.) *Hungariæ Dignitates recenſentur:* Datum per manus diſcreti Viri Magiſtri Andreæ, Præpoſiti Albenſis, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno Dom. MCCCXXVII, Regni noſtri anno ſimiliter XXVII. Venerabilibus in Chriſto Patribus, Dominis Boleslao Strigonienſi, Locique ejuſdem Comite perpetuo, Fratre Ladislao Colocenſi, Aulæ noſtræ Cancellario, Archiepiſco-

---

to, clare vos inſtruent, in quorum præſentia Venerabilis Olomucenſis Epiſcopus (*Bruno, qui quam fervidus honoris Hungarici zelator fuerit, litera ejuſdem* (Cf. b.), *Gregorio X. ſcripta, pro ſe loquitur*) & quidam Barones Moraviæ *Nobis & Romano Imperio* fidelitatis homagia præſtiterunt. Quamvis autem facile nobis eſſet tam Regnum (*Bohemiæ*), quam pueros (*abducendo*) extremæ ſubjicere vaſtitati; multis tamen ſalubrius & Deo gratius videbatur, ut ad veſtrum & noſtrum propoſitum conſequendum, ſine tot hominum & maxime puerorum perpetuo exterminio veniremus. Nec dubitet Regia Celſitudo, quod ſive fiat, ſive deficiat vobis dicta aſſignatio puerorum (*ut ſupra innuitur* (h. fin.), *centum millium, cujus nempe vices hodie pecuniaria exactio ſubit*), veſtrum in hac parte negotium, fideli conſtantia, ſicut noſtrum proprium, proſequemur. Et quia quidam Bohemi Nobiles a veſtris Baronibus (*Captivi*) detinentur, per quos poſſet rerum veſtrarum (*theſaurorum ſcilicet, per Annam* (Cf. d. fin.) *Belæ, olim Ducis de Machow, Viduam, Ottocaro traditorum*) de facili promoveri; Serenitati Veſtræ conſulimus, & ex animo ſupplicamus, quatenus pro liberatione quatuor perſonarum dignemini laborare, quarum abſolutio veſtræ & noſtræ, ut diximus voluntati — — — Ceterum Joannes Comes (*Sopronienſis, Iwan, quod idem eſt, a ſuis dictus, Henrici utpote* (Cf. b.) *filius*) nos multum ſollicitat, ut ſibi, factam nobis (*per ſuas in Auſtriam & Stiriam procurſiones*) injuriam, ex animo remittentes, ipſum, volentem ad nos divertere (*hoc eſt: Germanico Imperio conjungi*), ſub protectionis gratia colligemus (*una cum ſuis Sopronienſi & Caſtriferrei Comitatibus; ſperabat enim ſe hac ratione*

Ducem

epiſcopis ; Joanne Nitrien. Benedicto Chanad. Nicolao Jaurin. Georgio de S. Ireneo *(Sirmienſi)*, Ladislao Quinqueeccl. Fratre Petro Boſnén. Iwanka *(Joanne)* Varad. Andrea Tranſſilvano , Laurentio Vacien. Henrico Veſprim. Aulæ Dominæ Reginæ Cancellario , & Chanadino Agrien. Epiſcopis ; Magnificis Viris Philippo Palatino , Judice Cumanorum , Comite Scepus. & Ujvár. Demetrio Magiſtro Tav. noſtrorum , Comite Bach. & Trenchin. Alexandro Judice Cur. noſtræ , Thoma Vajvoda Tranſſil. & Comite de Zounuk , Michaele Bano totius Slavoniæ , Comite Simigh & de Sarus , Paulo Bano de Machov . Comite Sirm. de Wolko & de Budrug , Joanne Magiſtro Tavern, & Deſeu Judice Curiæ ejuſdem Dominæ Reginæ , Stephano Mag. Agaz. noſtrorum , Dionyſio Mag. Dapiferorum & Nicolao Comite Poſon. Stephano Comite de Maramarusio , aliiſque quam pluribus Regni noſtri Comitatus tenentibus & Honores.

Nos igitur juſtis petitionibus præfator. Petri Judicis , Joannis & Michaelis, Civium jurator. de Gylnichbánya , nomine Univerſitatis Civium *(hic memorati veteris munci apographi , authentice tranſumti , continuatio concluditur)* & Hoſpitum noſtrorum de eadem noſtræ per eoſdem porrectis Majeſtati, Regio inclinati cum favore , prætactum Privilegium dicti Patris noſtri cariſſimi , omni prorſus ſuſpicione deſtitutum , præſentibus de verbo ad verbum inſertum , ſimul cum univerſis Libertatibus eorum præmiſſis , in eodem Privilegio paterno contentis & expreſſis acceptamus , approbamus , ratificamus , & quoad omnes ſui continentias & clauſulas de beneplacita voluntate Sereniſſimæ Principis , Dominæ Eliſabethæ Reginæ , Genitricis noſtræ cariſſimæ, Regia autho-

---

Ducem Auſtriæ futurum). Cui aliud non curavimus reſpondere , quam quod Regis & Regni Hungariae indevotos ad ſervitia noſtra colligare dedignamur. Quod ſi forte dicti Joannis & fratrum ſuorum exceſſibus Dignatio veſtra Regia dignum duxerit miſereri , attente petimus , ut damnorum noſtrorum innumerabilium , per ipſos nobis hoſtiliter illatorum , mentio habeatur. Certos quoque vos reddimus , quod eoſdem ſine veſtro expreſſo beneplacito nullatenus colligabimus. Sed ſi de vindicta communis injuriae cogitare curabitis , utilitatem noſtri fidelis & potentis auxilii in his & in omnibus aliis ſentietis. "

n) Inter ceteros Ottocari auxiliarios Leobienſe Chronicon *(ap. Kat. l. cit. p. 749)* Leonem , Ruthenorum Regem , Polonos item , quorum Duces Bouzlaus & Boizlaus *(Cf. Not. 86 p. 315. p)* erant , contra Ladislaum , proximum cognatum ſuum , arma corripuiſſe perhibet, ex quo elucet , eos hanc Hungarorum cum Latinis confœderationem improbaſſe. Confœderationi huic attribuendæ ſunt ſeditiones religionariae , quas per Scepuſium & Hungariam orientalem Gergen , filius Pauli , Lorandus *(vel Rolandus)* Comes de Scepus , filius Mark *(Cf. XXXIV. p. 128. & Not. 73. p. 211, LIII. p. 234. LXII. p. 2)*, per Sclavoniam vero & occidentalem Hungariam , Stephanus Boſniæ Banus , Joachimi Sclavoniæ Bani frater *(Cf. Kat. T. VI. p. 646. 707. 766.)*, aliique Nobiles Regni hoc eodem A. 1278 excitarunt , quorum prioribus multis aliis prælio cæſis , poſteriores , Stephano , Colocenſi AEpiſcopo , Lodomerio Varadienſi , Dionyſio Jaurinenſi , Andreæ Agrienſi & Thoma Vacienſi Epiſcopis ; nec non Petro Palatino , Judice Cumanorum & Comite Simigienſi , Ugrino , Magiſtro Taveraicorum , Magiſtro Mat-

thoritate pro iiſdem fidelibus Civibus & Hoſpitibus de Gülnichbánya perpetuo confirmamus, præſentis Privilegii noſtri patrocinio mediante. Salvis poſſeſſionibus & Juribus alienis. In cujus confirmationis teſtimonium, firmitatemque perpetuam præſentes conceſſimus Literas noſtras privilegiales, pendentis & authentici Sigilli noſtri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis in Chriſto Patris Domini Nicolai, Dei & Apoſtolica gratia Archiepiſcopi Strigon., Locique ejuſdem Comitis perpetui, Aulæ noſtræ Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono. Tertio nonas menſis Maji, Regni autem noſtri anno decimo octavo. Venerabilibus in Chriſto Patribus & Dominis eodem Nicolao AEpiſcopo Strigon. Ugolino Spalat. Nicolao Veſprim. Michaele Vacien. Petro Boſnen. Stephano Zagrab. Fratribus,

---

Matthæo, Comite Supruniensi & de Baranya, Stephano, Magiſtro Dapiferorum, Comite Poſoniensi, apud Ladislaum intervenientibus, literas, factorum veniam & oblivionem sancientes, præſtito ab eodem jurejurando, unde periculi gravitatem assequi licet, expreſſerunt (*Cf. N. 74 p. 212*). Atque huc pertinent ea, quæ Chronicon Salisburgenſe his verbis refert (*ap. Kat. l. c. p. 777*): „ Ad complacendum Regi (*Ladislao, Ritum natalitium reſumenti*) Electus Strigoniensis „ (*Benedictus, Cf. b. Cumanos Tibiſcanos ad unionem Eccleſiæ Romanæ traducturus*) „ una cum Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ (*Græco-Catholicum Ritum ſecuto*), ſe transferunt „ ad Cumanos (*Phociano potiſſimum Schiſmati adhærentes*): & ſubito, qvum Præpoſitus „ in ſtratu (*lecto*) ſuo quieſceret; venit quidam & transfodit eum gladio ad præcordia, & ipſo „ mortuo vindex hujus evanuit. Electus vero, acri morbo correptus, Confeſſores advocat, & „ recognito errore (*quod, ſpreto Ritu Latino, ſe ad Cumanos recipiens præcipuam „ quoque Prælaturam Hungariæ amiſerit*), injungit familiæ & amicis, ut cadaver ipſius ad „ Legati (*Philippi, Firmani Epiſcopi, (Cf. Not. 74. p. 212) Budæ operantis*) præſentiam deferant. --- Allato itaque cadavere, & ad oſtium Legati poſito; qvum pro ſepultura „ *Græco Ritu in Præpoſitura Budenſi perficienda*) intercederetur, dixit Legatus, non „ oportere eum ſepeliri, qui vivus ſe abſciderat ab Eccleſiæ unione; tandem admiſit, ut infectus „ in fide, ſepeliretur in Cimiterio leproſorum. Quo admiſſo, ſonus magnus per totam Civitatem „ intonuit, ut omnis, volens largam eleemoſynam a Legato conſequi, ſuper ſepeliendum lapidem „ jaceret. Quod & factum eſt. Nam omnis populus (*Latinus*) concurrens tantam congeriem lapidum ſuper cadaver mortui jecit, ita quod ejus magnitudo excederet domus maximæ qualitatem. Obruto itaque cadavere, amici Electi Legato imponunt, quod ejus exhortatione factum hujus ſit commiſſum, qui, licet difficulter, tandem ſe conſtantiſſime excuſavit. " Hac Synodi & Comitiorum, Budæ celebratorum, occaſione Philippus, Apoſt. Sedis Legatus, Lodomeriam, Varadienſem Epiſcopum, ad Sedem Strigonienſem traduxit (*Cf. Not. 86. p. 293*), „ Nicolaus vero Pontifex, datis ad Regem Hungariæ Literis (*ap. Kat. l. c. p. 778*) hortatus eſt, ut eum ſuſcipieret. Ladislaus interim Lodomerii, aſſumto Ritu Latino, Strigoniensem ſibi Archiepiſcopen afferentis, factum improbaturus, Decimam totius tributi de Scepus (*LXVII. p. 293*) denegavit, licet idem Lodomerius Græcum Ritum nuſquam impediviſſe legatur (*Conf. „ XXXVII. p. 151. Not. 64. p. 153. c. XXXVIII. p. 154. XLI. p. 191. XLVIII. p. 223. & hic c.*).

c)

bus, etiam Stephano, Nitrien. Thoma Sirmien. Joanne Tinien. Marco Tragur. Demetrio Nonen. Valentino Makar. & Faren. Matthæo Sibinicen. Fratribus Michaele Scardon. Portina Sennien. & Boleslao Corbavienſi Eccleſiarum Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus; Magnificis Viris, Nicolao Konth Palatino, Andrea Vajvoda Tranſſilvano, Comite Nicolao Ugrini Judice Curiæ noſtræ, Euſtochio Sclavoniæ, Nicolao de Machow, Nicolao de Zeech totius Croatiæ & Dalmatiæ Banis, Chyko Ta ern. Leukuth Dapifer. & Pincern. Dionyſio Agazon noſtrorum Magiſtris, ac Magiſtro Simone, Comite Poſonienſi, aliiſque quam pluribus Comitatus Regni noſtri tenentibus & Honores.

Tt LXXVII.

---

o) Poſtquam Martinus V. Pontifex, certis nunciis victoriam, a Ladislao de Cumanis A. 1282 (*Cf. LIII. p. 239*) relatam, accepiſſet; propoſita periculi, quod inſtabat, magnitudine, beneficii divini memoriam, ac Regni ſui, a diverſarum guerrarum diſſidiis convulſi, & quaſi totaliter iniquorum ſeductionibus ſubtracti, caſum inculcando, eum, velati de Sanctorum ſtirpe progenitum, ad imitanda eorum veſtigia, fidemque Catholicam, totis viribus devote amplectendam & dilatandam, mores vitæ ab illa quomodolibet, etiam in cultu Corporis & habitu (*Nationali utique, Hungaris communi,*) aſpernandos, pravos Conſiliarios abjiciendos, eorum vero, qui juſti & in fide ſinceri vias ejuſdem regant & dirigant, obaudiendos, peculiaribus Literis II. Kalend. Octobr. anno II. (1282) excitavit, ac demum ita (*ap. Kat. T. VI. p. 875*) concludit: „ Nec Excellentiam Regalem deterreant Literæ „ quædam, quas ſuper tuis Corona & Regno per Miniſtrorum tuorum (*Latinorum, cum „ Caroli Soceri filio, itidem Carolo Martello, ſive Claudo, colludentium*) „ malitiam conquereris fraudulenter extortas; ſciturus, quod non eſt intentionis Eccleſiæ, „ in Jura Celſitudinis Regalis obrepere, vel tecum agere captioſe; immo potius, tuis ad „ id concurrentibus meritis (*etiam a Nicolao III* (Not. 74. p. 215) *inculcatis*), „ velut cariſſimum filium, prout eum decet, Apoſtolico favore protegere, ipſiuſque ubertate, „ quaſi maternis uberibus, confovere. “ Sed enim Tatari ſive Cumani Mixotici, Latinorum ad res Hungaricas, pro communibus habitas, influxu & Ladislai conniventia irritati, Regno Hungariæ denuo vaſtitatem intulerunt (*Cf. 77. ad A. 1285. p. 232. LXIII. p. 275*); cujusmodi auſum Ladislaus, armis vindicaturus, Hungaricas copias, ultra Tanaim & Volgam eduxit, innumeris Ruthenorum & Cumanorum, ſive Neugarorum captivis, inter quos etiam Principum filii filiæque comprehendebantur (*Cf. LVII. p. 257*), ſecum in Hungariam adductis. Cumque Principes feminas, maternas utpote cognatas (*Cf. N. 86. p. 295. a.*) optima fide, in Aula Regia, prout decere arbitrabatur, Eliſabetha Conjuge ſua neqnidquam acrius obſiſtente, interteneret, factioſa Conſorte ſua, in carcerem conjecta, præcipuam earum, quam Ladislaus populariter *Atyánfia*, ſive *Cognatam*, ejus vero Mater, Eliſabetha ſuperſtes, *Augyom*, velut fraterno filio nuptam, vocitabat, unde ſcilicet Turotzyanus Anonymus, natione Germanus, ac Monachus Latinus, *Ayduam* ſuam *efformavit* (*Cf. Not. 86. p. 257*), exemplo Friderici II, Auſtriæ Ducis, Græcam, nec non Ottocari, Bohemiæ Regis, Latinam uxores (*Cf. N. 79. p. 237. Col. IX*) repudiantibus, futuram vitæ ſociam delegit. Rem hanc laudatum Salisburgenſis Chro-

LXXVII.

Ladislaus IV. alteram ſilvæ, Regalis medietatem, juxta fluvium Lomnitza exiſtentem, Andreæ, filio Polyan, familiari ſuo confert, cujuſmodi collationem Andreas III. confirmat. A. D. 1290.

EX AUTOGRAPHO, in Tabulario L. Familiæ Berzevitzyanæ habito. Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 212.

ANDREAS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex. Univerſis Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum intuentibus, ſalutem in Domino ſempiternam. Regia pietas ſingulorum merita tenetur proſpicere oculo pietatis, & ipſos invitare ad fidelitatis opera muneribus dona-

---

Chronicon, plures annos breviter complexum, ita memoriæ prodidit: "MCCLXXIX. Dominus „ Philippus, Firmanus Epiſcopus (*Cf. N. 74. p. 212*), adhuc in Hungaria exiſtens, circa „ Regem (*Ladislaum*) nihil proficit; immo (*ſubinde A. 1286*) ipſe Rex ad Gumanos „ (*e Latino quippe Ritu ad Græcum*) ſe transferens, dimiſſa uxore ſua (*Eliſabetha Sicula*), „ filia Karuli Regis, avam ſuam (*ita Germanus Chroniſta Ladislai cognatam denuo corrumpit*), Reginam Gumanorum (Matruelis utpote ſui, recentiſſimo bello pereuntis, viduam) „ duxit uxorem." Atque hinc domeſtici non minus proditores, quam exteri Hungarorum æmuli, concubinarum fabulam (*Cf. Turótz. C. 79. 81*) commenti ſunt, quæ nimirum crimina, & alia plura pro clypeo innovationum Hungariæ, opinionibus religionariis in partes alioquin diſtractæ, aſſumſerunt, ac Honorio Pontifici, prout e ſequentibus ejuſdem Literis (*ap. Kat. l. c. p. 932*) facile adverti poteſt, invidioſe magis quam juſte ac vere detulerunt.

p) Cariſſimo in Chriſto filio Ladislao, Regi Hungariæ illuſtri. Si ſparſa ſemina, de gremio Matris Eccleſiæ feminata, colligeres, divinæ gratiæ participatione ſentires, quod ipſa Eccleſia Progenitorum tuorum merita clara rememorans, te bajulare ac lactare cœpit, ut filium, & tandem --- te informavit ac direxit indefeſſis ſollicitudinibus & ſtudiis opportunis. --- Sed proh dolor! ſicut diverſis ſcripturis & relatibus, ac alias fama divulgante, amare percepimus, tu -- in ruinam ſponte proſilire dignoſceris, dum Deum contemnere non vereris, vel revereri contemnis: & alias in præcipitium te devolvis, deſtructionem famæ propriæ non aſpernans, -- poſitus es in notabile ſpectaculum gentibus, ut tamquam criminoſus, merearis a ſingulis notari, pro eo maxime, quod religione Chriſtiana poſtpoſita vel potius abjecta (*longe aliud teſtantur tot ejuſdem Diplomata, ſacris locis elargita, ut adeo Chriſtianam Religionem ideo abjeciſſe arguatur, quod Ritum Græcum denuo aſſumſerit*), in contemptum divini nominis te cum Tartaris (*Cf. Not. 81. p. 256.*), Saracenis (*inter quos Myze Palatinus* (Cf. Chron. Bud. ap. Turótz. P. II. C. 81), *& alii gratiam tamen baptizmatis, conſecuti, referuntur*)

donationis, ut alii eorum exemplo invitati ardencius famulentur. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: Quod Andreas, filius Polyan, fidelis noster de Zepes, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis patentes literas Domini Ladislai, quondam illustris Regis Hungariæ, felicis recordacionis carissimi fratris nostri patruelis, super collacione cujusdam silve, ville ac possessionis sue in Zepes existentis, confectas, petens a nobis cum instancia, ut easdem acceptare, & nostro dignaremur privilegio confirmare, quarum quidem patencium literarum tenor talis est:

Nos Ladislaus, Dei gracia Rex Hungarie, memorie comendantes significamus, quibus expedit universis presencium per tenorem: Quod nos consideratis fidelitatibus,

---

tur) Neugeriis paganis (*Cf. Not.* 60. *p.* 26 d.) conversatione damnata confœderare diceris; specialiter vivendi cum eisdem Neugeriis norma sumpta (*Cf. Not.* 74. *p.* 112), & abjecta, immo potius carceri tradita immaniter uxore propria (*causas facti hujus* (Cf. Not. 61. p. 137. l. in.) *nemo scriptorum revelare sustinuit*), vi elicet carissima in Christo filia nostra Elisabetha, Regina Ungariæ illustri, desavicns in te ipsum & Regiam domum Ungariæ, quæ consvevit claris germinibus fœcundari, in ipsius domus exterminium, thorum fœdare non metuis conjugalem (*Ayduam Cumaniæ antea, jam vero Hungarorum Reginam* (Turótz. l. c. Cf. Not. 81. p. 257), *intelligit, cum tamen æque, sicuti frater ejusdem Nicolaus, baptizata, & Græco-Catholica fuisse dubitari nequeat*): sicque, si premissis veritas suffragatur, degis, divina & humana lege vetiti criminis labe pollutus, in scandalum hominum, & rederis in conspectu superni Numinis odiosus. Unde Celsitudinem Regiam monemus, rogamus & hortamur attente, per Apostolica scripta mandantes, quatenus eorundem Tartarorum, Saracenorum (*ita Mahumedanos vel Turcas, qui Thraciam fere totam, excluſa CPoli, jam occuparant, a Sara, uxore Abrahami; alii vero Ismaelitas* (Cf. N. 85. p. 289. n.) *ab Ismaele filio, alii denique Agarenos, ab Agar, ancilla ejusdem appellabant*), Neugariorum & paganorum, ac aliorum infidelium dimissis erroribus, in quorum observatione a via lucis deviatur, & itur in tenebras, que docet & servat universalis Ecclesia, velut plantatus in domo Domini, --- amplectaris; & eandem Reginam resumens, --- ut teneris, maritali affectione pertractes. --- Et ne videatur correctio paterna tepescere circa filium delinquentem, Ven. fratri nostro A. Episcopo Strigon. (*Lodomerio*) --- per alias literas --- injungimus, ut --- te a sic nefandis erroribus retrahat & ad viam salutarem studiosa operatione reducat. Et si dicti Tartari, Saraceni, Neugerii & pagani damnatos suos conatus contra Catholicæ fidei (*Latini ut pote Ritus*) professores exercitare voluerint, ne ipsorum invalescat temeritas in dispendium fidei Christianæ, contra predictos Tartaros, Saracenos, Neugerios & paganos, ac alios adherentes eisdem, vel eos in iis quomodolibet confoventes, cujuscunque status aut conditionis existiterint, per se vel per alium seu alios studeat sollicite proponere verbum Crucis (*bellum sacrum*): Et nihilominus ceteris Regibus, Ducibus, Comitibus & Baronibus ac populo illarum Partium scribimus, ut super iis Episcopo assistant eidem: nec cessabimus, quantumcunque invite, si oportuerit, quod non credimus, ad tuam correctionem partes Apostolicæ sollicitudinis, sicut expediet, adhibere. -- Dat. Romæ, apud S. Sabinam, IV. Idus Martii, Anno II. (1287). "

q).

& ſerviciorum meritis, Andree, familiaris juvenis noſtri, filii Comitis Polyan, que idem (Gölnitzbányæ metallicis operis præfectus (*Cf. Wagn. Anal. P. I. p.*124), ac ſubinde ad officium Judicatus Montanorum de Schemnitzbánya translatus) nobis fideliter exhibuit, & impendit, quandam ſilvam noſtram Regalem, juxta fluvium Lomnycha, qui fluit de Scemene, cujus ſilve termini uſque ad prefatum fluvium procurrunt, diſtinguebantur, & idem Andreas uſque ad prefatum fluvium dimidietatem dicte ſilve ex noſtra collacione dinoſcebatur poſſidere, dedimus & contulimus eidem, tam ex iſta parte fluvii, quam ex alia memorati, perpetuo poſſidendam. Datum in Gilnichbánya, quarto die quindenarum Beati Georgii.

Nos itaque juſtis & legitimis ſupplicationibus Andree ſepedicti favorabiliter incli-

---

q) Nec inutilis opera fuit Honorii IV. Pontificis in reducendo Rege Ladislao, qui ſe XII. Kalend. Apr. 1288, in Diplomate, quo telonialia Strigonienſis Eccleſiæ Jura (*ap. Kat. T. VI. p.* 964), confirmavit, *nuper apud Strigonium reſipuiſſe* palam fatetur, *ac de ſuis transgreſſionibus, auctore Domino, meliore ſtudio retractum eſſe* teſtatur; qui „ Paſcha„ ſio, Nitrienſi Epiſcopo (*vid. ibid. Diploma p.*978), familiari olim Clerico Stephani Regis, „ cariſſimi Patris noſtri, -- ad Albertum (*inde ab A.* 1282), Auſtriæ Ducem, pro ſecre„ tis ambaſſatis noſtris legationibus perferendis (*ita Rex loquitur*) in reditu -- quum ad no„ ſtram Curiam remearet, per Cumanos, hoſtes & inimicos capitales tunc temporis (*A.*1285. *Cf.* o.) „ Regni noſtri & noſtros, capto, ſpoliato, denudato & eorum vinculis enormiter alligato, ſua „ propria in perſona pluribus diebus in dedecus ordinis Epiſcopalis, proh dolor! detento, -- ac „ per ipſum ejus Eccleſiæ & Epiſcopatui totales terras, poſſeſſiones, omnia alia jura hoſpitum no„ ſtrorum de Nitria, immediate pertinentia ad noſtram Regiam Majeſtatem, -- de mera liberali„ tate ac Regiæ pleuitudinis munificentia dedimus, donavimus & contulimus. --- Datum per manus „ V. in Chriſto Patris D. Thome, D. gr. Ep. Vacienſ. aulæ noſtræ Cancell. dil. & fid. noſtri, „ A. D. 1288. III. id. Maji." Præterea Lodomerium ABpiſcopum, ac juribus Eccleſiæ Scepuſienſis ratione Decimarum (LXVI) derogari patiatur, ſolicite reflexit; qui denique Decimas tributi Scepuſienſis (LXVII) eidem Lodomerio reſtituit & ſtabilivit, pluresque alias largitiones ac Regios favores locis Deo dicatis (*Cf. Kat. l. c.*) præſtitit. Quum interea Iwanus, Henrici de Németi Ujvár filius (*Cf.* b. & m.), Rudolpho, Albertum filium ſuum, Auſtriæ, Carinthiæ ac Stiriæ Ducem, renunciante, concepta potiundarum Regionum harum fiducia elusus, easdem veteri Hungarico Juri aſſertoris, hoſtilitates, aliquamdiu intermiſſas, renovaſſet, Albertus, ſecretis Ladislai legationibus (*Cf.* q), teſtante Ducum Stiriæ Hiſteria (*ad A.* 1289 *p.* 126) eo evalentibus: *Ne quid ab Rege Hungariæ negotii, foret prius transactum, promiſeratque nec ære nec milite ab ſe Ibanum juvandum*, plene confiſus, arma corripuit. Leobienſe Chronicon (*ap. Kat. l. c. p.* 988) hæc perhibet: „ A. MCCLXXXVIII. Albertus contra Comites Ungarienſes Ybanum (*Hungaris & Ruthenis hodiedum Iwan, idem eſt, quod Slavis Juno, Jan ſeu Joannes*) & filios ejus de Guzzinge (*Németi Ujvár*), „ arma corripit, frequenter metas Auſtriæ & Stiriæ deprædantes. Et quum exercitum electorum

„ (mili-

inclinati, maxime, quod idem cum omni fervore fidelitatis multipliciter nobis ſtuduit complacere, predictas patentes literas Regis Ladislai, fratris noſtri patruelis, preſentibus inſertas, authoritate preſencium duximus confirmandas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſie Prepoſiti, Aule noſtre Vice-Cancellarii (qui hoc anno in Ladislai quoque Privilegio, immediate priore, qua talis omnium prima vice occurrit), dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo. IV. Kalend. Auguſti, indictione III. Regni autem noſtri anno I. Venerabilibus Patribus, Lodomerio Strigonienſi, Joanne Colocenſi Archiepiſcopis, Andrea Agrienſi,

„ (*militum*) mitteret, ad prælium deventum eſt, in quo agiliter & viriliter ex utraque parte „ a viris, bella ſitientibus, eſt certatum. Et dum ſub dubio victoria fluctuaret; Hungari autem „ mittendi jacula perpenſius ſcientes, Alberti partem accerrime perturbabant, vulneratos & deficientes captivos ſecum in Hungariam pertraxerunt. Quo diſturbio-ſedato, per pacta mutui juvaminis (*in publicis Regni Comitiis* (Cf. LXXVII. p. 296) *adverſus Albertum decreta*) in amicitia confirmantur. " Albertus, ab Hungaris, Græco Ritui addictis, & familiari ejus temporis Tartarorum, Saracenorum, Neugarorum & Paganorum vocabulo venientibus, male ſibi metuens, contra eoſdem Rudolphi Patris, Rudolphus autem Nicolai IV. hoc anno 22. Februarii ad Pontificatum ex Ordine Minorum Conventualium evecti, opem imploravit. Pontifex itaque Lodomerium ad ſacram militiam, adverſus eos indicendam, his literis (*ibid. p.* 970) adhortatus eſt: " Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi dicti Tartari, Saraceni, Neugerii & Pagani damnatos ſuos conatus contra Catholicos fidei profeſſores exercere voluerint, ne ipſorum invaleſcat temeritas in diſpendium fidei Coriſtianæ, contra prædictos Tartaros, Saracenos, Neugerios & paganos ac alios, adhærentes eiſdem, vel eos in iis quomodolibet confoventes, -- omnibus Chriſti fidelibus, per Regnum Ungariæ, ac per Boemiam, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Sclavoniam & Iſtriam, per te, vel per alium ſeu alios ſtudeas ſollicite proponere verbum Crucis, & ad illam aſſumendam & proſequendam Chriſtianum populum de ipſo Regno & terris hujuſmodi exhortari. -- Super quo ſtricte tuam conſcientiam intendimus onerare, illam concedendi indulgentiam tibi concedimus poteſtatem, quæ in terræ ſanctæ ſubſidium proficiſcentibus concedere Sedes Apoſtolica conſvevit. Dat. Reate, VI. idus Aug. anno I (1288). ' *His Raynaldus iſta ſubjicit.* " Excitati pariter alii AEpiſcopi, Epiſcopi, Abbates Sacerdoteſque Ungariæ, ne Strigonienſi Archiepiſcopo in fide tuenda deeſſent. Admoti quoque pii ſtimuli Proceribus Ungariæ, Poloniæ Ducibus, Magnatibus Sclavoniæ (*pleriſque Latinum Ritum ſimulantibus*), Duci Auſtriæ (*Alberto*), Wenceslao Boemiæ, Rudolphoque Romanorum Regibus, ut arma pro aſſerendo in Ungaria Chriſtianæ Religionis ſplendore in impios expedirent. " Adfert etiam Raynaldus Pontificis epiſtolam, qua Helenam, Ladislai ſororem, Serviæ Reginam (*Cf. N.* 86. *p.* 303. f.) adhortatur, ut filios ad unionem Catholicæ fidei, de qua hæc jam recte ſentiebat (*Cf. Not.* 86. *p.* 306. h.), adduceret; aliam item ad Uroſium, Helenæ filium, datam, qua ſuum erga ſalutem ejuſdem ſtudium aperuit.

x) Albertus, inſigni hocce Pontificis præſidio munitus, inſequentis anni vere Hungaros

Gregorio Chanadienſi, Paulo Quinqueeccleſienſi, Haab (de genere Aba *(Conf. XXXVIII. p. 155)* Omodæi Palatini fratre) Vacienſi, Benedicto Veſprimienſi, Aule Domine Regine, Conſortis noſtre Cariſſime (Fennæ ſeu Fennenæ, Zemomisli *(Cf. Kat. T. VI. p. 1030)* vel Zemoviti, Cujaviæ ſeu Wladislaviæ Ducis, filiæ) Cancellario, Benedicto Varadinenſi, Poka Sirmienſi, Andrea Jaurinenſi, & Petro Tranſſilvanienſi Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Matheo Palatino & Judice Comanorum, Briccio Bano tocius Sclavonie, Rolando Wajwoda Tranſſilvano & Comite de Zonuch, Dominico Magiſtro Thavarnicorum noſtrorum, Moys Magiſtro Thavarnicorum Domine Regine, Andrea Judice Curie noſtre, Comite Nitrienſi, Joanne Magiſtro Agazonum noſtrorum, & Comite de Baranya, & aliis quam pluribus, Comitatus Regni noſtri tenentibus, & honores.

LXXVIII.

---

ros denuo impetiit, quod Auſtralis hiſtoriæ pars plenior *(ap. Kat. l. c. p. 986)* ita refert: „ MCCLXXXIX. Comes quidam Ungarius, Iwanus nomine, ſive Johannes, quod idem eſt „ filius Comitis Haimici *(Cf. b.)*, homo malignus & totus tyrannus, qvum multis annis re„ bellaſſet contra Regem Ungariæ *(de rebellione hac domeſtici Annales altum ſilent, „ niſi Author*, „ alioquin Latinus & Auſtriacus, *ideo rebellem Iwanum faciat, quod „ Auſtria, Stiria & Carinthia, a matrice Regno avulſis, eorum incolas, pro per„ duellibus habitos, illatis hoſtilitatibus afflictos, ad fidem „ Regibus Hungariæ de„ bitam reducere quæſiverit)*, Dominum ſuum, -- obſtinatus in ſua malitia, fines Ungariæ „ transgreſſus, Auſtriam prædis & rapinis devaſtabat; Stiriam quoque & undiquaque circa me„ tas Ungariæ *(Cf. Not. 53. p. 100. --)*, velut lupus rapax, deprædatus eſt. Invictiſſimus „ autem Dux Auſtriæ Albertus, qvum diutius diſſimulare non poſſet, collecto exercitu magno & „ forti contra eum -- potenter Ungariam intravit, & viriliter expugnavit -- Civitates, Caſtra, „ munitiones & oppida armis diverſis & machinis, & victoriam obtinuit contra fautores & com„ plices Comitis prædicti, primo Mertinstorff *(hodie Nagy-Márton)*, Chervellenburch, „ Rorbach *(Rohran)* Paumgarten *(Pangarth)*, Walbanstroff, Junerpudenſtorff *(Ne„ met Pordan)*, Chrenisdorff *(Torma-falu)*, Sanct-Margrethen *(Margitha)* Oden„ burg *(Sopronium)*, Nekendorff *(Nyék)*, Chobelſtorff *(Kobersdorff)*, Landeſee „ *(Landſee)*, Traitzendorff *(XIII poſſeſſiones ad arcem Landſee pertinentes)*, „ Rekinez *(Rakitſan)*, Stainberg *(Kö-balom)*, Pilgreinstorff *(Pilgersdorf)*, Wi„ lanſtorff, Pinckevelde *(Pinka-föld)*, Reterſtachen *(f. Boroſtyánkó)*, Alberndorff „ *(Olbendorf)*, Stegraiffebach *(f. Csepreg)*, Oreiveze, Dasdrinwarten *(tria caſtra)*, „ Nikolasturn Sleunz *(Szalonák)*, Percholstorff, Rumpolstorff, Neubaden, Wegerstorff, „ Brandorf, Wardescricken, Budenshuſen *(Lotſmany)*, Zuchanochſen, Annet, Iſenenburg „ *(Vas-Vár)*. Interim, quod hæc fiebant, Epiſcopus Vezprimienſis *(Petrus)*, frater Comitis prædicti, homo *(ſcilicet)* malignus, plus diligens iniquitatem *(o præclarum teſtem!)*, „ quam benignitatem, multa mala excogitaverat contra Auſtriam, & plura prius ſpoliis & rapi-

„ nis

LXXVIII.

Andreas III, ratam habet Donationem Belæ IV, ſuper poſſeſſione Lizka-Olozy factam Eccleſiæ Scepuſienſi. Anno D. 1290.

EX AUTOGRAPHO per Cl. Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 303 producto.

ANDREAS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Q od diſcretus Vir, Jacobus Præpoſitus, & Capitulum S. Martini de Scepes, coram nobis conſcientioſe demonſtrarunt, quod tempore Domini Ladislai Regis, patruelis Fratris noſtri, ipſa Eccleſia B. Martini per inſultus Cumanorum & Neugarorum miſerabiliter exſtitiſſet ſpoliata, & Camera ejuſdem

„nis cum fratre ſuo perpetraverat, proponens fratri ſuo (*id quod aggreſſionem paſſus*) „(Cf. Not. 1. ſin. p. 5 & n. 46. p. 89) *facere tenebatur*) venire in adjutorium, convocatis „quibuſdam Comitibus Ungaris (*eatenus recentiſſima Comitiorum conſtitutione admonitis*) „Dum ſuper hoc (*ejiciendis videlicet e Sopronienſi & Caſtriferrei Comitatu, Auſtriacis*) deliberarent; quidam eorum (*utique Latinorum aliquis*) ab eo (*Petro Veſprimienſi Epiſcopo*) verbis & factis exacerbatus, gladio exemto, eum transfixit. Et ſic, divina ultione, qui male vixerat (*Græco utpote Ritui addictus*), turpiter periit, & Epiſcopatum ejus obtinuit alter. Dux igitur Auſtriæ, omnibus ſupradictis feliciter cum triumpho „expugnatis ac devictis, quia inſtabat meſſis, & homines ſui clandeſtine ab eo recedebant, reverſus eſt ad propria.“

s) At enim non meſſis Albertum, in curſu victoriæ, Iwano necdum integre victo, contrectum, ſed partim Ladislai Regis, qui expeditionem bellicam Decreto Comitiorum Regni ſuſcepturus, inferiorem, Danubio adjacentem, Auſtriam invadendo, prope Viennam (*LXVI. p.* 297) ſubſtiterat, ſuſpecta, nuper data, fides, partim vero Thomæ, Albenſis antea Electi, poſtea Vacienſis Epiſcopi, Aulæ Regiæ ab A. 1278 (*Cf. Kat. l. c. p.* 729) V. Cancellarii, ab A. autem 1284 (*Cf. L. p.* 230-) Cancellarii, ex inſidiis confoſſi, & Andreæ, Præpoſiti Strigonienſis (*Cf. Peterf. P. I. p.* 104), a quodam Magnate (*Græci utique Ritus*) ideo illata cædes, quod horum conſiliis Ladislaus, ne Iwano periclitanti ſuccureret, gubernari crederetur, metuenda proinde rerum in Caſtris, ad Viennam poſitis, perturbatio revocavit. Atque hæc in tentoriis adeo Regiis deſideratæ ſecuritatis violatio a cauſa fuit, ut Ladislaus cum exercitu re infecta Hungariam repeteret, neque amplius Alberto, Ginſium, præcipuum Iwani caſtrum, paulo poſt expugnaturo ſeſe objiceret. “ Completa meſſe, (*ita pergit memoratum Auſtrale Chronicon*), Dux iterum collecto exercitu, cum Auſtralibus, Stirienſibus, Carinthianis, qui-

„bus

juſdem Eccleſiæ confracta, ac omnia Bona prædictæ Eccleſiæ fuiſſent ablata, & Inſtrumenta ac Privilegia ſuper poſſeſſionibus Eccleſiæ ſuæ confecta, enormiter pedibus equorum contrita, unum fruſtum Sigilli Privilegii Domini Belæ, incliti Regis, Avi noſtri cariſſimi (latiore, Hungaris uſitato ſenſu; Bela enim frater duntaxat Avi fuit), felicis recordationis, ſuper quadam terra Lizka-Olozy, vinea & ſitu Curiæ ipſius Eccleſiæ confecti, nobis præſentarunt, & petierunt a nobis humiliter ſupplicando, ut dictum Privilegium innovare, & innovando confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cujus quidem Privilegii tenor talis eſt:

Bela Dei gratia Hungariæ &c. Rex (vid. p. 158. B).

Nos itaque, qui ex officio ſuſcepti Regiminis, unicuique vigorem juſtitiæ obſervare debemus, & tenemur, de præmiſſis experiri & edoceri volentes, prædictam Eccleſiam per inſultus eorundem Neugariorum miſerabiliter ſpoliatam, & ipſam Cameram

---

„ bus maxime præ ceteris ibi in ſtrage male ſuccеſſit, Svevis quoque ac Bavaris & Boemis „ (*a Rudolpho Patre ſubmiſſis*) ſecundo intravit Ungariam, portionem Civitatis Comitis I„ wani ſupradicti, Guaſam nomine, potenter obſedit. — Miſerum vidiſſes ſpectaculum! — Paucis „ vero diebus transactis, caſtro machinis expugnato, muro funditus ſuffoſſo, in magna parte „ corruit. Caſtellanus autem cum ſuis abire permiſſus. Dux (Albertus) ſuis hominibus & ex„ penſis Caſtrum munivit, & ſic feliciter cum victoria reverſus eſt ad propria.“ Hiſtoria Ducum „ Stiriæ (pag. 127) inter alia hæc habet: “ Ibanus deſperato armorum ſucceſſu ad fraudes con„ vertitur. Ducum quoſpiam auro corrumpit. Hac mercede conductus Hugo Tauferius, ut Al„ bertum ab oppugnatione dimoveret, datam nuper a Rege Hungariæ fidem in ſuſpicionem addu„ cere ſatagebat, metum illi ab armorum ſucceſſu injectum aſſerens, a fido amico perſcriptum ſi„ bi, illum hoſtilia moliri. Cum operæ pretium ſe (*Ibanus*) nullum facere videret, ſimulato „ morbo Caſtris exceſſit.“

t) Rerum adjuncta produnt, Iwanum, amplis hereditatibus exutum, una cum filiis & familia omni ad Cumanos Tibiſcanos, ejuſdem ſecum Ritus populares, conceſſiſſe, omniaque ad vindicandam hanc ſibi & Regno illatam injuriam egiſſe. Nova igitur expeditio, conſentiente Ladislao Rege, futuro anni 1290. vere ſuſcipienda, decernebatur. Quod ubi Alberto innotuiſſet, Rudolphum, Patrem ſuum, iſte vero iterum Pontificem de molliminibus Hungarorum edocuit. Ex Theodori, Electi Vardienſis & V. Cancellarii, qui hos primum anno tam in Ladislai (LXXVI p. 333), quam Andreæ, immediati ſucceſſoris Diplomatibus comparet, ſubſcriptione ac Donatione, Comiti Polvan Gölnitzbányæ facta, (LXXVII p. 341), manifeſte patet, eundem Ladislaum 22. Aprilis in Scepuſio, cum fine autem Menſis ejuſdem in Kraſſovienſi Comitatu, ubi exercitus, contra Ducem Albertum educendus, congregabatur, Karánſebeſini fuiſſe. Diploma ſequens (*cap. Kat. c. p.* 1004) evincit: “ Ladislaus D. gr. Rex Hung. ſignificamus, quibus expedit, tenore præſentium univerſis. Quod nos, conſideratis fidelitatibus & meritoriis ſervitiis Magiſtrorum Stephani & Pauli, filiorum Comitis Michaelis, filii Ubul (*quem hodiernæ Illuſtris Familiæ Kállayanæ Antenatum fuiſſe memini me legere*), Patronorum Monaſterii de Beleſz (*a Beleslao Vacienſi Epiſcopo* (Cf. Not. 72. p. 198. d. e. f), *Vathæ, Varadienſis Epiſco-*

ram enormiter confractam, & omnia præmissa a Prælatis, Baronibus, Nobilibus Regni nostri perpetrata fuisse constitissent evidenter, ipsum Privilegium ejusdem Domini Belæ Regis de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, & auctoritate præsentium innovandum duximus, pariter & confirmandum. Ut igitur hujus nostræ innovationis, seu confirmationis series robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec processu temporum per quempiam possit, seu valeat retractari, præsentes concessimus Literas, duplicatas

U u

---

piscopi fratre, fundati), quem Patronatum Boxa, Thomas, Dionysius, Detricus, Georgius & Simon, filii Simonis (*Cf. Not. 82 p. 260*) ex nostra collatione possidebant, propter manifestos & notorios excessus filiorum Simonis (*ad Præpositurам seu Monasterium hoc, ejectis Latinis, Græcos Monachos inducentium*), & a Lachk & Donch (*Ladislao & Daniele*), filiis dicti Thomæ, auferendo, prædictis Stephano & Paullo Magistris, dedimus & contulimus perpetuo possidendum & habendum. Datum in Karansebes, Sabbatho proximo ante festum beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum. A. D. MCCXC. "

u) Ladislao, in apparatu profectionis adversus Albertum constituto, innotuit nova sui apud Nicolaum Pontificem delatio, quam ex ejusdem Literis, Rudolpho & Alberto 20. Maji 1290 exaratis, colligere licet. Harum priores Raynaldus (*ap. Kat. l. c. p. 1000*), ne plura secreta conclusa pateant, caute contraxit in hæc verba: " Sicut sæpius inculcata fidedigna (*æmulorum*) relatio publicavit, Carissimus in Christo filius noster (*Ladislaus*), Rex Regni præfati (*Hungariæ*), sue salutis immemor, ac proprii prodigus honoris & status, in devium lapsus erroris, & a fide exorbitans, Tartarorum, Saracenorum, Neugeriorum & Paganorum nefandos ritus amplectitur, cum quibus in dispendium fidei & exterminium dicti Regni horrendo fœdere est conjunctus: quos etiam contra fideles in numero gravi (*Cf. Not. 81. p. 256.*) in Regnum ipsum inducere non expavit, Nobili muliere, Elisabetha Regina Ungariæ, filia claræ memoriæ Caroli, Regis Siciliæ, uxore sua, a se prorsus abjecta (*quæ malorum omnium concitatrix fuerit*). Unde ejusdem Regni multimode turbato regimine, Ecclesiarum jura & aliorum piorum locorum temere usurpantur, ac bona fidelium in Regno ipso multis direptionibus ac vastationibus exponuntur, & libertas ecclesiastica conculcatur: ex iis animarum deploranda pericula & horrenda contingunt excidia personarum: multiplicatis in Regno dissidiis, alia non facile numeranda discrimina subsequuntur. *Reliqua desiderantur.* Datum XIII. Kal. Junii, Pontificatus nostri anno III. " *Posteriores vero ita sonant:* " Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio, Nobili viro Alberto, Duci Austriæ, salutem & A. benedictionem. Confidimus, Fili dilecte, quod tu, tanquam Princeps Catholicus & devotus, mentem tuam ad cœlestia desideria dirigens, circa illa te promtum & paratum exhibeas, quæ superno sint accepta conspectui, tuæ salutis profectum respiciant, & procurent fidei Christianæ continuum incrementum. Sane didicisse te credimus, quam reprehensibiliter hactenus, quamque inhoneste, quin imo periculose se gesserit Ungariæ Rex (*aliud producta Diplomata loquuntur*), qui vesanis adhærens consiliis, & a via veritatis exorbitans, Christiana (*Latini Ritus*) religione postposita, se cum

plicis Sigilli noſtri patrocinio communitas. Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Áulæ noſtræ Vice-Canceliarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo. Regni autem noſtri anno I.

LXXIX.

---

cum Tartaris, Saracenis, Neugerlis, & Paganis (*occaſione ſcilicet publicorum Regni Comitiorum*), damnatæ converſationis audacia fœdus aſſeritur contraxiſſe, ſumta norma nefaria ſpecialiter vivendi cum Neugeriis ſupradictis, ac turpiter & impudenter, abjecta Conjuge propria, Regalibus utique orta natalibus, & honeſtæ converſationis ac vitæ titulis inſignita, videlicet Cariſſima in Chriſto filia E. illuſtri Regina Ungariæ, crudeliter ſæviens in ſe ipſum & Domum Ungariæ inclitam, Regibus pollere Catholicis conſvetam, thorum fœdare non metuit conjugalem, in grandem ſupernæ Majeſtatis offenſam, grave ſuæ ſalutis diſpendium & ſcandalum fidelium plurimorum. Nos autem æquanimiter ferre talia & tam gravia non valentes, & cupientes per Apoſtolicæ Sedis providentiam opportunum ſuper his, Domino faveate, remedium adhiberi, Venerabilem fratrem noſtrum B. (*Beneventanum*) Epiſcopum Eugubinum, virum utique virtutibus inſignitum, ac nobis & fratribus noſtris merito ſuæ probitatis acceptum, ad Regnum Ungariæ, ſecommiſſo ſibi plene Legationis officio in eodem Regno, nec non Dalmatiæ, quæ Ungariæ Regibus ſolet eſſe ſubjecta, Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Cumaniæ & Boſniæ Partibus, tanquam pacis angelum deſtinamus, ſibi per alias Literas noſtras injuncto, ut, ſi Tartari, Saraceni, Neugegerii & Pagani præfati ſuos conatus nefarios contra fidei orthodoxæ cultores (*Auſtriacos*) exercere præſumſeriat, ne ipſorum crudelitas in ejuſdem fidei diſpendium invaleſcat, adverſus eos, & alios, adhærentes eiſdem, vel ipſos in iis quomodolibet confovéntes, cujuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus aut conditionis exiſterent, ac etiam hæreticos, qui de diverſis Mundi partibus, in nonnullis locis, ſuæ Legationi ſubjectis, ſicut aſſeritur, convenerunt, omnibus Chriſti fidelibus per Regnum Ungariæ ſupra dictum, ac alias dictæ Legationis Partes, per ſe vel per alium ſeu alios, verbum crucis ſollicite proponere ſtudeat, & ad eum promtis animis aſſumendam Chriſtianum populum exhortari. Regemus itaque Nobilitatem tuam & hortamur in filio Dei Patris, in remiſſionem tibi peccaminum injungentes, quatenus diligenti meditatione recogitans, quod per hoc poſſet Catholicæ fidei non modicum deperire, contra Tartaros, Saracenos, Neugerios & Paganos eoſdem, præfato Epiſcopo, pro Divina & Apoſtolicæ Sedis ac noſtra reverentia, cvum ſuper hoc & aliis etiam ſuæ Legationis negotiis, ex parte ipſius Epiſcopi contigerit te requiri; aſſiſtere ſtudeas conſiliis, auxiliis & favoribus opportunis, ut illorum damnatis & repreſſis erroribus, & pravis conatibus penitus vacuatis, tibi exinde ex alto proveniat præmium, quod propiis actibus compenſatur; noſque devotionem tuam uberius in Domino laudibus attollamus. Datum Romæ, apud S. Petrum, XIII. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno III. (1290)"

v) Credibile eſt ſimiles etiam Ladislao literas obtigiſſe, vel certe ipſum Beneventanum; ſua in Hungariam Legationis meritum, communi Regi & Archiepiſcopis prævie ſignificaſſe. Satis eſt, Ladislaum, in hoc rerum ſuarum ſtatu, copias, adverſus Albertum jam congregatas, educere tergiverſantem, a Cumanis, Græcum Ritum ſecutis, X. Julii cæſum eſſe. Turoczyanus & Budenſe Chronicon (*P. II. C. 81*) rem ita refert: "Poſt hæc (*Beneventani ſcilicet, Sedis Apoſtolicæ Legati, quem Turoczy. loc. cit. cum Philippo, Firmano Epiſcopo*

(Cf.

LXXIX.

Lodomerius, Archiepiſcopus Strigonienſis, differentiam ratione Decimarum, majorum & minorum, inter Jacobum, Præpoſitum Scepuſienſem, & filios Jobagionum de Scepus, obortam, componit. A. D. 1290.

EX AUTHENTICO Veter. Capituli Scepuſienſis tranſumto. Cf. Wagn. Anal. P. III. p. 15.

NOS Lodomerius, miſeratione Divina ſanctæ Strigonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ejuſdemque Loci Comes perpetuus, ſignificamus omnibus, quibus expedit, præſentium per tenorem: Quod cum inter diſcretum virum Jacobum Præpoſitum Eccleſiæ Sancti Mar-

Uu 2

„ (Cf. C. 80. & N. 73. p. 211), *confundit, in Hungariam comparitionem)* in brevi „ ipſe Rex anno Domini MCCXC. feria ſecunda proxima ante feſtum ſanctæ Margaritæ Virginis „ & M. prope Caſtrum Kereſzeg *(quod Slavice Cſarnigrad ſeu Cſongradinum vocatur)* „ ab ipſis Cumanis, quibus *(ad Ritum Græco-Catholicum defectione ſua quidem)* „ adhæſerat *(verum in adventu Latini Dominatu, nec non diſſimulata occiduarum* „ *Regni Partium avulſione liquido repugnaverat)* & ſpecialiter ab Arbuz Turtule & Ke- „ menche, ac eorum cognatis, & complicibus, quibus Communitas Cumanorum *(ab Ivano* „ Cf. s. t) *concitata)*, habitis plurimis tractatibus & conſiliis, conjuraverat: in ſuo tentorio, „ medio ſilentio noctis, opportunitate captata, diris vulneribus fauciatus & miſerabiliter interfe- „ ctus eſt. — Pro cujus nece, Myze Palatinus, olim Saracenus, tunc tamen gratiam baptiſma- „ tis conſecutus, audita morte Domini ſui, prædicti Regis Ladizlai, ad vindictam tanti ſceleris „ ſe viriliter ponens, elapſis aliquibus diebus, poſt mortem ipſius Regis, una cum Lyſe, fratre „ ſuo, & Nicolao fratre uterino, jam dictæ Eduæ concubinæ *(ſic Ayduam Reginam vocat)* „ una dierum ad deſcenſum prædicti Arbuz veniendo, quaſi in aurora, prædictos Arbuz & Turtule „ *(Cf. Decretum Ladisl. Not. 74. p. 213 relatum)* cepit; & ipſum Arbuz dividi fecit „ in duas partes, Turtule vero dimembrari. Alios autem Cumanos, de genere eorundem, ac „ omnes ad eos pertinentes, &, quod plus eſt, etiam infantes in cunis, ſeu cunabulis jacentes, „ quos apprehendere potuit, juſſit decollari. Tempore, *addit Turótzyanus Anonymus*, „ Regis Ladislai cœpit Hungaria a ſua magnifica gloria reflecti. — Cœperunt namque in ea „ inteſtina bella *(Religionaria)* conſurgere, Civitates confringi, villæ per combuſtiones ad „ nihilum redigi, pax & concordia penitus conculcari, divites deficere, & Nobiles ruſticari, pro „ inopia paupertatis. Illo tempore biga, ſcilicet duarum rotarum vehiculum, a Regni incolis „ *(Latinis)* currus Ladislai Regis vocabatur; quia propter continua ſpolia, animalia, vehicula tra- „ hentia,

Martini de Scypes (89) ex una parte, & inter filios Jobagionum (*Cf. VIII. N. 17. p.* 34) ejuſdem diſtrictus, contentionis materia in figura Judicii verteretur ſuper eo, quod idem Præpoſitus Decimas ſibi debitas in frugibus in ſpecie exigere contendebat, iidem vero filii Jobagionum non in ſpecie, ſed de ſingulis aratris ſingulos Fertones pro Decimis ſolvere prætendebant. Quia tamen idem Præpoſitus intentionem ſuam, tam Jure communi, quam etiam privilegialibus Literis Venerabilis Patris Domini Philippi, Archiepiſcopi Strigonienſis, bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri, & etiam noſtris (*Cf. LXVI. p.* 290) evidentius declarabat, veritate rerum ſermonibus prævalente. Habito conſilio peritorum, ex officii noſtri debito, Partes ad concordiam inclinantes, hoc modo, volentibus eiſdem Partibus, negotium duximus moderandum: ut iidem filii Jobagionum Decimas ſuas in agris ſuis, in ſpecie ſolvere de cetero teneantur, juxta continentiam Literarum dicti Patris Venerabilis Philippi Archiepiſcopi & noſtrarum; verumtamen quia

---

„ hentia, defecerant in Regno: ſed homines more pecorum, bigis juncti, vices animalium im-„ pendebant." Atque hæc de Ladislao IV, tetris paſſim coloribus depicto, attuliſſe ſufficiat, quos, indito etiam Cumani agnomine, an meruerit, & quare obtinuerit, æqui Lectoris arbitrio relinquimus. " RR. D. Kerchelichius vindicias, Regi Ladislao adornatas (*ap. Kat. l. c. p.* 1008), ita claudit. " Itaque Ladislaus IV. Cumanus audit, haud a fœdis Cumanarum mulierum amoribus, „ verum ob eosdem — profligatos, morteque ab eis recepta. " Nos autem cenſemus, Cumanum ideo a Latinis vocatum fuiſſe, quod aſſumto antea, qvum Eliſabetham Siculam, uxorem Latinam, duceret, Ritu Latino, ſubinde Ayduam, Cumaniæ Reginam, ducendo, ad Græco-Catholicum (*Cf. Literas Nicolai III. p.* 215) rediverit. Latinum enim Ritum ſecuti, ſive hoſpites fuerint ſeu indigenæ, Latinis appellabantur Hungari, homologi porro gentiles eorum, cum Eccleſia quidem Romana uniti, ſed Græcum populari ſermone Ritum profeſſi, paſſim Cumani, non uniti autem, Pagani, Tartari, Neugeri (*ſive Novi Ungeri*, Neu-Ungern) & Schiſmatici (*Cf. Turótz. l. c. Not. 73. p.* 211. & 74. *p.* 213.) vocabantur.

89) Attigimus, non modo Jacobum Præpoſitum (*LXVI p.* 290), paulopoſt futurum Scepuſienſem Epiſcopum, Græco Ritui addictum fuiſſe, verum etiam Lodomerium (*LXVII. & Not. 86. p.* 293), AEpiſcopum Strigonienſem (quem RR. Prayus (*Hier. P. I. p.* 164) a ſe ipſo ſecernit, dum ejuſdem nominis duos, Pontificatus anni tertii, loco decimi tertii, errore deceptus, ſibi ſucceſſiſſe putat), Ritum mutaſſe; attigimus præterea, primis duobus Hungariæ Seculis Ritum Græco-Catholicum (*Not. 72. p.* 195), excluſis hoſpitibus Latinis & Captivis occidentalibus, fere generatim in Hungaria, & Partibus, eidem adnexis, viguiſſe; in quorum ulteriorem probam originem Eccleſiæ Hungaricæ perſtringemus.

a) Poſteaquam S. Cyrillus & Methodius cum ſuis circa medium & finem Seculi IX. æræ Chriſtianæ Bulgaros, dein ita dictos Ruthenos, aliaſque Slavicas gentes (*Cf. N. 43. p.* 80. g. h), alter vero Cyrillus & Athanaſius (*Cf. Not. 72. p.* 198. d. e. f.) Ruſſos convertiſſent, ipſique adeo Hungari, Ruſſos inter ac Ruthenos triennio conſtituti, Chriſtiana Græco eorum Ritu Sacra partim in Suſdalia, partim vero ſerius in Hungaria ſtabiliti, acceptaſſent (*ibid.* h), Nicolaus Curſobergus (*Cf. N. 75. p.* 225) Patriarchalem CPolitanam (*Cf. Baron. ad A.* 971 *ſ.* 59 & *Kéry H. Byz.*

ad

quia Præpoſitus memoratus exactionem ſuarum Decimarum interdum locare Saxonibus conſueverat, qui ipſis filiis Jobagionum, tanquam potentiores in terra, magnum detrimentum ſui juris atrocius inferebant, & de facto receptionem Decimarum per ſuam inſolentiam perturbabant; decrevimus pro bono pacis, ut memoratus Præpoſitus vendendi, commutandi & exactionem ſuarum Decimarum, majorum & minutarum, vel deportationem earundem de agris, exceptis duntaxat Saxonibus; cuicunque voluerit, habebit liberam facultatem: ſolutionem ipſarum Decimarum, ut præmiſſum eſt, ſpontanee & pacifice in antea concorditer ſine difficultate qualibet aſſumentes. In cujus rei memoriam præſentes dari fecimus Literas, Sigilli noſtri authentici munimine roboratas. Datum apud Eccleſiam Sancti Martini de Scypes in vigilia Beati Andreæ Apoſtoli. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo. Pontificatus noſtri anno undecimo.

---

ad A. 924) Sedem obtinuit. Otto itaque Magnus, intelligens, Geytzam (*ſive Gregorium*), ſummum Hungarorum Ducem, Toxo Patri ſuo ſuccedentem " potius ad pacis, quam belli ſtudia „ inclinare, ac inſpiratum a Deo conſilium (*Alold. ad A.* 972. *ap. Kat. H. D. p.* 504), „ ut, armis depoſitis (*Hungari enim Juris Atilani poſſeſſores jam erant*), rebuſque do„ meſticis, diligentius procuratis, fertiliſſima ejus Regio per inſtituenda cum vicinis Provinciis „ Commercia efflorescat (*Cf. Berzev. de Commerc. & Induſtr. Hung.*), ſequi, & Hungaros „ neque hoc vivendi genere quidquam aliis concedere velle " opportunum plane tempus adeſſe cenſuit, quo Geytzæ animum Occidenti alligaret. Unitis proinde cum Joanne XIII. P. M. ſtudiis, Hungarorum Principes ac populos, maxima parte Chriſtianis Græco Ritu Sacris adhærentes, non modo a Nicolao Chryſobergo Patriarcha CPolitano abſtracturus, verum etiam conatus ejuſdem, vicinas Gentes, Catholicorum Novæ Romæ Præſulum opera hucdum converſas, jurisdictioni ſuæ attributis, contentionem præventurus, Legatum Brunonem, Epiſcopum Verdenſem, ſub ſpecie gratulationis de ſummo Principatu adepto, & conſervandæ amicitiæ ad Geytzam (*Cf. Kat. l. c. p.* 505) emiſit. Id ipſum ad Vlodimirum, Svetoslao, ab expeditione CPolitana reduci, per Patzinacas (*Cedr. ap. Stritt. T. II. p.* 1007) & Hungaros, quod res novas moliretur, cæſo, ſuccedentem priore anno Ruſſiæ Albæ, Nigræque, ſeu Lodomeriæ Principem, ab Ottone factum fuiſſe, rerum nexus probat. Pontifex vero Ægidium, Epiſcopum Tuſculanum (*Sand. Pontiff.*), ad Slavicarum Gentium, Bohemarum utpote, ac Polonarum Principes, Boleslaum & Michaelem, in unione fidei Catholicæ confirmandos, legavit, eoque res directa fuit, ut antelati Principes æque ſuos honoris cauſa Legatos ad Ottonem, ſequenti anno Paſchalia, exemplo Græcorum (*Cf. N.* 75. *p.* 226. c.), feſta celebrantem, emitterent: " „ Otto, Imperator ſenior (*inquit Schaffn. ad A.* 973), cum juniore venit Quidlinburg, „ ibique celebravit ſanctum Paſcha X. Kal. Apr. illucque venerunt Legati plurimarum Gentium, „ videlicet Romanorum (*Pontificii*), Græcorum (*CPolitani, exploratores acturi*), Bene„ ventanorum (*erepta Græcis A.* 967 *Calabria, Juribus Pontificiis adnexorum*), „ Italorum (*Occidentis Imperio adſcriptorum*), Hungarorum, Danorum, Sclavorum (*Bo„ hemorum ſcilicet ac Polonorum*), Bulgarorum (*tam Volganorum, quibus nomine „ Hungarorum Vlodimirus præerat, quam Mæſiorum, Boryſe Regulo, quod fidem,*

„ *Geytzæ*

LXXX.

Wenceslaus, Rex Bohemiæ, Dux Cracoviæ ac Sandomiriæ, Marchioque Moraviæ, Henrico Advocato de Podolin præter alias prærogativas illam quoque concedit, ut Lublovienſes & Gnezdenſes, ad reparationem foſſati & munitionum Civitatis Podolin, ſua ſubſidia conferre teneantur. Anno Domini 1292.

EX AUTOGRAPHO, apud XVI. Oppidanos Podolinenſes habito.

NOS Sigiſmundus, Dei gracia Rex Hungarie, Croacie, Rame, Servie, Gal. Lodomerie, Cuman. Bulgarieque Rex, Marchio Brandeb. S. R. I. Vicarius generalis, & Regni Bohemie Gubernator (*quorum nempe poſteriores titulos, promulgata in Wenceslaum, fratrem ſuum, Romanor. Imp. & Bohemiæ Regem* (Cf. Kat. T. XI. p. 509.) *a Bonifacio IX. ſententia exauctorationis, & ſubſecuta ejuſdem A.* 1401 *captivitate, aſſum-*

„ *Geytzæ debitam, ſervaverit, CPolim abducto, & Regiis inſignibus exuto, Hungaris,* „ *prout antea, ſubjectorum*) atque Ruſcorum (*ſive Ruſſorum, ſupra Patzinaciam* „ (Cf. Not. 1. 9. & 87) *colentium*), cum magnis muneribus. "

b) Mutua legatio hæc & concepta fiducia eo evaluit, ut Geytza incitante potiſſimum Sarolta, Conſorte ſua, pro convertendis refiduis, adhuc ethnicis Gothis, Hungariæ Indigenis, Latinos, præ diſſidentibus Græcis, Epiſcopos, Presbyteros & Clericos, verbi Divini Præcones, vel ideo liberrime admitteret, quod majorem Chriſtianorum idigenarum & captivorum partem, inde a Romanorum Gepidarumque temporibus (*Cf. Epiſt. Piligrini AEpiſcopi Lauriac. ad Bened. VI. ſcriptam, ap. Kat. l. c. p.* 516) ad ſeptem proprios, Lauriacenſi, ab Hunnis olim everſæ Metropoli, ſubjectos Epiſcopatus, pertinuiſſe, non autem CPolitanæ Patriarchali Eccleſiæ, adſcriptam fuiſſe intellexerit. At enim lætiſſima hæc ad fidem Chriſti traducendorum per Latinos Presbyteros ethnicorum non minus, quam reliquorum Hungarorum, ad Latinam Eccleſiam traducendorum, ſpes, omniſque alia Meſſis evangelica paulo poſt adhæſerat. Piligrinus enim Lauriacenſis, vel potius Patavienſis, & Volfgangus Ratisbonenſis Præſules, latifundia Eccleſiarum ſuarum, adductis ex Germania coloniis (*Cf. N.* 53. *p.* 100. b. c. d. e. & *f*), ultra limitem, inter Bavariam & Hungariam conſtitutum; atque a exauctorato per Ottonem, Hungaris amico, Bavariæ Duce Henrico (*Cf. Stilting. ſ. XCII*), religioſe obſervatum, extendentes, ac Ottonum, nec Geytzæ privilegiis firmantes (*Cf. Kat. l. c. Stilt. ſ. XCIX*), eo rem perduxerunt, ut, vaſtatis & incenſis eorum poſſeſſionibus, nulla deinceps Latinis Præconibus, Geytza imperante, Hungariam adeundi facultas patuerit, atque adeo Hungari Græcam Patriarchalem Eccleſiam, quam Papebrochius (*in Præfat. ad Ephemer. Græco-Moſcas*

N.

assumserat); Memorie commendantes notum facimus tenore presencium, quibus expedit universis: Quod fideles nostri Nikel Harrer, Vekel Schuster, Jakub Greb, & Niklas Naymarkter, Jurati Cives nostre Civitatis de Podolin, in suis & universorum Civium ac hospitum nostrorum de eadem personis, Culminis nostri adeuntes conspectum, exhibuerunt nobis quasdam Literas, quondam Sereniſſimi Principis Wenceslai, Regis Bohemie, Ducis Cracovie & Sandomirie, Marchionis Moravie, tenoris infrascripti, supplicantes nostre Celsitudini prefati nostri Cives, nominibus, quibus supra, ut pretactas Literas nostris Literis de verbo ad verbum inseri seu transcribi faciendo, ac ipsas gratas & ratas habendo, eisdem consensum nostrum Regium dignaremur prebere pariter & assensum. Quarum tenor sequitur in hec verba:

NOS Wenceslaus, Dei gracia Rex Bohemie, Dux Cracovie & Sandomirie, Marchioque Moravie, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris: Quod nos dilectorum fidelium nostrorum, qui nostris devote insistunt obsequiis, volentes digna retribucione premiorum fidelia obsequia compensare, Henrici Advocati de Podolin, dilecti nobis, in eo, quod dictam Civitatem locavit, minus dignum reputantes irremunerata merita devocionis & promptitudinis sue conniventibus oculis pertransire, Henrico eidem & suis heredibus omnia macella, mensas pannorum, scamna sutorum, unam curiam, in qua mactantur pecora, que Kuttelhoff vulgariter nuncupatur, balnea & macellina, quecunque in spacio dimidii milliaris propriis sumptibus exstruet, sex eciam

manu-

N. XI. p. 3. ap. Assem. T. I. p. 113) aliique sub Nicolao Chrysobergo adhuc vere orthodoxam, & unionis, cum prima Sede Romana retinendæ studiosissimam fuisse perhibent, porro quoque observarent.

c) Opportune acciderat, ut Vojtich (*Vojtics, quod Bohemis & Polonis diminutive Ducem significat*), e Sorore Phalitzini, seu Beloslai II. (*Cf. N. 10. p. 14. fin.*) Zmezilava, populariter nuncupata, inter plures alios natus, apud Adelbertum, Magdeburgensem AEpiscopum (*Cf. Kat. l. c. p. 604*), a quo scilicet sacro Chrismate confirmatus, periude nomen Adelberti (Adelwert) acceperat, educaretur, atque hoc satis A. 981 cedente, ad Geytzam quoque, proximum cognatum suum, Strigonii (*ibid. p. 611*) residentem, diverterit. Quum vero intelligeret, se, velut indigenam & cognatum in Archiepiscopum Hungarorum exoptari, non dubitavit Geytza votis in eo subscribere, ut sui a Moguntino AEpiscopo consecrationem A. 984 obtineret. Quamvis autem Geytzam ea res iterum offenderit, quod Adelbertus nonnisi erga impetratum Ottonis II. assensum, & quidem in Latinum Episcopum consecratus fuerit, ipsum nihilominus, ad se reducem (*ibid. p. 625*), non modo liberaliter accepit, verum etiam filium suum, *Vojk* Slavis, *Gövitz* vel juniorem *Gregorium*, Hungaris dictum, per Adelbertum chrismali Baptismate, secundum credulitatis sue veritatem (*Carthuit. ap. Kat. l. c. p. 582*), iniangi (*seu more Romanæ Ecclesiæ* (Cf. Not. 72. p. 208. l. & Not. 74. p. 212. med.) *rebaptizari*), &, levante Deodato, Apulie Comite (*Turótz. C. 10. Kat. ibid. p. 613*), Stephanum nominari admisit, atque ita Adelbertus cum Deodato, Gaudentio item fratre suo, postea primo

Gne-

„ *mes*) de novo Caſtro (*Új - vár*), certificavit Regem & Duces in quinta feria, quod „ exercitus Cunorum appropinqvaret. Rex autem & Duces cum exercitu eqvitaverunt illuc uſ„ que properantes; & in nocte illa deſcenderunt prope Cunos. Surgentes autem ſummo diluculo ſexta feria, -- ordinatis aguinibus ſuis, ad pugnandum contra *paganos* perrexerunt. Quod „ cum vidiſſet Princeps militiæ *paganorum*, nomine Oſul (*vel Iſeaslaus, filius Jaroslai filii Vlodimeri*), qui fuit Serviens (*Cf. Not.* 21, *pag.* 42 *&* 36 *pag.* 70) „ Gyulæ (*Cf. N.* 85. *p.*276. c), Ducis Cunorum, ſicut erat plurimum inflatus ſuperbia, -- inquit „ ſuis: *vadant juvenes ſuper inermes Ungaros, & cum eis ludi ſimile bellum com„ mittant.* --- Procedentes autem *pagani* contra Hungaros, viderunt terribilia eorum aguina, „ & perpropere renunciarunt Oſul, Principi ſuo. -- Pagani ergo, atrociſſima mortis illatione, ab „ Hungaris coarctati, miſerabiliter fugiebant; quos Hungari celerius perſequentes, acutiſſimos „ gladios ſuos, ſitibundos, in ſanguinibus Cunorum inebriarunt. Capita quippe Cunorum, no„ viter raſa (*ſicut nempe idem Anonymus Turócz. C.* 39 *Vatham quoque, rectis „ tribus cincinnis, ritu paganorum, caput raſum habuiſſe teſtatur*) tanquam cucur„ bitas, ad maturitatem nondum bene perductas (*conſimilem de Cumanis phraſim Anony„ mus Belæ Notar. C.* 8. *adhibuit*) gladiorum ictibus diſciderunt. Vidit denique beatiſſi„ mus Ladislaus Dux unum paganorum, qui ſuper dorſum equi ſui ducebat unam puellam Hun„ garam ſpecioſam: ſanctus ergo Dux Ladislaus, putans, illam eſſe filiam Epiſcopi Varadienſis „ (*Colomani ſcilicet filii Geyzæ*) --- illum celerrime perſecutus eſt, ſuper equo illo, „ quem Zug (*hodie Szöke vel* Braun *diceremus*) nominabat. Cum autem attingere, ut eum lan„ cearet, minime poterat; -- ſed quaſi brachium hominis erat inter lanceam & dorſum ejus: cla„ mavit Sanctus Dux Ladislaus ad puellam, & dixit: *Soror ſpecioſa, accipe Cunum in „ cingulo, & jacta te in terram*; quod & fecit. Cumque beatus Ladislaus Dux, procul „ illum lanceaſſet, in terra jacentem, -- diu luctando, -- interfecit; ſed illa Epiſcopi (*Colomani*) „ filia non fuit. Rex igitur & glorioſi Duces, fere omnibus paganis (*Græco-Schiſmaticis*) intez-

omnibus ſuis utilitatibus, nullo penitus contradictore exiſtente; Nos, conſideratis fidelitatibus, & ſervitiorum meritis, ipſius Venerabilis Patris Jacobi Epiſcopi, & Capituli Scepuſienſis, ſemper & ubique locis & temporibus opportunis exhibitis, & impenſis, & maxime ob reverentiam & devotionem, quam in Beato Martino gerimus & habemus, pro ſalute noſtra, & remedio animæ noſtræ, prædictam ſylvam noſtram, cum omnibus ſuis utilitatibus & pertinentiis, juxta diſtinctiones, & curſus metarum, prout in literis dicti Conventus eſt expreſſum, ipſis Epiſcopo & Capitulo dedimus, donavimus, & contulimus Jure perpetuo, pacifice & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam & habendam. In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Diſcreti Viri, Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio. III. Kalend. Julii. Regni autem noſtri anno III.

LXXXIV.

„ interfectis, & omnibus Chriſtianis (*tam Latinis, quam unitis*), a captivitate liberatis, „ -- cum triumpho victoriæ gaudentes redierunt. "

q) Studioſam genuinæ Turótzyani Anonymi hiſtoriæ de Colomano & Almo, Geyzæ; altero item Colomano, Ladislai; altero denique Almo, Lamperti filiis, perturbationem, *operi alicujus non bene ſubacto zelo*, adſcribendam, hac ritus Græci qualiter in Hungaria & Partibus, eidem ſubjectis, olim ſubſiterit, indagationis occaſione, abſque partium ſtudio ſideque ſumma erutam, æqui ac eruditi Lectoris judicio ſubſternimus. Itaque Lemma capitis LX. apud Turótzyum eſt ſequens: " *De Coronatione Regis Colomani, filii Regis Geyzæ primi, filii Belæ Regis, ſimiliter primi.* „ Capitis vero LXIV. " *De Regno ſecundi Belæ Cæci, filii Ducis Almi, filii Geyzæ, filii Regis Belæ primi.* " Fuiſſe vero alium quoque Colomanum, Ladislai filium, docent ea, quæ alibi (*N. 63. p. 146. c. f.*) jam retulimus. E duobus homonymis alter Almus ille fuit, de quo coævum Jadrenſis Eccleſiæ tabularium (*ap. Kat. T. II. p. 562*) ita loquitur: " *Ladislaus, Pannoniorum Rex* (A. 1091), *Croatiæ invadens Regnum, Dominum Almum* (ex Lamperto fratre), *nepotem ſuum, in illo ſtatuit Regem* " cujus utpote Regis nulla ulterior (*Cf. N. 1. p. 2. init.*) occurrit mentio; Alter vero Almus, Geyzæ filius, eſt ille, cujus peculiarem memoriam Gaufredus Benedictinus (*Cf. Kat. l. c. p. 54*) in hæc verba retinuit: Anno 1097 Alamanus (*Colomanus*), Rex Ungarorum, „ -- per ſuum Ducem, nomine *Almum*, omnia, quæ (*circa Buſillam, Rogerii, Siciliæ Comitis, filiam, ſibi matrimonio ſociandam*) mandaverat, exequenda, juramento firma- „ vit. " Huc ſpectat Belæ Cæci Diploma (*Ibid. T. III. p. 517*): " --- Regnante ſereniſſimo & victoriosiſſimo Rege Bela II, bonæ memoriæ *Almi Ducis* filio, cum Helena, Regina clementiſſima, --- idem Bela Rex piiſſimus, cum Helena Regina nihilominus piiſſima, -- „ providenter & ſatis prudenter interius & exterius ordinavit Eccleſiam Demeſienſem (*erat olim oppidum Demes Regale allodium* (Turótz. P. II. C. 46), *cujus triſtia infra Strigonium rudera hodiedum viſuntur*), quam Pater ſuus, piæ memoriæ *Almus Dux*,

„ ad

LXXXIV.

Andreas III. terram duorum aratrorum Caſtri ſui Scepus, de terra, Sygra vocata, ſeparatam, Magiſtro Pyrin confert. Anno Domini 1293.

EX AUTOGRAPHO, per Spectabil. & Clariſſ. Dominum Martinum Georgium Kovachich deſumtum & benevole communicatum.

ANDREAS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in vero Salvatore. Regiæ ſublimitatis munificentia debet non immerito fidelitates & ſervitia penſare ſingulorum, & unicuique juxta ſuorum meritorum exigentiam reſpondere muneribus donativis, ut alii ipſorum exemplo ac-

„ ad laudem Domini noſtri JESU CHRISTI, ſub titulo B. V. & Martyris Margaritæ fabri-
„ caverat quidem, ſed multis adverſitatibus bonam voluntatem ſuam præpedientibus, inordina-
„ tam reliquerat. Igitur hæ ſunt metales, quas Almus Dux ſuæ dilectiſſimæ Demeſienſi donavit
„ Eccleſiæ: in villa Koppan. — — “ Huc, inquam, ſpectat etiam Annæ Comnenæ teſtimonium
„ (*Alexiad. L. XIII. ap. Kat. l. c. p. 736.*), quæ ad A. 1106 ita ſcribit: Ex Dacia
„ (*quæ uſque ad Tibiſcum pertinebat*) venerunt Apocriſarii (*Legati*) a Krale, Con-
„ ſocero Regiæ Majeſtatis (*Alexii Comneni*) Zupanus (*ita Comites Hungariæ Annæ*
„ *laudati Comneni filiæ, Dalmatarum exemplo vocat*) Peres & Simon. “ Quemadmodum autem per *Kralem Daciæ* nullus alter hoc anno, quam Colomanus Rex intelligi poteſt, ita *Conſoceri* aliter eſſe nequiverunt, quam nuptiis inter utriuſque, ſcilicet Alexii & Colomani liberos initis. Jam vero Colomanus, Hungarorum Rex, Buſillam anno duntaxat 1097 duxerat, implicat igitur, ut Joannes Comnenus, Alexii filius, Colomani hujus filiam Irenem A. 1105 (*ibid. p. 740.*) gemellorum matrem, uxorem habuerit. Senioris igitur Colomani, Geyzæ filii, Daciæ Kralis una, & Epiſcopi Varadienſis, filia fuit, Joanni Comneno nupta, quam Ladislaus A. 1071, in dorſo equi raptatam, e Cumana captivitate liberando, & filiam Epiſcopi Varadienſis, Patruelis quippe ſui, eſſe putando, *ſpecioſam ſororem ſuam* vocavit. Quibus præmiſſis, Turóczyanam de utroque Colomano hiſtoriam prototypo ſuo reſtituere, quin tamen ordinem rerum, licet male inter ſe diſpoſitarum, variemus, adjectis interpolationibus noſtris, aggredimur.

a) CAPUT LIX. “ — Cumque (*Ladislaus Rex A. 1094.*) celebraſſet Paſcha Domini in Bodrog, ecce nuncii de Francia & de Hiſpania, de Anglia & Britannia, ad eum venerunt, & ſanctam Civitatem, & ſanctiſſimum ſepulchrum, de manu Saracenorum liberare penſaverunt (*Petrus enim Eremita* (Cf. Kat. T. II. p. 677.) *jam ex Paleſtina rediſſet, & recenſitis apud Urbanum II. Chriſtianorum in Oriente calamitatibus Europam perambulaſſet, totumque priorem animum concitandis Principibus Chriſtianis impendit*): unde

acenſi, ad opera fidelitatis facilius invitentur. Proin ad univerſorum notitiam, tam præſentium, quam futurorum, harum ſerie volumus pervenire: Quod Magiſter Pyrin ad noſtram accedens præſentiam, petiit a nobis quandam terram Caſtri noſtri Scepus, de terra, Sygra vocata (*Cf. IX. p.* 39. *LXXII. pag.* 315.) ſeparatam, ad duo aratra ſufficientem ſibi dari. Verum, quia de facto ipſius terræ nobis veritas non conſtabat, fidelibus noſtris Capitulo de Scepus dedimus in mandatis, ut hominem ipſorum fidelem mitterent pro teſtimonio fide dignum, coram quo Bald, Comes de Scepus, fidelis homo noſter, reambulet terram ipſam, vicinis & commetaneis præſentibus, & ſtatuat eidem Magiſtro Pyrin, ſi non fuerit contradictum, contradictores vero, ſi qui fierent, ad noſtram evocaret præſentiam ad terminum competentem. Quod quidem Capitulum nobis reſcripſit in hæc verba: Excellentiſſimo Domino ſuo Andreæ, Dei gratia Regi Hungariæ, Capitulum Eccleſiæ S. Martini de Scepus, inclinationem & orationes in Domino. Serenitatis Veſtræ literas recepimus in hæc verba:

Andreas, Dei gratia Rex Hungariæ, fidelibus ſuis Capitulo de Scepus ſalutem,

---

nde glorioſum Regem rogaverunt, ut eis rector & gubernator in exercitu JESU CHRISTI exiſteret. Rex autem, hoc audiens, gavisus eſt, – & in eadem feſtivitate a Nobilibus Hungariæ licentiatus eſt. -- Miſitque Nuncium ad Conradum (*Vratislao Fratri* (Cf. N. 80. p. 244. f. g. h. & Kat. l. c. p. 564), 14 *Januarii mortuo, ſuccedentem*), Ducem Bohemorum, -- ac præcepit, ut ſecum ultra mare ire, pro injuria JESU CHRISTI (*vindicanda*) properaret. Ille autem libenti animo promiſit. (*Verum Conrado, graviter infirmato, ac die 6ta Septembris* (ibid. Cf. p. 680) *obeunte, Bretislaus, Vratislai filius, cui Rex A.* 1091 *ad ſe confugienti, ac velut cognato ſuo* (Coſm. Prag. ap. Kat. l. c. p. 563), *benigne ſuſcepto, Comitatum Trenchinenſem inhabitandum contulerat*) ad glorioſum Regem -- venit, & -- in auxilium ſibi (*ut ſuccedere valeat*) venire, in propria perſona, rogavit. Rex autem conſenſit ei, ita, quod de ſervitio Dei, Dux non remaneret. Et -- promiſit, ſe in propria perſona eum adjuturum (*Ladislaus igitur magno Hungarorum comitatu Bohemiam illico ingreſſus, omnem factionibus in eligendo Duce viam præſtruxit, ipſeque adeo Bretislaus, ut Coſmas* (loc. cit.) *ſcribit, intbroniſatus eſt -- XVIII. Octobr.*). Habebat Rex ſecum fratres ſuos (*latiore patrio ſenſu acceptos*), filios Geyzæ Regis, Colomanum (*Epiſcopum Varadienſem*) & Almum (*Comitem de novo Caſtro, Ujvár*), prognoſticatusque erat Rex de (*bocce*) Colomano (*fratruele ſuo*) quia (*poſt mortem ſuam*) ſuſor ſanguinis fieret. (*Noluit enim eum, ſed filium ſuum Colomanum, Agriæ A.* 1089 *coronatum* (Cf. p. 146. e.) *Hungariæ præfici, ac propterea invidiæ ſtimulis exagitabatur*) --- Rex autem (*primo vere anni* 1095, *priuſquam expeditio ſacra priore anno in Concilio Claromontano contra infideles, terram ſanctam a multis annis uſurpantes, conſcripto trecentorum millium hominum exercitu, primum decreta & per Europam promulgata* (Cf. Sandii. Pontiff. p. 446. Not. 5, & Kat. l. c. p. 675), *finibus Hun-*

& gratiam. Cum nos quamdam terram Caſtri noſtri de Scepus, de terra, Sygra vocata, ſeparatam, ad duo aratra ſufficientem, Magiſtro Pyrin duxerimus conferendam, volumus, & fidelitati veſtræ præcipimus & mandamus, -- -- -- detis teſtimonium veſtrum, quo præſente homo noſter reambulet ipſam terram, ad duo aratra ſufficientem, præſentibus commetaneis & vicinis, & ſtatuat eidem Magiſtro Pyrin, novas metas in eadem erigendo, ſi non fuerit contradictum, contradictoribus ad noſtram præſentiam, ad competentem terminum evocatis, & poſt hæc citationis terminum aſſignatum, ac nomina ſimul contradictorum, cum ſignis metarum, eidem terræ erectarum nobis referibant. Datum in -- -- -- feria V. ante octavas Paſchæ Domini. Nos itaque mandatis Regalis Excellentiæ Veſtræ, ut tenemur, in omnibus obedire cupientes, unum ex nobis miſimus, coram quo Comes Bald, homo veſter, eandem terram Magiſtro Pirin ſtatuit, & reambulavit, præſentibus commetaneis & vicinis, nullo exiſtente contradictore. Et hujus terræ metæ eo ordine diſtinguuntur: Prima meta incipit a parte orientali ſuper unum montem, juxta unam villam, quæ ſeparat illam terram a terra

---

Hungariæ appropinquaret) congregato exercitu ſuo, cœpit ire contra Bohemos, propter injuriam nepotis ſui (*Ottonis quippe junioris, Moraviæ Ducis, in eo perpeſſam, quod, poſteaquam eum Vratislaus proxime ante mortem ſuam, Moraviæ, Boleslao filio ſuo tradita, expuliſſet* (Cf. Cosm. Prag. L. II. Chron. ap. Gundling. p. 633), *eadem legitimo heredi ſuo necdum veſtituta fuerit*). Cum autem perveniſſet in confinium Bohemorum, gravis infirmitas invaſit eum. Convocatiſque Principibus ſuis, ad Colomannum (*Galiciæ Regem filium utpote ſuum*) nuncios miſit, Sanctum Marcellum Prepoſitum, & Petrum Comitem, ut ad Hungariam reverteretur. Beatus autem Ladislaus ſic ordinavit, ut poſt ipſum (*Colomannum filium ſuum*) Almus (*in Galicia*) regnaret; qui (*evocato in Hungariam Colomano, Patruele ſuo, quem Galiciæ poſſeſſionem illico adiviſſet*) ſincera ſimplicitate ductus, honoravit fratrem ſuum (*ſeniorem*) Colomannum (*Varadienſem Epiſcopum, a reditu Colomani junioris, auxilio & favore Vladislai, Poloniæ Ducis, fratris utpote* (Cf. N. 40. p. 75) *Boleslai II, ſoceri olim ſui, cujus nempe filiam Juditham, inſcripta Dotis titulo Terra Scepuſienſi, uxorem habuerat* (Cf. Not. 16. p. 32) *ſuffultum, ad Polonos amicos, præripiendæ Galiciæ cauſa, digredientem*), præſcendo ipſi (*per Cracovienſem Epiſcopum inaugurato*) coronam, tanquam cui jure primogenitura videbatur competere. "

s) CAPUT IX. " Colomannus itaque (*ſenior*), filius Regis Geyzæ, de Polonia (*morte Ladislai, quæ 29 Julii 1095 evenerat, inaudita, Polonicis auxiliis munitus*) feſtinanter redit, & (*nemine obſiſtere auſo, orientalis quoque Hungariæ Rex*) coronatus eſt. (*Colomanus enim junior, ja. A. 1039 in juniorem Hungariæ, nec non Galiciæ Regem* (Cf. Not. 63. p. 146. e.) *coronatus erat & paternæ diſpoſitionis tenax*) Daci Almus (*ad ſe, in Hungariam evocatum, venienti*) Ducatum (*Galiciæ, cui præfuerat*) plenarie conceſſit: in cujus (*Almi, Galiciam ſubinde occupantis, per Colomanum vero, fratrem ſuum, natu ſeniorem, ejecti*) temporibus multa mala ſunt perpetrata, ut inferius patebit. Erat autem (*Colomanus, Daciæ,*

uſque

terra Michaelis, filii Petri. Dein juxta metas ejuſdem Michaelis deſcendit verſus partes occidentales in fluvium Sigra vocatum, & ibi eſt meta terrea. Deinde vadit juxta terras filiorum Vajca verſus Caſtrum uſque ad metas, & terminum Saxonum de Suburbio ejuſdem Caſtri. Dein juxta eaſdem metas vadit ad partes Septemtrionales uſque ad Kiral pataka, & ibi eſt meta terrea. Dein ventum ad partes Orientales ad metam terræ Sygra, villæ prædictæ, & ibi eſt meta terrea. Dein tranſit ad villam magnam, qua itur de Sygra verſus Caſtrum. Dein vadit ad Fuzes patak. Dein flectitur ad prædictum fluvium Sygra nuncupatum, & tranſit ipſum fluvium, ubi ipſi de Sygra ipſum fluvium ſuper pontem tranſire conſueverunt. Dein vadit ſuper unum Berek, & ibi eſt meta terrea. Deinde aſcendit montem ſupra dictum, & ibi eſt meta terrea Deinde venitur ad priorem metam. Et ſic metæ terminantur terræ ſupradictæ.

Nos itaque, conſideratis fidelitatibus & ſervitiorum meritis, ejuſdem Magiſtri Pyrini, quod primo & principaliter tempore Ducatus noſtri (*Cf. p.* 329. 1), cum nos extra Regnum fuiſſemus, ab ævo ſuæ pueritiæ temporibus noſtro fateri adhærendo, nobis fideles, & laudabiles exhibuit famulatus. Ceterum, cum Deo propitio ſolium & gubernaculum Re-

---

uſque ad Tibiſcum intellectæ, Galiciæ item ac orientalis uſque ad flumen Moravæ Bulgariæ Rex) habitu corporis contemptibilis, ſed aſſutus & docilis, hiſpidus, piloſus (*quia barbam, & comam* (Cf. Not. 74. pag. 218.) *alebat*), luſcus, gibboſus, claudus & blæſus. Cumque prædicti peregrini JESU CHRISTI audiſſent, de morte glorioſi Regis Ladislai, valde condoluerunt; ac (*dum pro idoneo tantæ multitudini Duce ſenior Colomanus, Geyzæ filius, præ inexperto juniore Colomano, Ladislai filio, deſtinaretur*) miſerunt nuncios ad Regem Colomanum (*ſeniorem*), ut, quemadmodum glorioſum Ladislaum (*pro rectore & gubernatore ſacri exercitus*) rogaverant, ita & de ipſo peterent; putantes, ipſum eſſe de eadem pietate, quia ipſe de eodem ſanguine (*a Bela I. propagatus*) fuerat. Colomanus autem (*ſenior, Daciæ*) Rex, — non ſolum non ire cum eis promiſit, ſed etiam per terram ſuam, viam illis minime conceſſit. Exercitum autem contra eos (*anno inſequente* 1096 (Vid. Kat. T. III. p. 21) *ſacram expeditionem ſuſcipientes, ad Moravam fluvium, Bulgariæ ſuæ limitem*) miſit (*Colomanum vero juniorem, occidentalis Hungariæ Regem, ad opponendum peregrinis, quamprimum Hungariam intraverint, ſuum quoque circa fluvii Temes oſtia exercitum, requiſivit*) ut ad (*ſuum, orientalis nimirum Hungariæ*) Regnum (*peregrinos*) introire non permitteret; putans, ipſos eſſe tyrannos (*ad Conſoceri, Generi, ac totius Hungariæ proditionem conductos*), & non peregrinos. Illi autem (*peregrini*) ſpem in Deo ponentes, & cujus ſignum (*Crucem, pro diverſitate Nationum diverſi coloris, pectoribus aut humeris aſſutam*) portabant JESU CHRISTI, in illo confidentes, Hungariam (*Colomani junioris*) audacter intraverunt, & ex Hungaris multos interfecerunt. Hoc audito, Rex (*Hungariæ occidentalis, Colomanus junior*) congregavit exercitum ſuum circa Temes (*fluvii oſtia, e regione ſenioris Colomani diſpoſitum,*) & illos, pace ſimulata (*utrique Reges*) ire dimiſerunt. Cumque (*peregrini*) ad Zemlin pervenirent, ſe in pace eſſe ſperantes, Caſtra metati ſunt. Caſtrum autem Zemlin ceperant, ac Rex (*Colomanus*

gni Hungariæ adepti fuiſſemus, prædictus Magiſter Pyrin ſimiliter in omnibus factis, ſeu negotiis nobis fidelia exhibuit ſervitia & accepta. Demum cum contra D. Albertum, Ducem Auſtriæ & Stiriæ, tunc inimicum noſtrum & Regni noſtri capitalem, exercitum moviſſemus generalem, & cum eodem exercitu noſtro in Regnum ejuſdem acceſſiſſemus, & quoddam Caſtrum, ------ (*fors Rochrau, ad Leytham, Cf. Dipl. XCVII. fin.*) nuncupatum, *A.* 1291 *inter alia plura, Cf. Kat T. VI. p.* 1071 -) feciſſemus expugnari, ſæpe dictus Magiſter Pyrin in expugnatione ejuſdem Caſtri, nobis, & cunctis intuentibus, pro fidelitate nobis, & coronæ debita, fidele ſervitium exercere procuravit, ſe fortunæ dubiis caſibus ſubmittendo, ubi idem lethalibus vulneribus exſtitit ſauciatus. In recompenſationem igitur tam fidelium ſervitiorum ſuorum, dictam terram Caſtri noſtri de Scepes, ad duo aratra ſufficientem, a præfata terra Sygra ſeparatam, & diſtinctam, ab eodem Caſtro noſtro penitus exemptum & exemptam, cum omnibus utilitatibus ſuis, ſeu pertinentiis univerſis non ſolum in libertate filiorum Jobagionum de Scepus, ſed eo etiam jure, ſeu libertate, quibus Nobiles Regni noſtri terras ſuas, ſeu poſſeſſiones dinoſcuntur poſſediſſe, dedimus, donavimus, & contulimus eidem Magiſtro Pyrin, & per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus jure perpetuo, & irrevocabiliter poſſidendam. Ut igitur hujus noſtræ collationis ſeries robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec ullo unquam tempore per quempiam poſſit, vel debeat retractari, præſentes conceſſimus literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio. XVI. Kalend. April. Regni autem noſtri anno III.

LXXXV.

---

nus Hungariæ occidentalis) alias inſidias faceret, & pejora prioribus fierent. Deinde (*Cruciati*) Marchiam illam totam (*Regionem ſcilicet Savienſem*) devaſtabant, propter victum, &, quidquid rapere poterant, ad Caſtrum portabant. Rex autem (*Colomanus junior*) in Temes, utiliori (*quam ſenior, ad Moravam excubans*) conſilio uſus, pacem cum illis firmavit, & multis muneribus & victualibus eos honoravit, & in pace ire dimiſit. " *Ad utroſque Colomanos in hocce Anonymi Turótzyani, abſque cujuſdam zelo perturbati, nexu, diſcernendos, exterorum quoque teſtimonia ſubjungimus. E quibus*

t) *Bernardus Theſaurar.* (Cf. Kat. H. R. T. III. a p. 21 - 53) *primum & alterum cruce ſignatorum agmen a Colomano, Rege Hungariæ, benigne ſuſceptum fuiſſe, his verbis teſtatur:* " Menſe Maji, anno incarnationis verbi MXCVI. Gaiterus -- peregrinationis hujus iter omnium primus arripuit. quem maxima populorum caterva, cum paucis tamen equitibus, ſequuta eſt. Hic tranſiens Alemanniam, Hungariæ Regnum intravit; quem Calimanus (*junior*), Hungarorum tunc (*occidentalium*) Rex, cum ſuis honoraster excepit. -- Inter hæc Petrus Eremita copioſam utriuſque ſexus ſecum trahens multitudinem, Theutonicorum ſimiliter Regna, ſcilicet Lotharingiam, Franconiam, Bavariam & Auſtriam tranſiens, per *Partes* Hungariæ *CPolim* pervenit. " *Annaliſta Saxo ad A.* 1096: " Primi quidem, Petrum ſequentes Heremi-

LXXXV.

Venerabile Capitulum Scepuſienſe perennalem Nobilium Coſmæ, Nicolai & Stephani, filiorum Zomboth, ſuper poſſeſſione ſua terræ Ztragar & ſilvæ Feketeerdő vocata, Comiti Arnoldo, filio Ditrici, factam faſſionem, novo ſigillo ſuo corroborat. Anno Domini 1293.

EX AUTOGRAPHO, inter acta Oppidi Bela, unius e XVI. Scepuſienſibus exiſtente, deſumtum.

CAPITULUM Eccleſie Beati Martini de Scepus, omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in omnium Salvatore. Quoniam memorie novercatur oblivio, dignum eſt, ut acta temporaliter, ſcripturarum patrocinio fulciantur. Proinde ad univerſorum noticiam volumus tenore preſencium pervenire, quod cum in

remitam, ad quindecim millia æſtimati, per Germaniam, indeque per Bavariam atque Pannoniam pacifice tranſibant. " *Auctor Chron. Hieroſolym. ſynchronus:* " Octavo die menſis Martii, Walterus, -- cum magna ſocietate Francigenarum peditum, paucos habens equites, ex admonitione Petri Eremitæ ingravit Regnum Hungariæ, ubi -- *a Domino Kalomano* (juniore) *Chriſtianiſſimo Rege Hungarorum*, benigne ſuſceptus eſt, & conceſſus eſt ſibi pacifice tranſitus per univerſam terram Regni ſui, & emendi licentia. -- Poſt hæc -- prædictus Petrus, & exercitus illius copioſus, ut arena maris innumerabilis, -- in Ungariæ deſcendens Regnum, ante portam deſcendens Cyperon (*hodie Sümerein, intra paludem Fertő* (Neuſiedler See) & *fluvium Leitha ſupra Óvárinum* (Altenburg) *ſitum*), tabernacula ſua fixit cum omni exercitu, quem eduxerat. *Impetratoque ab Ungariæ Regnatore per medium Regni ejus tranſitu*, pacifice Regnum Ungariæ tranſivit, dans & accipiens omnia uſui neceſſaria in numero, juſtitia & menſura, & ſic ſine turbine uſque ad Malevillam (*Moravam quippe oppidum, cognomini fluvio adjacens, a peregrinis Gallicis, eodem ſignificatu cum Latinis, ideo ita compellatum, quod hinc ultra profecturi* male *jam haberi cœperint*) cum omni legione ſua profectus eſt. Hic itaque ſine offenſione & aliquo adverſo incurſu uſque ad Belegravam (*olim Ratiariam, hodie Turcis Aritzar, Bulgaris Belegraika* (Cf. Mappam Hungariæ Haſianam) *ſive Belgradum minus dictum*) Civitatem Bulgarorum, profectus eſt, tranſiens Malevillam, UBI TERMINANTUR FINES REGNI HUNGARORUM (*occidentalium, Colomani utpote junioris, & incipit alterius Colomani ſenioris Regnum orientale.*) Illic pacifice fluvium Maroe (*Moravam*) navigio trajecit. Sed in eodem loco Malevillæ ſedecim de comitatu illius remorati ſunt, ut cuterent arma, ignorante Waltero, qui jam diu fluvium tranſierat. Ungari vero quidam, -- videntes procul Walteri (*verſus Belegravam properantis*) abſentiam, -- manus ſedecim illis (*Walteri exercitum, tranſito Morava fluvio, ſecutis*) inje-

ſpoliacione Eccleſie noſtre per Regem Ladizlaum & ſuos Neugaros (*Cf. Not. 81. p. 238*), inter dampna ampliſſima, una cum rebus aliis, antiqvum Sigillum noſtrum fuiſſet perditum ac ablatum, nos iniquorum fallacias equitatis tramite reſcindere cupientes, omnigenarum condicionum Literas, ſub antiquo ſigillo noſtro emanatas ſeu confectas, que novi ſigilli noſtri teſtimonio renovate non fuerint, publica proteſtatione premiſſa, irritandas, caſſandas, ac refutandas decrevimus ad cautelam. Hinc eſt, quod Comes Arnoldus, filius quondam Comitis Ditrici, ad noſtram accedendo preſenciam exhibuit nobis Literas, ſub antiquo ſigillo noſtro emanatas, ſeu confectas, cum inſtancia poſtulando, ut eaſdem ſub novi ſigilli noſtri teſtimonio reſcribere dignaremur. Quarum quidem Literarum tenor talis eſt:

Nos Capitulum &c. (*Vide LV. p. 249*)

Nos itaque Comitis Arnoldi ſupradicti peticiones attendentes fore juſtas & honeſtas, exhibitas nobis Literas ſub novi ſigilli noſtri teſtimonio duximus reſcribendas. Datum die Sabbathi, proxima ante Dominicam Letare. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo tercio.

LXXXVI.

---

injecerunt, quos (*in ditione Colomani ſenioris, jam conſtitutos*) armis, veſtibus, auro & argento ſpoliaverunt. Et ſic nudi & vacui abire permiſſi ſunt. Hi vero dolentes, — uſque ad prædictam Belegravam, quo Walterus cum omni manu ſua extra muros ad hoſpitandum tentoria poſuerat, iter acceleraverunt, omne infortunium, quod eis (*in itinere*) acciderat, ſibi referentes. Sed Walterus æquo animo, quia reditus ad vindictam tædio erat, accepit. — Ut autem appropingvavit Petrus terminis loci prædicti (*Malevillæ ſeu Moraviæ, quæ in finibus Kövienſis, aut Belgradienſis Comitatus, ad Colomannum juniorem ſpectantis, hucdum exiſtit*) fama in auribus ſuis ſuorumque allata eſt, quomodo Comes Regionis (*Comitatus*) illius (*Hiromienſis*), nomine Guz (*quem Turótz. C. 63.*) *Cis vocat*), unus de Primatibus Regis Ungariæ (*orientalis, Colomani utpote ſenioris*), avaritia corruptus, — peſſimum conſilium iniiſſet cum — Duce, Nichita nomine, Principe (*Vajvoda*) Bulgarorum & (*ſimul*) Præſide (*Comite*) Civitatis (*Comitatus*) Belegrave (*Belegraikenſis*), quatenus ipſe — anteriores aguinis, Petri, debellaret & occideret; ipſe vero poſtremos inſequutione ſuorum militum detruncaret, ut ſic univerſa ſpolia tanti exercitus in equis, auro & argento, ac veſtibus diriperent & dividerent. Petrus hæc audiens, quia Chriſtiani (*Græci nempe Ritus ſuæ unitæ*) erant Hungari & Bulgari, omnino de illis tantum facinus credere noluit, quouſque ad Malevillam (*a priore diſtinctam, quam ſcilicet peregrini jam rectius ac proprie ita vocarunt. Fontibus quippe fluvii Aritzar, Iſtro illabentis* (Vid. Mapp. Schützian. A. 1788 Vien. edit.), *adjacet vicus* Billa, *ore Græcorum* Villa, *& infra hunc alter vicus* Kisvár, *quo* Caſtellum *ſignificamus. Qualem porro* Caſtellum *hoc in via*, CPolim *ducente, relationem* ad Caſtrum *Belegraika ſive Aritzar habuit, plane talem* Mala Villa *ſive* minor Billa, *ad* Welka Billa *ſeu* majorem Billam *habere debuit; ut adeo*

LXXXVI.

Andreas III, ratam habet collationem Belæ IV. Regis, ſuper ſilva & particula terræ circa fluvium Tothpataka & metas villanorum de Bela, Leonardo aucupi factam. Anno Domini 1294.

EX AUTHENTICO Vener. Capituli Scepuſienſis Tranſumto, inter Acta Oppidi Bela, unius e XVI Scepuſienſibus, exiſtente:

NOS Capitulum Eccleſie Beati Martini de Scepus memorie commendantes tenore preſencium ſignificamus quibus expedit Univerſis; quod Nobilis Vir Magiſter Anthonius de Buſſon ad noſtram perſonaliter veniendo preſenciam, exhibuit nobis quaſdam Literas Sereniſſimi Principis Domini Andree Illuſtris quondam Regis Hungarie &c. Sub ipſius duplicis ſigilli appenſione emanatas & confectas, petens nos humili precum inſtancia, ut eaſdem ſub noſtri ſigilli teſtimonio reſcribi facere dignaremur ad cautelam, quarum tenor talis eſt:

Andre-

---

adeo poſſeſſio illa, quæ hodiedum Bella *vocatur, ad alterius* Mala Villa, *quæ Hungaris* Kiſvàr *dicitur, diſtinctionem, olim* Welka Villa *populari Slavico Bulgarorum ſermone vocata fuerit*) venientes conſorti illius (*anteſignani*) arma & ſpolia ſedecim ſociorum Walteri, in mœnibus & muris (*Caſtelli Kiſvárienſis*) pendentia, aſpexerunt, quos paulo ante retardatos Ungari (*Háromienſes*) in dolo ſpoliare præſumſerant. Petrus autem hac Confratrum injuria comperta (*cum exercitu ſuo Kiſvárinum iter proſecutus*), viſiſque illorum armis & ſpoliis, ſocios ad vindictam admonet. Qui fortiter ſignis cornicinum intonat; erectis ſignis ad mœnia convolant: muros grandine ſagittarum oppugnant, quas tam inceſſabili & incredibili denſitate oculis in mœnibus aſſiſtentium intorquebant, ut Ungari, nequaquam virtute m Gallorum impugnantium ſuffere volentes, a muro declinarent, -- & univerſi tam equites, quam pedites intrare contenderent. Ungari vero, videntes animæ ſuæ anguſtias, -- ad ſeptem millia conglobantur ad defenſionem, ac per aſiam portam, quæ reſpicit ad Orientem, egreſſi ſuper verticem præcelſi ſilicis, quam prætorfluit Danubius, & qua parte inſuperabile erat munimentum, conſiterunt, quorum plurima pars, quæ pro anguſto adito per portam velociter effugere nequiverant, ante ipſam januam in ore gladii ceciderunt. Alii, qui in vertice montis liberari ſperabant, ab inſequentibus peregrinis trucidati ſunt: alii a cacumine montis præcipitati, in ipſius Danubii undis abſorpti ſunt. -- Ceciderunt illic circiter quatuor millia Ungarorum; peregrinorum centum tantum, præter vulneratos, ibidem occiſi ſunt. Hanc Petrus adeptus victoriam, cum univerſis ſuis in eodem Caſtello Malevilla diebus manſit quinque, propter abundantiam alimentorum, quæ ibi reperit in frumento, gregibus ovium & armentis, & poculorum plenitudine (*vini abundantia*) & infinito numero equorum. Comperta hac victoria & Ungarorum cæde cruenta, & viſis ferro

caſis

Andreas Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire: Quod Leonardus auceps ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis patentes literas Domini Bele quondam Illustris Regis Hungarie, felicis recordacionis avi nostri carissimi, super collacione cujusdam particule terre, & cujusdam particule sylve confectas, petens a nobis cum instantia, ut ipsas literas ratas habere, & nostro dignaremur privilegio confirmare, quarum quidem tenor talis est.

Nos Bela, Dei gracia Rex Hungarie, significamus universis per tenorem presenci-

---

casis corporibus illorum, quæ plurima, exstincta atroci vulnere (*fluvioque Aritzar injecta*), Danubius suis procellis advexerat Belegrave, ubi, reflexo alveo, iter & cursum (*versus orientem*) continuat, a Malevilla distans milliari, Dux præfatus Nichita (*Bulgariæ Vajvoda*) suos convocat, &, consilio ab omnibus accepto, metu concussus, Belegrave Petrum ultra expectare recusat. " *Consentit Bernardus Thesaurarius, Malevillam in Bulgaria seu Mœsia superiore collocans:* " Ipsi enim (*inquit*) peregrini, qui cum Petro Eremita erant, qvum audivissent, quæ *Bulgari* Galtero -- & suis irrogaverant, quoddam oppidum, quod Mala Willa dicitur; obsederant; quo per violentiam capto, quatuor millia ex oppidanis occisa sunt. " *Occupata* Mala Willa, *qvum Petrus illic sex diebus cum suis commoratus fuisset, a nuncio quodam hæc audivit:* "Rex Ungariæ (*orientalis, Colomanus utpote senior*) collecto exercitu, -- in ultionem suorum descensurus est, de quibus ne unum quidem certum est ab armis illius evadere. -- Quapropter quantocius fluvium Maroam (*sui & Colomani junioris Regnorum limitem*) superantes, viam vestram hinc (*ex ditione Colomani senioris*) maturate. Petrus, intelligens iram Regis, --- cum universis sociis Malevillam deserens, sed cuncta spolia, gregesque ac prædam equorum abducens, Maroam transire (*atque adeo, unde venerant, redire*) disposuit. *Via igitur breviore, per Philippopolim versus CPolim ducente, relicta, Petrus circumire satagens, post Nissam tamen non modicam cladem accepit.* " Ad hoc (*ita laudatus auctor, nonnullis interjectis, prosequitur*) Ducis imperium Bulgari, Comanitæ (*Cumani*) Ungari plurimi cum Picenariis (*Patzinacis, sub quibus Transsilvanos intelligit*), --- qui ad urbis (*Belegraika vel Aritzar*) defensionem convenerant, arcus corneos & osseos arripiunt; --- Petrum, cum exercitu suo secure gradientem, insequuntur, ac tardos & extremos exercitus detruncare & transfigere non parcentes, currus & plaustra, lento gressu subsequentia, retinuerunt. ---

n) Non multo temporis (*scribit auctor idem ibid.*) intervallo post Petri transitum, quidam Presbyter, Godeschalcus nomine, --- ex diversis Regionibus Lotharingiæ, orientalis Franciæ, Bavariæ, Alemanniæ supra quindecim millia contraxit, tam militaris quam pedestris vulgi: qui pecunia ineffabili cum ceteris rebus necessariis collecta, iter suum pacifice usque in Regnum Ungariæ continuasse perhibentur. Ad portam vero Meseburg (Wieselburg *Mosonium*) & ejus præsidium (*Óváriense*) gratia Regis Kalomani (*junioris*) venientes, honorifice introducti sunt. ---

ſencium ; quod de beneplacito noſtre voluntatis ſylvam quandam cum particula terre vacue (*ubi hodie poſſeſſio , Tótfalu dicta , conſiſtit*) circa fluvium , Thothpathaka vocatum , Leonardo , ſervienti noſtro de Scepes , pro ſerviciis ſuis nobis ſepius impenſis , prout in literis Detrici Comitis de Zolum & Scepes , dilecti & fidelis noſtri , plenius vidimus contineri , contulimus jure perpetuo poſſidendam. Datum in Craſtino Beati Michaelis Archangeli in Inſula (*Budenſi*) Beate Virginis. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tercio. Exhibuit eciam idem Leonardus patentes Literas predicti Comitis Detrici, quibus mediantibus particula terre predicte & ſylve , ex precepto prefati Domini Bele Regis , ſibi ſtatuta fuerat & aſſignata, in hæc verba :

Z z Nos

ſunt. --- Sed (*in Bulgariam Colomani ſenioris tranſeuntes*) dum per aliquot dies moram illic (*circa Malam Villam ſeu Kiſvárinum*) facerent & vagari cœpiſſent -- Ungaris vinum , hordeum & cetera neceſſaria paulatim auferentes ; ad ultimum oves & boves per agros rapientes occiderunt , reſiſtentes -- peremerunt ; ceteraque plurima flagitia , quæ omnia referre nequimus , perpetrarunt. Rex (*Colomanus ſenior , ſpreta prohibitione ſua*) inquietatus , --- præcepit Satellitibus (*Baronibus & Comitibus*) ſuis , -- nulli peregrinorum parcere. -- Mox exercitus Godeſchalci , tam crudele mandatum Regis -- intelligentes , ſignis intonuerunt per univerſas Societates : & in campo Belegrave (*Belegraikenſi , quem fluvius Aritzar irrigat*) ſecus oratorium S. Martini conglobati ſunt. Nec mora , Regia virtus totius Regni (*orientalis*) Ungariæ in armis adfuit , ut populum conglobatum diſturbaret. Sed fortiter reſiſtentes , in gladiis & lanceis & ſagittis Teutonicos repererunt. -- Ut ergo viderunt , quia illis res erat pro anima , & non ſine æſtimabili damno cum Gallis committere poſſent ; blande eis in dolo locuti ſunt in hunc modum : " Pervenit querimonia ad Dominum noſtrum Regem de injuriis , quas „ Regno ſuo intuliſtis. Sed arbitratur vos non omnes hujus facinoris reos , eo quod plurimi in„ ter vos ſenſati habeantur. -- Unde , ſi Domino Regi ſatisfacere vultis & Principes terræ placa„ re ; oportet , -- ut omnia arma veſtra in manum Domini Regis reddatis ; & cum omni pecunia , „ quam habetis , iram ejus mitigetis , & ſic gratiam ejus inveniatis. Sin autem aliud egeritis , nec unus quidem veſtrum ante faciem ejus ſuorumque vivere poterit. -- " Godeſchalcus igitur & ceteri viri ſenſati , hoc audientes , & puram fidem ex his credentes verbis , quia Ungari Chriſtianæ erant profeſſionis (*ſub qua Græcum Ritum ab auctore comprehendi adjuncta rerum produnt*), univerſo cœtui conſilium dederunt , quatenus -- omnia in pacem & concordiam redirent. -- Loricas , galeas & omnia arma , totamque pecuniam , ſtipendium vitæ ſuæ in Jeruſalem , in manus Magiſtratus Regis reddiderunt. -- Miniſtri vero Regis & milites univerſis armis in conclavi repoſitis , pecuniam & cetera pretioſiora , quæ tantus congeſſerat exercitus , in ærarium Regis deputaverunt. Sic omnem clementiam , quam policiti ſunt , Regem in populo habiturum , mentiti ſunt ; quin potius crudeli ſtrage irruentes in eos , inermes ac nudos detruncabant , ac cædem immaniſſimam in eos exercebant , adeo ut , ſicut hi pro vero affirmant , qui præſentes vix evaſerunt , exſtinctis & occiſis corporibus & ſanguine tota planicies Belegrave occuparetur , & pauci ab hoc martyrio liberarentur. " *Juvat Annaliſtam Saxonem* (ap. Kat. l. c. p. 35.) *& Chronicum Hieroſolymit. quidnam cum Colomano juniore adhuc acciderit , audire :* " Surrexit in eiſdem diebus (A. 1096) quidam vir militaris , Comes tamen Partium illarum , quæ circa Rhenum ſunt , *Emico* nomine , revelationibus , ut fatebatur , divinis in hujuſmodi religionem

Nos Detricus, Comes de Zolum & de Scepus, damus pro memoria, omnibus ſignificantes: Quod Rex ore ſuo nobis precepit, ut Leonardo in Scepes proviſionem in terra faceremus. Invenimus, igitur quandam particulam terre vacantem, circa metas villanorum de Bela, quam eidem Leonardo, abſque prejudicio Literarum Regie Majeſtatis, & cujuslibet populi libertate, ſtatuimus, & per fidelem noſtrum Marcum Comitem metis fecimus circumdari. Cujus terre prima meta incipit apud metas Teutonicorum de Bela, & vadit verſus meridiem ad fluvium, Thothpathaka vocatum, & ibi eſt arbor, Zemerce (*Latinis Pinus larix*, *Hungaris Veresfenyő*, *Germanis* Lerchenbaum, *Slavis hodie* Smrek) vocata, poſt hoc vadit per vallem lutoſam ad quandam Tiliam, que eſt in angulo ſylve, & inde tendit ad fluvium Sárpathaka, ibique terminatur.

Nos

---

nem excitatus (*imo relationibus, de peregrinorum, a Colomano ſeniore paulo antea doloſe oppreſſorum, ſpoliatione ac cæde acceptis, univerſe contra Hungaros exaſperatus, omnem ſibi Hungariam, Religionis obtentu, ſubjugaturus*) in ducentorum millium ſignatorum ſibimet Ducatum uſurpaverat. — Emico vero ſupradictus cum ſuis, poſtquam per Civitates Rheni, Mœni quoque atque Danubii in Judæos deſæviverunt, qumque ad Confinia Pannoniarum, innumeris jam utriuſque ſexus copiis multiplicati, pervenîſſent; Regnum ipſum — per obfirmata præſidia vetantur ingredi. Fama quippe Colomani jam præmonuerat aures, inter Paganorum (*Phociano ſchiſmati adhærentium Græcorum*) & Ungariorum (*cum Latina Eccleſia unitorum*) necem nihil apud Teutonicas differe mentes. Qua de re munitionem Miſenberch (Wieſelburg, *Óvárinum quippe Moſonio conjunctum*) per ſex ebdomadas expugnantes, inter plura — etiam, quis illorum ſub nomine Regis Pannoniarum poſſet retur terris, ſtultiſſima quatiuntur diſcordia. Itaque —, nuro DEI Omnipotentis nutu, victor peregrinorum exercitus terga nihilominus vertit, relictiſque ſupellectilibus, nil quiſque, præter miſeram animam, emolumenti reportavit. Sic nimirum noſtræ Gentis homines, zelum DEI, ſed non ſecundum ſcientiam DEI, habentes, quippe qui in militia, quam in liberandis Chriſtianis Chriſtus providerat, alios viciſſim Chriſtianos perſequi cœperant, miſeratione Divina fraterno ſanguine repreſſi, Ungarii quoque liberati ſunt. " *Eundem eventum Chronicon Hieroſolymitanum exprimit:*" Comes Emicho, Clareboldus de Vinduil, Thomas & omnis illa intolerabilis Societas virorum ac mulierum viam Jeruſalem continuarunt, tendentes verſus Regnum Ungariæ, ubi tranſitus Regia via univerſis peregrinis minime (*hucdum*) negari ſolebat. Sed his medio menſis Junii ad præſidium Meſeburg (Altenburg *Moſonio unitum*) venientibus, quod fluvii Danubius & Lintax (*Leitha*) paludibus firmant, Pons (Bruck an der Leitha) & porta præſidii (*Óvárienſis*) clauſa reperitur ex præcepto Regis Ungariæ (*Colomani junioris*); qula timor magnus invaſerat univerſos Ungaros (*tam occiduos quam orientales*) pro cæde, quam exercuerant (*orientales Hungari & Bulgari*) in confratres eorum. — Erant enim ducenta millia equitum & peditum. — — Rex autem (*orientalis Hungariæ*) Kalomanus (*ſenior*) & omnis comitatus ejus, mature equos (*ad liberandam occidentalem ab hoſtibus peregrinis Hungariam*) aſcenderunt, parati ad fugam verſus Regnum Ruſſiæ (*cujus Rex erat*), ſi tantam vim Gallorum, ſuperato præſidio (*Óvárienſi*) terram (*ulterioris Hungariæ*) ingredi viderent. — Sed dum fere omnia proſpere ſucceſſiſſent Chriſtianis (*peregrinis*), — neſcio, quo caſu aut infortunio (*Colomani profecto ſenioris adventu territi*), tantus timor univerſum exercitum in-

Nos igitur peticionem Leonardi ipsius attendentes fore justam, considerantesque ejus meritoria obsequia, predictas literas Domini Bele Regis memorati, & ipsius Comitis, opido non rasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, quia eciam -- (*vidimus*) ipsam particulam terre simul cum particula sylve predicte, juxta collacionem ipsius Domini Bele Regis in literis Domini Ladislai Regis, clare memorie, ipsi Leonardo per eundem Dominum Ladislaum Regem fore collatam, auctoritate presencium confirmamus. Dixit eciam idem Leonardus eandem particulam terre simul cum particula sylve predicte in concambium cujusdam particule terre, & dimidietatis cujusdam molendini Kokos, filio Rikolphi (*Cf. Not. 87. p. 316.*) se dedisse. Quam quidem particulam terre, ad usum scilicet dimidii aratri sufficientem, idem Kokos in nostri personaliter constitutus presencia, de terra sua hereditaria Erdewfalva vocata,

Z z 2

---

invasit, ut in fugam pariter redderentur, ut quasi oves a lupis irruentibus dispersi & concussi, hac & illac diffugium quærentes, sociorum obliviscerentur. — — Mirabile dictu! — Emicho Clareboldus, Willehelmus & alii pauci, quorum equi cursu adhuc valebant, incolumes evaserunt, & aliqui, qui in palustri herba frutetisque latuerunt, aut in opaca nocte fugere potuerunt. Emicho & quidam suorum via, qua venerant, reditum fugiendo tenuerunt: Thomas, Clareboldus & plures suorum versus Cariathiam & Italiam fuga elapsi sunt. Sic manus Domini contra peregrinos esse creditur, qui nimiis immundiciis & fornicario concubitu in conspectu ejus peccaverant, & exules Judæos, licet Christo contrarios, pecuniæ avaritia magis, quam pro justitia Domini, gravi cæde mactaverant; qvum justus judex sit Dominus, & neminem invitum, aut coactum ad jugum fidei Catholicæ jubeat venire. "

v) Cumque Rex (*Colomanus junior hoc invasionis Gallicæ periculo liberatus, ita continuat Anonymus Turotzyanus*) ad propria (*Albamregalem*) reverteretur, & „ Dux Almus ad Ducatum (*suum Ujvár*) iret, quidam iniqui, diabolico freti consilio, con„ perunt inter eos accusare; dicebant enim Duci: " Domine Dux, Rex insidiatur tibi, & capere vult te. *Deinde Regi dicebant*: Dux tibi posuit insidias, & si non custodieris te, sci„ as, procul dubio te moriturum. " Hoc autem audientes ambo juvenes & lascivi (*Colomanus equidem senior, Episcopus Varadiensis, & Hungariæ orientalis Rex, Alexii Commeni Consocer, nec inter juvenes neque inter lascivos referri potuit*) congregaverunt exercitus. Rex autem (*Colomanus junior*) cum exercitu venit: contra Ducem, in Warkun (*hodie Várkony Comitatus Borsodiensis possessio*); & Dux (*Almus*) e contra „ venit prope Warkun: Tiscam autem inter eos dimiserunt (*a' nagok után pedig jött Tiszán-túlvalókat el ereszteték, hoc est: Transtibiscanas vero Colomani senioris copias, ex Mosoniensi Comitatu juxta præmissa secum redeuntes, ad propria dimiserunt; ut adeo dissensiones has jam sub Mosoniensi contra Gallicos peregrinos expeditione prorupisse isthinc eruatur, quarum præcipua ratio fuit ea, quod Almus, Galicia per Colomanum seniorem, fratrem suum, una cum Dacia & orientali Bulgaria, jure primogenituræ occupata, Ladislai proinde Regis testamento ad effectum hanc perducto, jus primogenituræ in occidentales Colomani junioris ditiones prætenderit*). Fideles autem Hungari, treugas (*inducias*) ab ipsis petierunt, ut colloquium haberetur, dixeruntque: "

„ quid

cata, & medietatis cujuſdam molendini ſui affinis, ſe ipſi Leonardo in Concambium predicte particule terre & ſylve contuliſſet. Cui quidem concambio noſtrum Regium conſenſum prebuimus & aſſenſum. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam preſentes conceſſimus literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri, Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſie Prepoſiti, Aulè noſtre Vice Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto.

Nos igitur juſtis & legitimis peticionibus prefati Magiſtri Anthonii de Bwſſon favorabiliter inclinati, prefatas literas, nobis exhibitas, omni prorſus vicio & ſuſpicione

„ quid eſt, quod nos pugnemus? Iſti nos oppugnant, moriemur; & cum ipſi evaſerint, fugi„ ent, ſicut nudius tertius, patres noſtri vel fratres, cum patribus eorum vel fratribus (*An„ drea, Bela, Salomone, Geyza & Ladislao*) pugnarunt, & ipſi mortui ſunt: nec nos vi„ demus cauſam pugnæ; ſed eis ſi pugna placet, ipſi duo pugnent, & qui eorum prævaluerit, „ ipſum pro Domino habeamus.“ Quo ſtatuto conſilio Principes reverſi ſunt. Cumque Grack Regi (*Colomano juniori*) dixiſſet, quemadmodum ſtatuerant & illa Duci (*Almo*) revelaſſet, abſque voluntate eorum quieverunt (*akarattyok ellen veſzteg-ültek*).

w) Memorata peregrinorum in Terram ſanctam profectionis occaſione Rogerium quoque Siculorum Comitem, Colomano innotuiſſe *ac pacem, inter hunc & Almum compoſitam ſequente anno viguiſſe* indicio eſt illud, quod Almus, inter alios pro expetenda Patrueli ſuo, Regi Colomano (*juniori*), Buſilla, Rogerii filia, in Italiam expeditus, ſollemnibus quoque nuptiis interfuiſſe dubitari nequeat: “ Anno, (*inquit Gaufredus ap. Kat. T. III. p. 55*) „ Incarnationis *Milleſimo nonageſimo ſeptimo*, — menſe Majo (Siculorum glorioſus Co„ mes Rogerius) cum trecentis militibus — conducere facit Henricum, Leſcaſtrenſem Epiſco„ pum, & quoſdam de fidelibus ſuis, qui maritimo curſu uſque Pannoniam cum puella (*Buſilla*) „ procedere faciens, cum multis ſponſalibus, — proſpera aura flante, per æquora feruntur, „ uſquedum in Portum Albæ (**Weißenburg** *ſeu Belgradæ*, *Civitatis maritimæ*, *pro„ pe Segniam*) qui *juris Regis Ungarorum* eſt, impune applicant. Hic Vincurius „ Comes (*Caſtri ſive Comitatus*, *Conf. Not.* 17. *pag.* 34.) Beligratæ, miſſus cum „ quinque millibus armatorum, obvius fuit, eamque cum ſuis — decenter excipiens, uſque ad Re„ gem perduxit. Per totam Pannoniam nuptiæ Regis præconizantur, undique cum enceniis con„ curritur, — die determinato, præſentibus Archiepiſcopis & Epiſcopis & diverſis Ordinibus, „ dos puellæ, *legali more*, in publico proteſtatur: Rex & Regina Catholice (*Latino ut„ pote ritu*) pariter deſponſantur: ſollemneſque nuptiæ in tentoriis & ex virentibus ramis tabernaculis „ factis celebrantur; nam nullæ domus tantæ multitudini ſufficiebant.“ — *Nuptiis Colomani peractis, etiam aliæ Almi*, Ducis Újvárienſis, *cum Sophia, Vlodimiri Monomachi, Lodomeriæ Ducis, filia, cui Galiciam, a Patre olim ſuo Lamperto alioquin poſſeſſam, ex Ladislai quoque teſtamento ſe reſpicientem* (Cf. Not. 63. p. 146. e. f. g), *a fratre autem ſuo, Colomano ſeniore, occupatam, & unitis cum Socero ſuo viribus mox revindicatam, titulo dotis inſcripſerat, coaluerunt.* “ Poſt hæc autem (*pergit Turôtzyan. Anon.*) Rex (*orien-*

ſpicione carentes, de verbo ad verbum, ſine diminucione & augmento preſentibus inſeri fecimus & conſcribi, pendentis & authentici ſigilli noſtri munimine roboratas, eidem Anthonio duximus concedendas, ad cautelam prenotatam. Datum feria tercia proxima, poſt Dominicam Jubilate. A. D. Milleſimo quadringenteſimo decimo octavo.

(orientalis Hungariæ ſenior Colomanus) invaſit Ruſciam *(Almi fratris)*: & Duciſſa Ruthenorum, nomine Lanca *(ita Hungarus Anonymus Almi Conjugem, ceu teneram adhuc puellam, vocat)*, venit obviam Regi, & ejus provoluta pedibus, obſecrabat Regem cum lachrymis, ne diſperderet gentem illam. Cumque Regem, non audientem, inſtantiſſimis ſollicitaret precibus, calcitravit eam Rex, & amovit a ſe dicens: *non oportet regalem Majeſtatem fletu muliebri deturpari.* Illa autem gemens, reverſa eſt retrorſum, & rogabat Omnipotentis Dei auxilium. Plurimi autem Cuni (ſeu Cumani) cum Mirkode *(ſeu Vlodimiro Monomacho, a ſuis Vlodimirko diminutive dicto, Almi quippe ſocero)* venerant in auxilium Ruthenorum. Qui de nocte conſurgentes, ſummo mane percuſſerunt Caſtra Regis, & uſque ad interemtionem diſſipaverunt ea crudeliter. Nobiles autem Hungariæ *(orientalis)* communierunt Regem *(Colomanum ſeniorem)* circumquaque, fuerunteque Regi pro muro inexpugnabili. Cuni vero, perſequentes Comitem Euzem, interfecerunt eum; & omnes, qui cum eo erant, ſimiliter & Epiſcopos *(Tranſſilvanienſem ac Varadienſem)* Cupan & Laurentium, multoſque alios bellatores fortes, ſagittarum transfixione cæciderunt. -- -- Rex itaque & omnes ſui, celeriter fugiendo, venerunt in Hungariam; theſaurum autem Regis, & omnes, qui celeriter fugere non potuerunt, Cuni rapuerunt. Tanta ſtrages ibi fuit, quod raro Hungari in tanta ſtrage fuerunt. Qui autem ex Hungaris in ſilvis evaſerant, præ neceſſitate famis, ſoleas calceamentorum ſuorum aſſando comedebant. Quid plura? tanta tunc pericula facta ſunt, quæ ſcripta non ſunt, quæ dici non poſſunt. "

Sed enim ſenior Colomanus cladem hanc paulo poſt ultus eſt, qvum Almum, fratrem ſuum, omni Galicia, ipſoque Ujvárienſi Ducatu exuiſſet.

x) Rex autem *(Colomanus junior)* de prima uxore genuit Ladislaum & Stephanum A. D. 1101. *Itaque gemellos; quorum alteruter indicante Diplomate, Tragurinis A.* 1108 *in hæc verba dato:* " Ego Colomanus *(Cf. Kat. T. III. p.* 132*)*, Rex Hunn gariæ, Croatiæ atque Dalmatiæ, juro ſuper ſanctam Crucem vobis Tragurinis, meis fidelibus nn Civibus, firmam pacem: mihi & *filio meo*, aut ſucceſſoribus meis, tributarii ne ſitis, &c *anno* 1108 *præmature mortuus jam fuit, alteruter vero ſerius* CAL. LXI. Anno Domini MCXII. N. filius Regis Colomani mortuus eſt. Et Rex (A. 1104) ſecundam duxit uxorem *(Svatopolci, Ruſſiæ Principis* (Neſtor. ap. Kat. l. c. p. 192), *qui Kioviæ ſedem habuerat, filiam, Predslavam dictam)* de Ruſcia, quam, in adulterio deprehenſam, peccantem, nec violenta temeritate, dimiſit; ſciebat enim, quia ſcriptum: *Deus quos conjunxit, homo non ſeparet;* ſcilicet ſine lege & abſque ratione. --- Remiſit ergo eam Rex in terram ſuam; quæ ex adulterio peperit filium nomine Borich *(Bartholomæum)*, Borich autem Colomanum *(Cf. Not. 63 p. 148. g.)*. --- *Ut adeo Stephanus II. ex Alexii Comneni filia natus, a morte Colomani junioris A.* 1114 impuber *coronatus* (Turótz. C. 63), *ac Stephanus* junior *appellatus, Colomani ſenioris, A.* 1113 *mortui, filius fuerit; infantia enim virilis*

LXXXVII.

Andreas III. Magiſtro Eliæ, filio Comitis Volfgangi de Jurchak, ex Comitatu Zaladienſi oriundo, quandam incultam ſilvam in Scepus, ad alpes Golcha ſitam, & limitibus undiquaque deſignatis circumſcriptam, confert. A. D. 1294.

EX AUTOGRAPHO, quod in Judiciario Proceſſu, inter Illésfalvenſe & Kápoſztafalvenſe, Csákyana Dominia, defluente, producebatur, deſumtum.

ANDREAS Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex; Omnibus tam preſentibus quam futuris, preſentes literas inſpecturis, ſalutem in ſalutis Auctore. Regalis Celſitudinis munificencia bene meritos ſpeciali tenetur dileccione proſequi & favore, preſertim quos ſibi

rilis anno ſeptimo; impubis atas undecimo; pubertati proxima decimo quarto (Lex. Drünel.) *definitur, atqui Stephanus Colomani junioris filius, anno* 1101 *natus, & anno* 1114 *prætenſe coronatus, inter impuberes referri non potuit, ergo non iſte, ſed alter* junior *Stephanus, Colomani ſenioris filius, Colomano juniori, A.* 1114 *fatis cedenti, ſucceſſit.* Anno D. 1106 *(nullis in Germania contra fratrem ſuum impetratis auxiliis)* reverſus eſt Dux Almus de Patavia *(in Hungariam)*; qui propter Regis *(Colomani ſenioris, fratris utpote ſui)* timorem illuc fugerat; quem Rex *(Colomanus junior)* ſuſcepit ad pacem *(Regale allodium Demeſienſe* pro incolatu *eidem conferendo)*. Deinde *(hac ſui proviſione haud contentus)* fugit in Poloniam; & accerſito Polonorum & Hungarorum conſilio & auxilio reverſus eſt *(ineunte ſequentis anni* 1107 *vere)* in Hungariam *(orientalem)* & cepit novum Caſtrum *(Újvár* (Cf. Not 11. p. 17) *antea ſuum, ſed per Colomanum fratrem a profugio ejuſdem occupatum)* & intravit illud. Rex autem *(Colomanus ſenior, frater Almi)*, hoc audito, obſedit Caſtrum. Cumque in craſtinum oppugnare vellet, ecce Dux *(Almus)* ſubito equum aſcendens, portas Caſtri exiens citiſſime, equitavit ſolus ad Caſtrum Regis; & cum ad tentorium Regis veniſſet, ſtatim de equo deſcendens, ad pedes Regis *(Fratris utpote ſui, natu ſenioris)* venit & in ore omnium, ſe culpabilem proclamavit. Rex autem fraterna motus pietate, Duci indulſit. Nam & indignationem ſuam, ab Hungaris, qui in Caſtro erant, per interceſſionem Ducis, amovit. Dux autem *(ad Demeſienſem ſuam poſſeſſionem redire coactus)* conſtruxit Monaſterium de Demes, rogavitque Regem *(Colomanum juniorem)* ut ad conſecrationem veniret; & ſic factum eſt. Poſtea Palatini *(Aulæ familiares, a Colomano ſeniore corrupti)* accuſabant Ducem, quod inſidias præparaſſet, ut interficeret Regem in conſecratione Monaſterii ſui. Rex iratus, voluit capere eum; ſed

ſibi cernit fidelitatis obſequia gratuita impendiſſe, graciori beneficio debet attollere, & eiſdem liberaliter providere. Proinde ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam harum ſerie volumus pervenire: Quod cum Magiſter Elias filius Comitis Farkaſſii (Volfgangi) de Jurchak, fidelis noſter, in primevis ſue temporibus juventutis, noſtris ſe mancipaſſet ſerviciis, cum ſumme fidelitatis deſiderio, & in Legacionibus in Regno & extra Regnum fideliter perferendis, ſpeciali diligencia ſe ſtuduiſſet noſtre Majeſtati commendabilem exhibere, ſuas poſſeſſiones, in Zaladenſi Comitatu ſitas, deſtrui per infideles & Regni noſtri turbatores, & vaſtare in noſtrorum execucione negociorum pocius permittendo. In recompenſacionem ſerviciorum ſuorum gratuito favore occurrentes, quandam inhabitatam & incultam ſylvam noſtram in Comitatu Scepuſienſi

---

ſed Reverendiſſimi Epiſcopi & alii boni Principes, ſcientes falſum eſſe, quod ex confictione inimicorum (*Colomani ſenioris æmulum perdere ſatagentium*) Duci imponebatur: interceſſerunt pro eo apud Regem, & pacificaverunt eos juramento; dimiſitque Ducem in pace, ut in Bokon (*ſilva totius Hungariæ præcipua, cujus maxima pars Veſprimienſi Comitatui adjacet*) venaretur, miſitque cum eo duos Jobagiones (*Cf. Not.* 361 *p.* 70), ſub prætextu honorandi eum; quos tamen clanculo inſtruxerat, ut animum Ducis explorarent, ſi Dux quid mali adverſus Regem machinaretur, ut Regi nunciarent. Cumque veniſſet Dux in Chour (*hodie* Cſer, *quercetum*), & aſture miſſo, cornicem cepiſſet, ſimplici animo (*ad ereptam ſibi per Fratrem, nec tamen per Patruelem juri ſuo aſſeri quæſitam Galiciam, alludens*) dixit Jobagionibus: " nonne cornix iſta juraret aſturi, ut, ſi eam dimitteret, de cetero non vo„ ciferaretur? *Illi autem reſponderunt:* quod nec aſtur dimitteret cornicem propter juramen„ tum, nec cornix jurare poſſet, cum eſſet animal irrationale. " Eadem vero nocte, verba Ducis Regi nunciaverunt. Dux autem (*quum adverteret, ſe proditum haberi*) veniens in Bokon, -- ſtatim abſentavit ſe ab illis, & fugit iterum ad Patavos. --- Anno Domini MCVIII. (*Cf. Kat. l. c. p.* 235 -) Imperator (*Henricus V*) propter Ducem Almum movit exercitum ingentem, & venit in confinium Hungariæ, ut colloquium cum Rege haberet, & inter eos pacem firmaret. Quod & factum eſt. Rex autem Imperatori plurima dona miſit, & ſic honorifice repatriavit. Poſt hæc, Rex reduxit Ducem Almum ad pacem. " *Clariora ſunt exterorum hac in re teſtimonia, quæ ſoli Colomano ſeniori conveniunt. Annaliſta Saxo hæc refert:* " Anno Dom. Incarnationis MCVIII. Rex Henricus, -- orta ſimultate inter Colomanum, Re„ gem Pannoniæ, (*ſub qua Scriptores non raro Daciam quoque, orientalem quippe Hunga„ riam, complectuntur*), germanumque ejus, vocabulo Almum, eo quod uterque ſibi potius „ Regiam competere dignitatem, jure gentis illius, contenderet, ſpoliatus tam rebus, quam Du„ catu, quo inter Ungaros clarus, &, ut decuit fratrem Regis, a Rege ſecundus claruit. Al„ mus Regem Heinricum adiit, & (Mogontiæ) in auribus totius Senatus --- miſerias ſuas de„ plorans, Romani Imperii magnificentiam in compaſſionem ac defenſionem ſui flectere curavit. --- „ Ergo Rex Heinricus, Almi querelis motus, -- Ungariam cum exercitu petiit. " *Conradus* „ *porro Urſpergenſis ad A.* 1108:" Omne debitum (*tributum, ab Henrico IV Bohemis* „ *impoſitum, ſed præſtari declinatum*) ſcilicet tria millia talentorum, Compatri ſuo Znato„ plue dimiſit, & præcepit, ut paratus ſit ſecum in expeditionem contra ſævitiam Ungarorum. „ Quia rogatu quorumdam Teutonicorum illuc propoſuerat ultum irre necem Hieroſolymitarum,

„ quos

ſi inter alpes Golcha (hodie Gócſenſes, Gömörienſem a Scepuſienſi Provincia dirimentes, appellantur) & inter viam, per quam verſus Berzethe tenditur, exiſtentem, prefato Magiſtro Elie & ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus dedimus, donavimus & contulimus jure perpetuo poſſidendam, eo jure & libertatis ordine, quo Polyan & Ricolphus, quondam Comites, ſuas poſſeſſiones poſſederunt, & nunc poſſidere filii dinoſcuntur eorundem. Mete autem ſylve ejuſdem, prout in Literis Scepuſienſis Capituli contineri viderentur, hoc ordine protenduntur. Prima meta incipit a parte orientali retro Caſtrum Lehon *(XI)*, ubi quidam fluvius ſiccus, Bela nuncupatus, rurſus in alium fluvium, etiam Bela nuncupatum, & ſuper ipſum fluvium Bela aſcendit verſus meridiem uſque ad caput ejuſdem fluvii, deinde vadit contra meridiem uſque ad unam viam, qua itur verſus Chitnik (Cſetnek), deinde

„ quos illa gens ob crudelitatem ſuam alios gladio interemit, alios in ſervitutem redegit. " De„ nique Richardus, Canonicus Neoburgenſis ait: " Anno MCVIII. Henricum V. comitatus eſt „ Lewpoldus ad fines Ungarorum cum militibus ſuis: ſed non pugnatum, quia Cholomanus Rex fratri ſuo Almo, metu Imperatoris, conciliatus eſt. " *Ex his omnibus eruitur, Almi diſſidium vel maxime ſeniorem Colomanum, fratrem ejuſdem, qui, diſpoſitione Ladislai Regis circa futuram ſucceſſionem ſepoſita, orientalem cum Galicia & Bulgaria Hungariam occupaverit, ſeque coronari curaverit, reſpexiſſe, jam vero Henricum Imperatorem, muneribus Colomani ſenioris placatum, acquieviſſe in eo, ut Újvárienſis Ducatus Almo reſtituatur, id quod Sigebertus quoque Gemblacenſis* (ibid.) *innuit, inquiens:* " Imperator Henricus contra Hungaros vadit, ſed facto pacto redit. "

y) CAPUT LXII. Confirmata autem pace, tandem Rex (*Hungariæ orientalis, Anno Domini MCXIII.*) cepit Ducem (*Almum*), & filium ejus Belam infantulum (*decennem puerum*) & obcæcavit eos. Sed & Belam infantulum præceperat caſtrare; ſed obcæcator timens Deum & Regni ſterilitatem (*Ladislaus enim & Stephanus, filii Colomani junioris, emortui ſunt, ſtirps proinde Arpadana in ſolis juniore Stephano, Colomani ſenioris, & Bela iſto, Almi filiis, pendebat*) caſtravit catulum, cujus teſticulos tulit Regi (*ſolicito, ne horum aliquis Regnum Stephano, filio ſuo, præripiat.* Quod ipſum Coſmas Pragenſis (*ibid.*) in hæc verba teſtatur: " *Colomanus, Rex Pannonicus, metuens, ne germanus ſuus Almus, poſt eum regnaret, ipſum & filium ejus mentu privavit & lumine*). Et de Nobilibus Regni obcæcavit Uros (*Vajvodam Serviæ*) Vathan (*Comitem Biharienſem*) & Paul (*Palatinum ſuum, Cf. Kat. l. c. p. 342.*). Nihil tamen ei profuit innoxii ſangvinis profuſio, quem, divina ultione præmaturæ mortis (*hoc anno ſubſecutæ*) deglutivit dira ſorbitio, & punivit temporalis Regni deſtructio. Unde dictum eſt: *non ſic impii in omnes &c.* Ductus eſt autem Dux Almus (*Újvárienſi Ducatu ſuo iterum privatus*) in Monaſterium ſuum in Demes. Poſt hæc autem, Rex cœpit ægrotare graviter, & habebat quemdam medicum Latinum (*Ritum ſequentem*), nomine Dracoam, cui nimium credebat; hic appoſuit emplaſtrum ſuper aures Regis, qui ex capitis dolore urge-

deinde in eadem via vadit uſque ad fluvium Gylnich, & ibi relinquit ipſam viam, tranſito Gylnich, vadit directe uſque ad caput fluvii Goran (*Grani*), deinde vergit verſus Occidentem uſque ad alpes Golcha, deinde ſuper alpes ejuſdem Golcha vadit verſus Aquilonem & venit ſuper Konſeiffen, & perveniunt uſque ad caput fluvii ſicci Bela, prius nominati, & per eundem fluvium revertendo ad Orientem revertitur ad priorem metam, & ſic mete & termini predicte ſylve terminantur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam preſentes conceſſimus Literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis Viri Magiſtri Theodori, Albenſis Eccleſie Prepoſiti, dilecti & fidelis noſtri, Aule Regie Vice-Cancellarii. VII. Calend. Octobr. A. D. Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, Regni autem noſtri anno quinto.

---

urgebatur, &, per concavitates aurium vis emplaſtri non modicam extraxit partem cerebri ejus. Remoto autem emplaſtro, quod diutius tenere non poterat, oſtendit Othmaro Comiti. Comes Othmarus, inſpiciens emplaſtrum, vidit in eo cerebrum extractum, dixitque Regi: *Domine expedit tibi, ut præpares te ad viaticum.* Quo audito timuit Rex & ingemuit. Poſtea autem iniit Rex conſilium cum ſceleratiſſimis, Mark, filio Sima, & Achille filio Jacu, & cum aliis Comitibus, quorum conſilio Ducem & filium ejus, de gremio Matris ſuæ (*paulo antea*) extractum, excæcaverat: miſitque ex eis quemdam, nomine Benedictum, filium Buta (*Cf. N. 72. p. 202 h.*) apprehendere Ducem, ne forte mortuo Rege, ipſe ei ſuccederet. Rex autem in morte præcepit filio ſuo (*Stephano*) & Principibus, ut ipſi poſt mortem ſuam ſuper Ruſciam ulciſcerentur injuriam (*Cf. Not. 63. p. 146. f*), quam ipſi fecerant. Cumque Benedictus receſſiſſet, Dux ante Monaſterium (*Demeſienſe*) ſedebat, plangens dolorem proprium. Qui cum audiſſet, quod equites feſtinanter veniſſent, præſenſit animo, ſibi periculum imminere; & fecit ſe introduci in Monaſterium, & tenebat manibus altare Sanctæ Margaritæ V. ut ſaltem pro reverentia Dei & Sanctorum ejus, eum inde abſtrahere non præſumerent. Benedictus autem, per antiphraſin dictus, ſacrilegas manus injecit in eum, & tenentem altaria violenter extrahebat. Dum quoque conaretur ſic extrahere, divulſa eſt cutis manus Ducis, & infectum eſt altare ſanguine. Sacerdotes autem obſervabant oſtia Eccleſiæ, & volebant illum Benedictum capere. Ille autem hoc percipiens, corde furibundo, quomodo potuit, exivit; & dum feſtinanter equitaret per ſilvam Pelys (*Pilis, verſus Budam, in eodem Piliſienſi Comitatu exiſtentem*), cecidit de equo, &, cervice fracta, mortuus eſt; & canes ejus, qui ſequebantur ipſum, devorarunt carnes ejus, & oſſa. Iſte Colomanus (*Geyzæ filius, a morte Ladislai, Patrui ſui* (teſtante Budenſi Chronico) *regnavit annis decem & octo*). Iſte, ſicut quidam (*veriſſime*) dicunt, fuit Epiſcopus Waradienſis; ſed quia fratres (*patrio more ſumti, reapſe Patrui, Ladislaus, & Lampertus*) quos habebat, morte ſunt prævenati (*ratio hæc, Almo fratre ſuo, & Colomano juniore, Ladislai filio ſuperſtitibus, ad ambitum ſpectat, præcipua fuit illa, ut orientalis Hungaria, cum Partibus adnexis, Polonia ſcilicet, Galicia, Lodomeria, Cumania & Bulgaria a Phociano ſchiſmate partim reducantur, partim vero in unione fidei Catholicæ conſerventur*) ideo, ſummo Pontifice (*Urbano II.*) cum eo diſpenſante, (*in orientali Hungaria & memoratis Partibus., eidem obnoxiis*) regnare compellitur, qui ab Hungaris *Könyveskálmán* appellatur, eo, quod libros habebat, in quibus horas canonicas, ut Epiſcopus, perſolvebat. "

LXXXVIII.

Jacobus, Epiſcopus Scepuſienſis, Cœnobio B. M. V. de Scepus, certas decumas ad Prælaturam ſuam ſpectantes, concedit ea lege, ut ſibi quotannis viginti marcas argenti dependat. A. D. 1294.

EX APOGRAPHO, in Anal. Scepuſii Wagn. P. I. p. 392 producto.

NOS Jacobus, Divina miſeratione Epiſcopus Scepuſienſis ſignificamus univerſis, præſentium tenore memoriæ commendantes: Quod nos Religioſorum Virorum Abbatis (Johannis) & Conventus Monaſterii B. M. V. de Scepus, Ordinis Ciſtercienſis

---

2) Jam vero Colomanus junior, Ladislai filius, occidentalis Hungariæ, quæ reſiduam a Tibiſco Hungariam, incluſa Moravia, Auſtria, Stiria & Carinthia, nec non Partes, huic adnexas, Bohemiam quippe, incluſa Sileſia, Serviam item hoſiernam (*Cf.* N. 40. *fin. p.* 78. *N.* 79. *p.* 237. *Col. I. II. III. IV. Not.* 80. *pag.* 241. d. e. f. g. h. i.), Boſniam, Dalmatiam, Croatiam, incluſa Caraiolia & Iſtria, continebat, Rex, Princeps erat incomparabilis, quem, cum altero ſeniore Colomano aliquis Turótzyanorum Anonymiorum imprudenter conturbatum, tetris a Bonfinio & alia ejuſdem aſſeclarum turba coloribus deſcribendum, objecerat, alii domeſtici non minus, quam exteri ſcriptores, velut exemplum raræ innocentiæ ſpectatæque virtutis, deprædicant, ſummam in DEum pietatem, morum ſimplicitatem, & vitæ ſanctimoniam commendant. Quod ne cui dubium eſſe poſſit, duorum Sacerdotum (*Cf. Cl. Cornid. ap. Kat. l. c. p.* 4), qui non tantum, Colomano regnante, vixerunt utrique, ſed & Regem hunc, ingeniumque & mores ejus optime cognitos habuerunt & perſpectos, adſcribemus verba. Alter eſt Albricus, qui in corpore Juris Patrii ad Seraphinum, Archipræſulem Strigonienſem, ſcribens: " Chriſtianiſſimus, *inquit*, Rex noſter Colomanus, Columbinæ gratiæ ſimplicitate cum o-„ mni virtutum diſcretione præditus, &c " Idem paucis interjectis, Colomanum cum S. Stephano con-„ fert, & ita confert, ut S. Stephano æquiparet, ſi non anteponat. En verba: " Et ille quidem (*S. Ste-„ phanus*) deſtructor fuit infidelium, iſte (*Colomanus*) rectæ converſationis augmentator „ in juſtificatione: ille lorica fidei populum induerat; iſte terrenæ ambitionis ſuperfluenta cingulo „ juſtitiæ præcingebat: ille gladio Spiritus verbi DEI perterruit; iſte galea ſalutis decoravit. &c." „ Alter eſt Godofredus, Eccleſiæ Zoboriensis Abbas, qui in inſtrumento anni 1113 (*quo ſe-„nior Colomanus eſt mortuus*) ita loquitur: " Temporibus glorioſiſſimi Colomani Regis, quem „ Deus inæſtimabili temporalis & æternæ gloriæ ſanctitatis gratia perfuderat -- -- Qvum igitur „ ego Godofredus, orout potui, requiſiviſſem Colomanum Regem victorioſiſſimum; -- tunc ve-„ ro Rex, pleous gratia, &c. Factu eſt autem hæc charta anno milleſimo centeſimo tertio de-„ cimo, regnante Colomano (*juniore jam tunc ſolo*) Rege piiſſimo Hungariæ &c. " His accedit Diploma illud anni 1105 apud Lucium (L. III. C. 4), quod ita habet: " *Regnante piiſſimo*

ciensis profecti us ex intimis congaudentes pacem & quietem ipsorum tam liberaliter, quam libenter in omnibus semper intuitu æternorum, pro nostræ possibilitatis modulo intendimus procurare, ut quanto quietius Domino famulentur, tanto devotius pro nostris, & nostrorum reatibus interpellent; & dum ipsis per compassionis gratiam, favorem & honorem impendimus, eorum orationibus adjuti, post labores hujus exilii dona Divinæ misericordiæ per ipsos, & cum ipsis facilius assequamur. Propterea ut eorum Orationibus possimus esse participes, Cœnobium prædictorum Fratrum, quod omni solatio humano noscitur destitutum, specialiter amplectimur, ipsius commodum & profectum ampliare cupientes, cum totius nostri Capituli

„ *simo Cholomano &c.* “ Et aliud ejusdem anni instrumentum publicum, a RR. D. Kercselich citatum (*Notit. prælim. p.* 135), in quo loquitur: *Per Colomanum sanctissimum Regem &c.* Adde Literas fundationis Monialium B. Mariæ V. de Valle Veszprimiensi, a S. Stephano Rege Græca Lingua (quæ Moniales has Græcas, ejusdemque Ritus Catholicas fuisse innuit) expeditas, a Colomano Rege autem A. 1109 transsumtas, & in Latinum simul sermonem (Monialibus Latinum Ritum sensim assumentibus) a Simone, Quinqueecclesiensi Episcopo, jussu ejusdem Regis Colomani, conversas, atque a RR. D. Pray in vita B. Margaretæ productas, in quibus bis vocatur *Christianissimus* Rex Columbanus. Huc accedunt exteri, ad quos adulationis nulla pertinet suspicio. In iis, præter Auctorem Chronici Hierosolymitani, *est Albertus* Aquensis, Colomano coævus, qui in Historia Hierosolymitanæ expeditionis hunc in modum habet: *A Domino Colomano, Rege Christianissimo Ungarorum, benigne susceptus est Walterus, Hierosolymas proficiscens.* Item Wilermus, Tyrensis Archiepiscopus Colomano eo circiter annis posterior, ita (L. I. C. 18) scribens: *Eidem autem Regno* (Hungariæ occidentalis) *tunc præfuit Vir Christianissimus, Rex Colomanus, qui, cognito prædicti Galteri adventu, & de ejus eductus proposito, piam illis commendans intentionem, eum benigne admisit.* Unde pronum est perspicere de sanctimonia Colomani junioris apud exteros quoque non minorem illa ætate opinionem fuisse, quam de sanctorum Stephani & Ladislai fuerit. Ut adeo Colomanum, occidentalis Hungariæ Regem, perinde, sicut Stephanum I. & Ladislaum I, ejus Patrem, Colomani ritu in sanctorum fuisse numerum olim relatum nec ambigamus. Nitimur autem imprimis Magistri Rogerii, Canonici Varadiensis testimonio, omni exceptione majori, qui Carminis sui miserabilis Caput I. his exorditur verbis: “ Quum Bela, Rex Hungariæ, inter Principes Christia„ nos Zelator Catholicæ fidei nosceretur, ad instar Progenitorum suorum Stephani, Emerici, La„ dislai & Colomani Regum, qui Sanctorum catalogo sunt adscripti &c. “ Numquid putabimus, Rogerium, virum pium, & pro sæculi sui genio doctum, rerum imprimis ecclesiasticarum peritissimum, ob præcipuam doctrinæ laudem ad Archiepiscopatum *(Græci Ritus Catholicum)* Spalatensem promotum, refragantibus omnium popularium suorum suffragiis, Colomanum Sanctorum catalogo intrudere, eundem Sanctis Stephano, Emerico & Ladislao æquiparare; opellamque suam Hungarico Pestinensi *(seu Budensi)* Episcopo Johanni (cujus nempe successores in Budensibus Episcopis, ad Photianum Schisma relapsis *(Cf. Not. 72. p.* 210. *m.*), hucdum supersunt, inscribere ausurum fuisse, nisi revera canonizationis, quam vocat, vel beatificationis honores consequutus, vulgoque sanctus fuisset habitus Colomanus? Denique Colomani junioris, inter Divos relati, magnum est illud adhuc argumentum, quod in Legali Pontificii Is-

tavis

tuli voluntate & conſenſu, dedimus Domino Abbati (90) & Conventui dicti Cœnobii Decimas in ipſorum villis -- -- (*Schavnik*, *Kubach*, *Kravjan*, *Vikartótz*, *Sunyava*, *Hranovitza*, *Teplicz*, *Vidernik*, *Grenitz* -) ad nos (*velut Prælatum Scepuſienſem*, *Cf. Not.* 10. *p.* 14. *Not.* 71. *p.* 193), pertinentes, plenarie in omnibus frugibus, porcellis & anſeribus, pullis, agnellis & apibus, & omnibus aliis minutis, pacifice & quiete perpetuo poſſidendas, ita tamen: quod præfati Dominus Abbas & Conventus Cœnobii prælibati, in feſto B. Jacobi decem marcas argenti Cypſienſis ponderis, & in die S. Michaelis ſimiliter decem nobis, & ſucceſſoribus noſtris annuatim ſolvere tenebuntur (*velut Cathedraticum & procurationem Cf. XLI. p.* 191. *ratione Viſitationis*). Cetcrum jura & exemptiones prædictorum Abbatis & Conventus, quibus ſuper Nonalibus (*offertoriis vel perſonalibus Decimis*, *Cf. XXXVII. p.* 151) ex gratioſis donationibus nonnullorum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontificum iidem (*una Plebanorum in Slavica Græci*

---

teris publicis, A. 1309 in Hungaria publicatis, apud Clar. Péterfy (*Conc. Hung. T. I. p.* 154) hæc legantur: " Sane per Divinam providentiam Regno Hungariæ Reges Catholici „ (*cum Latina Eccleſia uniti*) præfuerunt, quorum primus S. Stephanus Rex, & alii nonnulli ſanctorum catalogo meruerunt adſcribi. " Certe ſi poſt S. Stephanum non alius Regum Hungariæ, præter Ladislaum I. in album Sanctorum fuiſſet relatus; haudquaquam in plurali numero ſcripturus fuiſſet Legatus Pontificius: *& alii nonnulli*. Nolumus plura de Colomani hujus apotheoſi, quæ peracta fuerit unquam, nec ne, diſputent alii, ſatis eſt nobis, Colomanos, ejuſdem ævi Hungariæ Reges, contra inveteratam opinionem non modo diſtinxiſſe, verum etiam docere, Græcum Ritum per Hungariam inde a Ducibus prima periodo Arpadana potiſſimum viguiſſe. " Iſte (*Colomanus utpote junior*, *ita Turóczyanus Anonymus proſequitur*) „ Dalmatiæ Regnum, occiſo ſuo Rege, Petro nominato, in montibus Petergazdia, Hungariæ adjunxit. „ -- -- Regnavit autem annis XXV., menſibus VI., diebus V. Anno Domini MCXIV. tertio „ nonas Februar., feria III., migravit ex hoc ſeculo; cujus corpus Albæ quieſcit. (Cf. Not. „ 63. p. 146. e) Alter vero, Colomanus ſenior, utique non alibi, quam Varadini penes Patrum ſunm S. Ladislaum quieſcet. Satis itaque jam patet, Turóczyanum Anonymum, quiſcunque Latinorum ille fuerit, autographum Hungericum ideo confudiſſe, ne veſtigium poſteris relinquat, aliquos Archi- & Epiſcoporum „ ipſoſque adeo primæ periodi Stirpis Arpadanæ Reges pleroſque Græci Ritus Catholicos fuiſſe, quin propterea Hungari eſſe ceſſaverint, prout etiam actu complures ob Ritus & linguæ commercium inter Valachos & Ruthenos perperam relati, re ipſa genuini ab origine ſua Hungari eſſent. *Dorogon's Tiſzán-túl, még az Oroſz Pap-is prédikáll Magyarúl.* Ut adeo nec dubitemus poſteriores Lutheranos & Calviniſtas in Hungaria, eorum vel maxime reliquias fuiſſe, qui olim ad aſſumendum Ritum Latinum (*Cf. Not.* 72. *pag.* 193 --) coacti ſunt.

90) Eminentiſſ. Cardin. & A - Epiſcopus Strigon. Petrus Pázmán in Append. II. ad Synod. Diœceſan. Tirnav. (*ap. Péterf. P. II. p.* 275.) quinque in Scepuſio Ciſtercienſium Abbatias fuiſſe memorat, quárum unam, *de Caſa nova*; alteram, *Novam Abbatiam inter Hungariam & Poloniam*; tertiam *de Candelis*, quartam *de Schavnik B. M. Virginis*, & quintam *S. Mariæ in Scepuſio* appellat. Verum quemadmodum poſteriores duæ in unam fi-

de

Græci ritus valle Schavnikienſi, *munia obeuntes*) fulciuntur, prout in quibuſdam ipſorum vidimus evidentius contineri, conſideranteſque, nos & Eccleſiam noſtram præfatam (*ex Latino Græcoque Ritu mixtam*, *Cf. Not.* 64. *p.* 154. *&* *Not.* 72. *p.* 195.), proinde in præmiſſis (*Nonalibus*, *Paræciarum Rectores*, *concernentibus*, *recipiendis*) nullum jus penitus nec habere, nec ſperantes habere in futurum, Decimas de omnibus aliis novellis villis, jam in ſilvis locari inceptis, vel quæ deinceps ſub terminis præfatorum Abbatis & Conventus locari poterunt, prædicti Cœnobii Abbati & Conventui ſimiliter de voluntate & conſenſu totius noſtri Capituli antefati relaxamus ex integro, pacifice & quiete poſſidendas; nullam jurisdictionem, nihil juris nobis, & Eccleſiæ noſtræ, noſtriſque ſucceſſoribus in prædictis Decimis & Cœnobio ſæpefato quomodo libet reſervantes: exceptis viginti marcis præfatis. Hoc ſpecialiter adjuncto, quod idem Abbas & Conventus, eorumque ſucceſſores, in omnibus villis ipſorum jam locatis, vel in futurum locandis, omnia judicia ſpiritualia judicare & exercere valeant perpetue, atque poſſint. In cujus rei teſtimonium, firmitatemque perpetuam, præſentem paginam Sigilli noſtri Capituli charactere, ac noſtri communimus. Datum in die Beatorum Martyrum Gervaſii & Protaſii Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto.

---

de Literarum conjungi debent, ita tres illas priores in unam eandemque conjungendas eſſe cenſemus. Ad A. 1436 Ladislaus, Abbas Schavnikienſis (*Cf. Anal. Scep. P. I. p.* 426 *&* *P. III. p.* 152), hoc titulo utitur: *Nos Frater Ladislaus*, *Abbas Monaſterii B. M. V. de Scepus*, *juxta Schavnik &c.* Eu utramque Abbatiam connexam conjunctamque. Ad A. 1513 alix Literæ (*ibid. p.* 429) hoc principio & exitu ſcriptæ ſunt: *Nos Fr. Joannes de Czula*, *providentia Divina Abbas Eccleſiæ B. M. V. de Scepus &c. Datum in Cœnobio noſtro Schavnik &c.* Ea rurſum, qui ſe Abbatem de Scepus nominat in Cœnobio ſuo Schavnik literas conſignat. Quod porro priorem diverſarum trium compellationum Abbatiam concernit, *de Caſa* utpote *nova*, ſeu eam, quæ etiam *nova inter Hungariam & Poloniam* dicitur, ad Neoforum pone amnem Dunajecz (*Cf. XV. p.* 59) olim conſiſtebat, cujus rudera hodieque ſpectantur. Ciſtercienſes quippe a Theodoro Cracovienſi Palatino, natione Germano; circa A. 1238 ſub Carpato monte, ſupra Neoforum in poſſeſſione ſua Ludimir (*Cf. IV. p.* 13. *N.* 26. *&* 27. *p.* 55) fundati, quum adhuc Latini eſſent, a vicinis Ó falu-enſibus Hungaris continuo infeſtati, ſemet Sciricium, Zatoriæ oppidum, trans Carpatum recipere e acti ſunt, donec ſubinde partem ſociorum ſuorum Antiquam villam, Neoforum dici cœptam, traducentes, diſtinctum Cœnobium *de Nova Caſa*, vel *nova Abbatia inter Hungariam & Poloniam* dictum, poſt annum 1255 (*Cf. XVIII. p.* 67. *&* *XIX. p.* 69) conſtruxiſſent. *De Candelis* quoque nomen Abbatiæ huic novæ ideo adhæſerat, quod, quemadmodum Schavnikienſis Abbatia Beatæ Mariæ Virgini *Natæ*, ita Neoforenſis *Præſentatæ* dicatum fuerit, quo nimirum Feſto tantas in cereis oblationes accipiebat, ut alia quoque Cœnobia participare potuerint. Ciſtercienſium Schavnikienſe Cœnobium, quoad ex ruderibus conjici poteſt, amplum vaſtumque fuit, Templo e ſaxis quadratis, in formam Crucis, qui apud hos Religioſos mos erat, adjecto. Poſitum

fuit

LXXXIX.

Baldus, Comes de Scepus, quamdam ſilvam, juxta villam Lybicza exiſtentem, pro ædificanda villa deſtinatam, erga vicinorum Saxonum preces, eorum uſibus deſerviturum relinquit. A. D. 1294.

EX APOGRAPHO antiquiſſimo, inter Acta Oppidi Menhard, unius e XVI. Scepuſienſibus reperto.

NOS Judex & Jurati Cives Leutſcha ſignificamus tenore preſencium, quibus expedit univerſis: Quod providi Judex Gregorius & Petrus, urbani hoſpites de villa Menhardi, noſtram venerint in preſenciam: exhibuerunt nobis quaſdam Literas famoſi Viri, quondam Hilbrandi, Comitis Saxonum & univerſorum Judicum juratorum de Scepus, in pargameno patenter confectas, ſigillo ipſorum ſubappenſo ſigillatas, petentes nos, ut eaſdem ſibi in tranſumto ſub ſigilli noſtri teſtimonio dare & concedere dignaremur ad cautelam:

Nos Hilbrandus, Comes Saxonum & Jurati, ac univerſi Judices de Scepus, ſignificamus Univerſis, quibus expedit, preſencium per tenorem, quod Haymanus Judex de Lybicha (*æque uno e XVI. hodiernis Oppidis*) ex parte ſui & villanorum ſuorum, ad noſtram accedens preſenciam, exhibuit nobis literas Nobilis Viri BALDI, Comitis de Scepus, cum inſtancia nos rogando, ut eaſdem Literas de verbo ad verbum ſub Sigilli noſtri teſtimonio reſcribi faceremus, quarum quidem Literarum tenor talis eſt.

Nos

---

fuit olim ad præterfluentem Hernadum, eo fere loco, ubi nunc hortus & granarium Epiſcopale viſitur: nam Caſtrum, quod paululum hinc abeſt ex diruto Monaſterio primum Laſzkii excitare cœperunt, deinde cum alii heri, tum Tökölyii cumprimis abſolverunt (*Cf. Anal. P. III. p.* 152). Præcipuos ejuſdem Conditores Andream II. Hungariæ, ac filium ejus Colomannum, Galiciæ Regem una & Scepuſii Ducem, (*Cf. Not.* 16. *p.* 34) fuiſſe, indicio eſt Diploma, quod (*pag.* 221. D.) alibi productum, ita conciliari poteſt, ut Andreas ad opus manum poſuerit, Colomanus vero cum Bela IV, fratre ſuo, Bonis reditibuſque aſſignatis, abſolverit. Fuit Cœnobii hujus ea celebritas, ut non ſolum inter loca, quæ Hungari credibilia vocant (*Cf. LVIII. p.* 258), referretur, verum etiam Abbas ejuſdem in appellatorio Sedium Judiciariarum, ſub præſidio Comitum Caſtri celebratarum, Foro, e primis Aſſeſſorem vel Cojudicem (*Cf. Tranſactionem, e dubio appellatæ Litis, inter Saxones Késmarkienſes & Rycolphum Comitem ventenſis, evulſa initium, p.* 224. *G*) egerit. Ut adeo nec dubitemus Coloniam Ciſtercienſium e Schavnikienſi vetuſtiore Cœnobio Ludimilium, & quod ſequitur Scixicium vel Szixiam, ac etiam ſubinde Neoſorum tranſductam fuiſſe.

NOS BALDUS, Comes Scepuſienſis, memorie commendamus, ſignificantes preſencium per tenorem, quibus expedit univerſis: Quod cum nos quamdam ſylvam, juxta villam Lybicha exiſtentem, exſtirpare, & in eadem villam edificare voluiſſemus, tandem Saxones de ipſa villa Lybicha, cum univerſis terraneis (*Cf. Not.* 51. *p.* 97) de Scepus, ad noſtram accedentes preſenciam, nobis dixerunt conquerendo, quod ſi nos ipſam ſylvam exſtirparemus, & in eadem villam edificaremus, eis injuriam faceremus & gravamen. Verum tamen nos, ſemitam Juſticie imitantes, nemini injuriam inferre volentes, & maxime pro eo conſiderantes, quod ipſa villa Lybicha, & eciam omnes alie ville, ad quarum metas vicinatur, ipſa ſylva carere non poterunt, de eadem (*villa ædificanda ſuperſedendo*) dimiſimus ipſam ſylvam ſtare ad uſum ipſorum Saxonum, ſicut ſteterat ab antea uſque modo. Ita tamen, quod nec per nos, nec per ipſos Saxones aliquo temporum in eadem ſylva, villa debeat edificari. (*Leibitzenſes interim, conditione hac non obſervata, ſub ſpecie ſuburbanorum allodiorum & balnei ſulphurei, totidem ſubinde non modo Poſſeſſiones erexerunt, verum etiam copioſa pro ſe prata exſtirpando, reſiduos quoque Menhardenſes, Regios corporis ejuſdem Saxones viciniſſimos, in jure communi reſtringere quærunt*). Mete vero ipſius ſylvæ hoc ordine diſtingvuntur: Prima meta incipit, ubi eſt meta antiqua inter ſupradictam villam Lybicha & villam Kümark (etiam Käſmark vel *Caſeoforum*) *dictam*). Deinde vadit ad metas Andree, filii Polan (*ubi olim poſſeſſio Eur, hodie Sztraska & Nehre dicta conſiſtit*); deinde vadit uſque ad fluvium Lomnicha, & ſuper ipſum fluvium Lomnicha aſcendit uſque ad caput ejuſdem fluvii; deinde vadit directe uſque ad caput fluvii Lybicha; deinde vadit uſque ad calvum montem; deinde vadit ad metas antiquas, que ſunt inter villam Ruskini, & dictam villam Lybicha & villam Durand, & ſic mete ipſius villæ terminantur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam Literas noſtras conceſſimus Sigilli noſtri (91) munimine roboratas. Datum Menſe Aprili Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto.

Nos itaque conſiderantes ejuſdem peticiones Haymanni, Judicis de Lybicha, fore legitimas, congruas & honeſtas, preſentes Literas de verbo ad verbum conſcribi fecimus, ſigilli noſtræ Communitatis (92) roboratas teſtimonio. Datum in Feſto undecim millium Virginum (21. *Octobr.*) Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto.

Nos igitur peticionibus prefatorum Judicis Gregorii & Petri, urbanorum hoſpitum de villa Menhardi, favorabiliter inclinati, preſcriptas Literas Hilbrandi, Comitis Saxonum, & univerſorum Judicum juratorum de Scepus, nobis preſentatas, non abraſas

91) Sigillum Baldi Comitis, Diplomati LXXXI (pag. 355) appenſum, refert Virum umbilico tenus expreſſum, & in pectore cruce inſignem, cum hac perigraphe: S. (*Sigillum*) BALDO (*a quo nempe hodierna poſſeſſio Baldotz dicitur*) COMITIS de SCEPUS.

abraſas, non viciatas, ſed omni prorſus ſuſpicione carentes, preſentibus inſeri fecimus & transſcribi, ſigillique noſtri (93) appenſione muniri. Inſuper pro ubere cautela de verbo ad verbum in Regiſtro, ſeu Libro Civitatis noſtre exarari & cónſcribi. Datum ipſo die beati Kiliani Martyris, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto.

XC.

Adjudicatorio - ſententionales Literæ Hilbrandi, Saxonum Comitis & Cojudicum ſuorum, tenore quarum, lite inter villanos Quintoforenſes & Concivem ſuum Paulum, partem communis territorii, Euzenbach vocatam, ſolvendoque terragio ſubjectam, alienare volentem, exorta, ſub infidelitatis & proſcriptionis incurſu, avulſio & alienatio hæc ſiſtitur. A. D. 1295.


EX AUTOGRAPHO, apud Oppidanos Quintoforenſes habito. Cf. Wagn. Anal. P. III. p. 250.

HILBRANDUS, (*Cf. Not. 76. p. 230*) Comes Saxonum & Jurati, ac univerſi Judices cum tota Univerſitate de Scypis, omnibus preſencia viſuris, ſalutem in eo, qui

92) Vetus Regiorum Saxonum Scepuſienſium Sigillum, ex Literis, immediate ſequentibus, deſumtum, erat ſequens:



93) Leutſchovienſis vero Civitas, quæ caput XXIV. Saxonicarum villarum erat, hodiedum Sigillo utitur ſequente:



a) At-

qui univerſe largitor eſt ſalutis. Racio dictavit ſapiencie, quod erroris incorreccio ſinea corrigatur juſticie & quevis accio ad recipiendam ſtabilitatem indeficientem literarum teſtimonio confirmetur. Hinc eſt, quod ad univerſorum noticiam tenore preſencium volumus pervenire, cum Paulus, filius Alheydis de villa S. Ladyzlai, quandam particulam terre, ville ejuſdem, Euzenbach vocatam, niteretur uſurpare indebite, volens alienare & ſeparare a ſolucione noſtri communis terragii Regii, ſcilicet trecentarum marcarum, contra formam juris & libertatis ipſius ville & Eccleſie, ad quam Decima ipſius terre ſemper pertinuit & pertinet, in prejudiciumque tocius noſtre Provincie, populi de eadem predicta villa, videlicet ſui Concives, moti de tanta ſibi irrogata injuria, ad noſtram acceſſerunt preſenciam ſuper cauſa ejuſdem terre, contra predictum Paulum movendo querimoniam, coram nobis in figura Judicii ordinarii, & debito Juris ordine litem conteſtando. Nos vero cum ex officio, nobis injuncto & commiſſo juramento preſtito, teneamur nefandos ſingulorum errores corrigere, noxia ſupprimere, Juſticiam erigere, & docti veritatis experiencia, ſciamus eamdem memoratam terram cum ſuis Decimis, noſtris & patrum ac avorum atavorumque noſtrorum temporibus ſemper fuiſſe conjunctam inſeparabiliter eidem ville ſupradicte, cum ſua terra reliqua & Decimis ſub una

a) Atque ut hoc loco utriuſque Sigilli origines & ſignificationem illuſtremus, ordimur a Cruce Patriarchali, quæ utrobique loco præcipuo conſpicitur: Patriarcharum nomen antiquiſſimum eſt, quod a Judæis & Ægyptiis *(Cf. Mannhart. de antiquitt. Chriſtian. p. 115 -)* feliciter in Chriſti Eccleſiam translatum fuit. Judæi quidem Patriarchas vocabant eos, qui ſuprema Familiarum ac Tribuum capita fuerunt, uti Abraham, Iſaac, Jacob &c. Ægyptii vero illos, qui principem in ſacris locum tenuerunt. At, dilatata per Orbem Chriſti Eccleſia, lateque per Aſiam, Africam & Europam ſeſe diffundente, ingens populus Chriſtianorum, ut in officio ac fide melius contineretur, præ ceteris momenti plurimum attulerunt tres præcipui Epiſcopi, *Romanus* in Europa, *Alexandrinus* in Africa, & *Antiochenus* in Aſia, Patriarcharum nomine propterea inſigniti. Hinc eſt, quod Gregorius M. *(L. V. ep. 60 & L. VI. ep. 37)* ſcripſerit: " Veteres Patriarchæ tres in una & eadem Apoſtolica ſedent Cathedra & præſident, „ qui Petri Sedi omnes ſucceſſere, Eccleſiæque ſuæ, quam unam in unitate fidei fundavit Chri„ ſtus, dedit & Caput unum, quod tribus præcipuis trium Regiarum urbium præſideret Cœtibus, „ ita ut tres iſtæ Sedes unitatis vinculo necterentur indiviſibili, Eccleſiaſque ceteras cum Capite „ ſtrictiſſime necterent, quod Caput divinitus inſtitutum eſt, ut ſit totius vertex unitatis. " Tribus hiſce Patriarchalibus Eccleſiis tribuunt nonnulli hanc dignitatem ob amplitudinem & præſtantiam illarum urbium præ omnibus, quæ tunc in Orbe dominabantur; ſed verior eſſe videtur illorum ſententia, qui ſolis tribus hiſce ſedibus honorem iſtum habitum eſſe cenſent, quia Divus Petrus illarum peculiaris fuit Epiſcopus: Alexandrinæ, quæ nomine Petri a Marco, ejus Diſcipulo, illuc miſſo, erecta & conſecrata fuit; Antiochenæ, quam ipſemet primus inſtituit, Romanæ vero, in qua Arcem veræ Fidei exſtruxit, & Primatum ſuum, ſuorumque Succeſſorum ſtabilivit.

b) Licet porro Epiſcopi omnes dignitate ordinis pares fuerint, diſcrimen tamen erat, dignitate Juriſdictionis, qvum alii aliis eſſent eminentiores, uti Metropolitæ, Archiepiſcopi, Primates

eademque unitate ſolucionis terragii noſtri Regii, ſcilicet trecentarum *(marcarum)*, communis dictante ſentencia Juris, per nos exſtitit judicatum, quod ſepedicta terra cum ſuis Decimis, omni remoto impedimento alicujus impetitoris, ad eandem ſupraſcriptam villam debeat amplius ſub ſolucione conſveta trecentarum marcarum juxta formam antique conſvetudinis ſue, per noſtros ſeniores approbate, indiviſe & irrevocabiliter pertinere; ammodo autem ne talis contingat error vel conſimilis, inter nos decretum ſtatuimus, quod quiſcunque hominum ſepe dictam terram in ſimili caſu, ſuccedente tempore, acceptare preſumpſerit, *(LXXXIII)* deſumatur ſui honoris culmine, & infidelitatis titulo per totam Provinciam proſcribatur. Datum in Leuchza anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. V. Kal. Junii. *(Sigillum e coriacea ligula pendet, cujus iconem paulo ſupra exhibuimus)*.

XCI.

---

mates & Patriarchæ. Equidem hæc nomina in Teſtamento novæ Legis non occurrunt, reipſa vero primis jam temporibus, in ſacris adeo Literis, Epiſcopi (a Græca voce *episkopéo*, quæ viſitare, inſpicere, curare ſignificat, ita dicti) aliqui latiore ambitu ac poteſtate, majoreque præ ceteris dignitate Eccleſias regebant, unde poſterius nomina hæc (e Grajis periade vocibus mutuata) profluxerunt, ut *Epiſcopus* diceretur, qui uni aliqua in Provincia Civitati; *Metropolitanus*, qui Civitati ejuſdem Provinciæ metropoli; *Archiepiſcopus*, qui Provinciæ, quæ plures complectitur Civitates, quarum ſingulis ſuus eſt Epiſcopus; *Primas*, quod primus Regni Epiſcoporum ſit, Latine ita dictus, cui ſubjectæ ſunt plures ejuſdem Regni Provinciæ; *Patriarcha* demum, qui pluribus, matrici Eccleſiæ ſuæ innexis Regnis, &, quod ſequitur Epiſcopus vel *Pontifex Romanus*, in vetuſtiſſima urbium & Orbis Capite reſidens, qui Chriſtiano Orbi præeſt. Pro ratione Dignitatis, a Juriſdictione præfluentis, variæ fuerunt, hodieque ſunt Epiſcoporum horum prærogativæ non minus, quam inſignia; quorum nempe antiquiſſimis accenſetur Pedum & Pileus in ſignum collati muneris paſtoralis, ad poſteriora vero refertur Crux & Mitra turbinata, in ſignum delati Apoſtolatus, quod ſuam Conſtantino Magno debet originem. Poſtquam enim idem A. C. 312 contra Maxentium profectus, pleno die Crucem, toto exercitu ſpectante, in atmoſphera cum perigraphe, *in hoc ſigno vince*, apparentem, conſpexiſſet, Crucis effigiem vexillo ſuo præfixit, & Maxentium, ſibi occurrentem, delevit. Glorioſus itaque in ſigno Crucis Victor Conſtantinus non ſolum edicto ſanxit, ne quis facinoroſorum ſupplicio Crucis deinceps mulctaretur, verum etiam paulopoſt a Sylveſtro, Melchiadis Papæ Vicario, Romæ *(Cf. Sand. p. 82. Not. 2. & p. 87. N. 1)* baptizatus, Crucem, vexillis quoque militaribus inductam, religioſe conſervavit.

c) Sylveſtro I, Rufini Romani filio, in locum Melchiadis, 10. Decembr. A. 313 decedentis, inſequente mox anno ultima Januarii die Dominica inaugurato, Conſtantinus, Imperator, cerimoniæ præſens, proprium Imperiale Diadema ſive Coronam, ad ſignificandum Regale Sacerdotium, a Chriſto Sacerdotum Principi collatum *(Cf. ibid. p. 91. Not. 8.)*, vertici ejuſdem impoſuit & occaſione ſolemnium Sacrorum geſtandam præcepit; quali fere hodiedum Epiſcopi Ritus Græci utuntur, ac ſpecie ſua Coronæ Hungaricæ accedit. Ad hæc futuram Imperii Sedem Byzantium, novam ſubinde Romam dictam, veteri Romæ, Gentium Dominæ, Sylveſtro & Succeſ-

XCI.

Comes Jordanus, filius Hungh, & Magiſter Elias, quandam Silvam ad Solyomkö exiſtentem, Vernero, filio Hanns de villa Iſaak (*hodie Zsákotz*, Eſchdorf), exſtirpandam ea lege attribuunt, ut in ipſam populos, more aliorum Scultetorum gubernandos, congregarent. A. D. 1295.

EX APOGRAPHO, in Analect. Scepus. Wagn. P. I. p. 443 productо.

NOS Bald, Comes de Scepus, memoriæ commendantes ſignificamus univerſis, quibus expedit, præſentium per tenorem: Quod conſtitutis coram nobis Comite Jordano, filio Hungh., & Magiſtro Elia, ab una parte, & Vernero, filio Hanns (*Johannis*) de villa Iſaac, ab altera: Idem Comes Jordanus, & Magiſter Elias taliter ſunt confeſſi; quod quandam ſilvam de hereditate eorum, retro Solyomkew (*quære dum intra montes, qui Scepuſium a Gömörienſi Comitatu diſcriminant; nam olim ipſa poſſeſſio Vernár ad Scepuſium pertinuiſſe fertur*) exiſtentem, ad uſum ipſius Verneri

ceſſoribus aſſignata, transferendam conſtituit. Sylveſter contra Pontifex, per Conſtantinum a reliquis omnibus Epiſcopis hac ratione diſtinctus, impetravit, ut Conſtantinus non modo delatum ſibi Orientis Apoſtolatum aſſumeret, verum etiam in hujus perenne ſymbolum, ac relatæ in ſigno Crucis de Maxentio victoriæ, duplicatam Crucem tam Ipſe, quam, ſe incluſo, Patriarchæ; ceteri autem Archi- & Epiſcopi ſimplicem, quarum prior ab hoc tempore Patriarchalis appellari cœperat, deferrent. Hieroſolymitanum præterea & CPolitanum Epiſcopos conſtituit Patriarchas; illum quidem ob nuper inventæ per Helenam, Conſtantini Matrem, ſalviſicæ Chriſti Crucis & Paſſionis Dominicæ reverentiam, hunc autem ob veterem Romam, ut ajunt, CPolim translatam. Denique ad Coronæ ſuæ diſtinctionem Patriarchis, Archi- & Epiſcopis mitras turbinatas adjecit, quas Occidentales quidem aſſumſerunt, verum orientales, prout attigimus, Coronis, ad ſpeciem Imperialium confectis, utebantur. Quum autem ſimile Dignitatis authoramentum Orientales uſurparent, quod ſoli Romano Pontifici olim collatum habebatur, Bonifacius VIII, A. 1295, igitur, Photiano Schiſmate jam adulto, Pontificatum adeptus, alteram Diademati ſuo Coronam impoſuit exprimi eo volens utriuſque Regni, corporalis & ſpiritualis, prærogativam, Pontifici competentem. Triplicis denique coronamenti Tiaram, atque adeo etiam Crucem triplicatam, legitur aſſumſiſſe Urbanus V, A. 1362 Petri Cathedram ingreſſus, numeri fortaſſe myſtici gratia.

d) Satis eſt: Sylveſtrum II, Anno Chriſti 999 Pontificatui admotum, poſtquam Geyza, ſummus Hungarorum Princeps, Photianum ſchiſma, in Oriente reviviſcens, per Hungariam Parteſque adnexas adoptaſſet, Stephanus vero, ejuſdem filius, Græcæ cum Latina Eccleſia unionem egregie promoviſſet, Orientalis Imperii non minus, quam collati olim Apoſtolatus

neri ſufficientem, dediſſent ipſi Vernero exſtirpandam, ut in ipſam populos congregaret more Scultetorum aliorum, tali tamen libertate: quod ipſe Vernerus alterum medium laneum, & medietatem de uno molendino in ea villa, quam in ipſa ſilva ædificaverit, libere poſſidebit: item de terragio, & de omni exactione in eadem villa idem Vernerus ſextum denarium percipiet, item cauſas ultra fertonem in eadem villa exortas, Comes Jordanus & Magiſter Elias antedicti, una cum ipſo Vernero judicabunt: de quarum judicio duæ partes ipſis Comiti Jordano & Magiſtro Eliæ; tertia vero cedet Vernero antedicto; Cauſas vero, uſque fertonem in eadem villa exortas, Villicus, (*quem Villani*) ipſius villæ eligent, de communi voluntate inter ipſos. Plebanum etiam ipſi villani eligent idoneum in eorum Eccleſiam, pari voluntate. Item braxatorium quilibet de villanis poteſt facere in eadem. Item ipſi populi, in ipſam villam congregati, uſque ad ſpatium quindecim annorum ab exactione terragii erunt liberi & expediti; elapſis quindecim annis ſolvent ipſi populi de quavis laneifactione, puri argenti Comiti Jordano & Magiſtro Eliæ prædictis, cum ſtatera Scipiſienſi in feſto Sancti Martini pro terragio annuatim. Laneus autem tenet duodecim virgas, & quælibet virgarum habebit ſedecim ulnas & unam palmam, & ſic menſurando habebunt ſuos laneos, & ſimiliter poſſidebunt etiam transacta eorum libertate ſupradicta (*Cf. Not. 63. p. 141*). Item, exſpirante dicta eorum libertate, dictam virgalem ſolvere debebunt, ſicut

---

ſtolatus inſignia, Imperialem quippe Coronam & Crucem duplicatam in Stephanum, primum Hungarorum Regem (*Cf. Not. 75. p. 226*), & Succeſſores, velut Apoſtolicos Orientis Reges & Patriarchas, hoc eſt, reliquorum Patrum ſive Populi Ducum Principes, tanquam Archi-Reges, ideo transtuliſſe, ut, quemadmodum per collatam Orientis Coronam vetus eorum ſumma poteſtas, ad circumjacentia Regna & Provincias, unitatis vinculo matrici vel Archi-Regno innexas, extenſa conſtabiliretur, plane ita fidem, per Crucis Patriarchalis collationem, Eccleſiam orientalem, quam cum occidentali unam in unitate fidei fundavit Chriſtus, Capiti ſuo, Romano ſcilicet Pontifici, velut totius unitatis divinitus inſtituto vertici, poſſiminio reſtitui cœptam, ex delato ſibi orientalis Apoſtolatus Officio, in perenni unitatis vinculo conſervarent. Atque iſthuc reſpexiſſe cenſendus eſt Bela IV, quum idem a Gregorio IX. adverſus Aſſanum, affinem ſuum (*Cf. VI. p. 21*), Bulgariæ Principem, nec non Vatacium, Mariæ Conſortis ſuæ fratrem, orientale contra Latinos Græcorum Imperium ſuſtentantem, Photio ſcilicet adhærentes, bello ſacro impetendos, exſtimulatus, officium Legationis Apoſtolicæ, vetus quippe jus, Diœceſes in illis terris limitandi, & Parochias diſtinguendi, a Sylveſtro II. Regibus Hungariæ attributum, ac Patriarchalem quoque ſibi & exercitui ſuo, contra infideles hos proceſſuro, Crucem anteferendi (*Cf. Diplomata, huc ſpectantia, ap. Kat. T. V. p. 818.*) poteſtatem reſervaſſet. Cujuſmodi ſymbolum inde ab eodem Bela IV. non ſolum Reges noſtri, prout numi eorum & ſigilla, Diplomatibus appenſa, teſtantur, verum etiam Regnum Hungariæ, velut reliquorum adnexorum princeps & matrix, ſuis inſignibus, clypeis & vexillis loco aquilæ, ab Attilanis temporibus ad Hungaros derivatæ, intulerunt. Inde factum eſſe concludimus, ut alia quoque loca, in genere ſuo præcipua, Crucem Patriarchalem, id ipſum indicantem, adoptaverint. Sic Saxones, potiore ceteris advenis loco habiti; ſic Leutſchovia, Caput reliquarum XXIV. Saxonicarum, imo fors etiam præcipua convarum Hungariæ, Civitatum; ſic vetus Budenſe Studium, cæteroſ-

ſicut populi Nobilium aliorum. Deinde iidem Comes Jordanus & Magiſter Elias, qualemcunque gratiam facere poſſunt, facient eiſdem libenter. Item per curriculum cujuslibet anni, in feſto Eccleſiæ ipſorum, ipſi populi debent dare per ſingulos laneos, ipſis Comiti Jordano & Magiſtro Eliæ unam gallinam, cubulum avenæ & unum panem, & ex parte totius villæ pecudem paſcualem & tunellam cereviſiæ. Item ipſi populi in prædicta ſilva venari, & piſcari poſſunt, ſalvo jure Comitis Jordani & Magiſtri Eliæ prædictorum. In cujus rei memoriam ad inſtantiam partium noſtras conceſſimus Literas, noſtro Sigillo munitas. Datum menſe Septembri, Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto.

terorum in Hungaria princeps, Patriarchalem *(Cf. Franc. Palma Herald. p. 33 & Tabb.)* inter inſignia ſua Crucem retulerunt. Aquilam equidem, Hunnico-Hungaricam, Bela IV. hac occaſione ſcuto Poloniæ, velut Parti adnexæ, cui alioquin Boleslaus gener, ſecum ejuſdem Atilano-Arpadanæ originis Princeps, præfuerat, induci tanto liberalius admiſit, quanto minus Hungariæ Reges id afficiebat, quod Henricus V, Occidentis Imperator, Henrici IV. filius *(Cf. Not. 61. p. 140. n. & pag. 236. Col. IV. V)*, aquilam Hungaricam, prætenſo Germaniæ in Hungariam Jure allectus, pro Imperii occidentalis Dignate aſſumtam, in ſucceſſores quoque ſuos *(Cf. Murator. in Antiqu. T. II. Diſſ. XXVII. ap. Franc. Palma l. c.)* derivaverit, donec eandem Sigiſmundus, Hungariæ Rex, poſtea Occidentis Imperator, qua talis, omnium primus, bicipitem, incluſa proinde Hungarica veteri aquila *(Cf. Heinec. ibid. p. 35)*, fors ideo efformaſſet, quod utriuſque Imperii dignitatem deinceps in ſacra Hungariæ Corona ſubſtituram ſperaverit. Ceterum

d) Turris in SIGILLO SAXONUM de CIPS inter truncatas ac ſemiaridas arbores conſpicua & colli ſuperſtructa, Leutſchoviam *(Cf. XI. p. 50. Not. 30. p. 61. a. b. Not. 51. p. 97)*, exſtirpatis eo, quo actu conſiſtit, loco, ſilvis quercinis, inſtar Caſtri, vallis, muris ac XXIV turribus, vel propugnaculis, quæ totidem Civitatum, hodie (Kéſmarkienſi excluſa) Oppidorum, Saxones propriæ, in omnem hoſtilis irruptionis caſum, ſecuritatis gratia conſtruxerunt, munitam repræſentat. Ut adeo Leutſchovia non modo jam longe antea Fortalitium fuerit, quam Decreto Sigiſmundæo anni 1405 conſtitueretur, *ut Civitates murorum ambitu cingantur, ubi ſe bonaque ſua homines a prædis hoſtium*, (ſicut qvinquennio antea Leutſchoviæ, quam Stephanus de Liblyo, ejuſdem Regis Decreto anni 1403 §. 9 commemoratus, A. 1400, infectis rebus *(Chron. Leibitzer. ap. Wagn. P. II. p. 47)*, recedere coactus, obſederat, factum eſt) *ſalvare poſſint*, verum etiam *tot miſerabiles præteritæ Regni deſolationes, triſtiſſimæ populorum abductiones* (ita Decretum loquitur), *& generaliter, innumerabilia, quæ horror eſt referre, & inæſtimabilia detrimenta*; plures Hungariæ Civitates compulerint, Scepuſienſium Saxonum veſtigia premendi. Nemini proinde mirum videri debet, Belam IV. ultimos vitæ ſuæ annos, fide traditionum, inter Saxones noſtros transegiſſe, ac diſerte partim Kéſmarkienſe Caſtellum, a ſe conſtructum, ſubinde vero auctum ac tandem ab Alberto Laſzkio *(Cf. Wagn. Anal. P. I. p. 222. P. III. p. 219. - P. II. p. 296 XIX.)*

in

XCII.

Baldus Comes Scepuſienſis Paulo de S. Ladislao certam terram pro annua ſolutione auri confert. Anno Domini 1295.

In Urbariali XIII. Oppidanorum Proceſſu, coram Sede Dominali ſub M. producto.

NOS Baldus, Comes Scepuſienſis, memoriæ commendantes ſignificamus præſentium per tenorem, quibus expedit univerſis: Quod cum Dominus Rex (*Andreas III*) poſſeſſiones & terras cujuslibet conditionis hominis, in diſtrictu Scepus exiſtentes, nobis ſcire

---

in Arcem transformatum, partim vero Leutſchoviæ (*Cf. Not. 86. p. 311. n*) Domum, e regione veteris mercium emporii, hac Inſcriptione conſpicuam "*Ioſepho II, Cæſari a Vg Vsto, „ VI. & V. IDVs IVnIas Ista æDe DIVertentI, gratVs LItaVIt S. P. Q. „ LeVtsChoVIensIs*" incoluiſſe, tantoque minus mirandum eſt, quod idem Bela IV. Boleslao genero & Cunegundi filiæ, ſemet ultra metales Carpatos in terra Scepuſienſi per exſtirpaturas & villarum locationes, incluſo Podolino (*Cf. LXX. & LXXI. p. 305 & p. 311.*), ubi perinde ſibi Caſtellum, actu exſtans, erexerant; longe lateque diffundentibus, optima fide commiverit, donec A. 1270 e Scepuſio Budam divertens, in ejuſdem inſula, curis potius quam annis confectus, ætatis A. LXIV. moreretur, ac Strigonium delatus, apud Fratres Minores, a ſe fundatos (*Turócz. C. 76*), penes Mariam Conſorteni & Belam filium ſepeliretur. At enim vetus Leutſchoviæ decor, ſecuritas & opulentia fere a ſeculo ita defluxit, ut veteri rerum commercio, cum Europa ſeptemtrionali ceſſante (*Cf. Not. 84. p. 272. f*), incendiis annorum 1746 & 1754 accedentibus, cum ſola, ut plurimum ſterili, agricultura in egeſtate colluctetur, ipſique adeo muri, a militarium Præfectorum, quos vulgo Commendantes vocant, reductione, partim procumbentes, partim revulſi, & ad alias ædificiorum ſtructuras perperam applicati, pluribus locis, non ſine juſta peregre venientium admiratione, hiant.

c) XIII, e XXIV Oppidis, A. 1412, Reipublicæ Polonæ pignori locatis, Regalium Saxonum Corpus in partes diſtractum eſt. Saxones quippe XIII Oppidani, alioquin potiores, Comitem ſeu Grafium e gremio ſuo eligentes, Judicia delinceps Igloviæ celebranda eſſe cenſuerunt, quos Leutſchovia, ob Commercii ac Territorii amplitudinem, in cacumine fortunarum conſiſtens, amplius non curabat; id quod hodiedum e veteri quoque, jam producto, extraordinariarum Expeditionum ſigillo, metiri licet, cujus ſcutum Patriarchalem Crucem, a duobus erectis & coronatis leonibus, more humano utrinque tentam, præfert, coronatæ vero galeæ verticem Patriarchalis æque Crux, inter duas mariuas, Commercium ſeptemtrionale maritimum indicantes, conchas occupat, cum perigraphe: INSIGNIA REIPUBLICÆ LEUTSCHOVIENSIS. Keſmarkinum, ad corpus Regalium Saxonum pertinens, & alioquin peculiari Belæ IV. privilegio (*p. 223. F*) munitum, ſe hac occaſione in libertatem aſſerunt; reſidua nihilominus XI Oppida, electo ſibi perinde Grafio, a Leutſchovia, Sede ſcilicet Judiciorum illis præſtituta, ultro quoque pendebant.

Quum

re & menſurare præcepiſſet, quis eorum quo titulo ſua Jura poſſideret. Nos itaque præceptum Domini Regis adimplere cupientes, ut debemus & tenemur, inter cetera ad terram Pauli de S. Ladislao (Donnersmark, *Tsötörtökhely*, Stwartek, *Quintoſorum*) acceſſimus. Qui quidem Paulus ad noſtram accedens præſentiam, petens cum inſtantia, ut ipſam terram ad ſolutionem auri ordinaremus. Nos vero conſiderantes juſtas petitiones ejuſdem Pauli ordinavimus cum eodem, ut de ipſa terra idem Paulus tria pondera auri gravis ponderis annuatim in feſto S. Martini Comiti de Scepus ſolvere teneatur. In aliis autem debitis, collectis & exactionibus erit expeditus, gaudens libertate eadem, qua ceteri auridatores in Scepus ordinati gratulantur. Metæ autem ipſius terræ hoc ordine diſtinguntur: prima meta incipit a parte meridionali in una ſemita, ubi pratum Saxonum de S. Ladislao, & pratum Martini ad invicem conjunguntur, & in eadem ſemita tendens cadit ad magnam viam, qua itur verſus villam Gyuk (*Gyurk Cf. XVI*)

&

Quum porro ſubinde Saxonibus XIII Oppidanis ea cogitatio incidiſſet, ut Igloviam, Leutſchoviæ æmulam, perinde munirent, unanimis hæc eorum contentio, prout foſſa, Oppidum ex parte ſeptemtrionali cingens, immittendis Hernadi, per cataractas inferne obſtruendi, vorticibus aptata, & murorum, pone foſſam erectorum, reliquiæ hodiedum teſtantur, ad perfectionem veniſſet, niſi Leutſchovienſes A. 1440 apud Wladislaum I, Hungariæ ac Poloniæ Regem, effeciſſent, ut XIII. Civitates, aliis XI (excluſa Kápoſztafalva (*Cf. Wagn. P. I. p.* 222), Stephano de Rozgon oppignorata) unitæ, Parochialem ſibi more veteri Comitem eligere, ac Sedem Judiciorum ſuorum, ſicut olim Leutſchoviæ, ita deinceps Késmarkini defigere debuerint. Sub tempus hoc, mutuis accedentium Saxonicarum Regalium XXIV Civitatum viribus, Késmarkinum foſſa, recipiendo perinde Poprado accommodata, muris item ac turribus vel propugnaculis, hodiedum integris, munitum fuiſſe, præter alia docet poſterius eorum ſigillum, cujus iconicam figuram, ex prototypo deſumtam, gratiſſimo Reverendi & Cl. Viri, Domini Andreæ Jonæ Czirbeſz, Iglovienſis Auguſtanæ Confeſſioni addictorum Miniſtri, beneficio accepi. Eſt autem ejuſdem cum veteri Saxonum Sigillo (*Cf. Not.* 92 *p.* 392) magnitudinis. Perigraphe: attamen SIGILLUM SAXONUM DE CIP. eſt longe cultior & Leutſchovienſium (*Cf. Not.* 93. *p.* 392) characteribus fere ſimilis. Vetus Germanicum Zip vel Zipf, hodiernum Zipfel, laciniam ſignificat, ut adeo ſe, a Leutſchovia ſejunctos, reſpectu Leutſchoviæ, pignoris item Polonici & Rozgoniani, laciniam duntaxat antiquorum Saxonum Cipſenſium eſſe alluſerint. Turris cylindrica, interiore circulo, quin proinde, ſicut in veteri Saxonum Sigillo, exteriorem gemmis exornatum, vel accedat, in mediullio planitiei poſita, ſuæ latitudinis medietate, altitudinis vero quinta parte minor, conſtringitur, quæ in conum æque cylindricum, cujus baſis ambulacrum circulare, nonnihil elevatum, &, hodierno uſu, vigili's deſtinatum, præfert, citra omnem ornatum deſinit. Mediullium turris hujus Crucem ſimplam exhibet; cujuſmodi ſymbolis Civitatem Késmarkienſem, amplitudine, prærogativis, decore ac fortunis, quam Leutſchovia fuerit, longe minorem indicari, manifeſte patet. Ad turris ejuſdem latera ſinguli arborum quercinarum ſtipites, quorum ramus exterior virens eminet, alter autem interior aridus turrim attingit, conſpiciuntur; novo ſymbolo, quo ſe Saxones, exſtirpatis antea, ubi Leutſchovia viret, ſilvis quercinis, Késmarkinum, comparate arefcens, ad ſupparem cum Leutſchovia virorem perducere velle, indicarunt.

f.

& in eadem magna via vadit in tantum, donec pervenit ad illum locum, ubi terra Martini & terra Chanta (*Csenczicze*) ad invicem conjunguntur. Deinde vadit versus Septemtrionem in valle una ad caput unius fontis, deinde ascendit ad latus unius montis, & vadit in tantum, ubi metæ villæ Gyuk, & metæ terræ Chanta ad invicem conjunguntur. Deinde vadit versus Orientem juxta metas villæ Gyuk usque ad metas Saxonum de S. Ladislao. Deinde in metis eorundem Saxonum redeundo, vadit super caput unius fontis, qui est in latere montis Gyuk; deinde in metis ipsorum Saxonum de S. Ladislao vadit in valle una ad caput fontis Blasii, & in eodem fonte descendit in unum rivulum, ubi est transitus, & super eundem rivulum in medio prati revertitur ad priorem metam. Et sic metæ ipsius terræ terminantur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam nostras Literas concessimus, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum mense Decembri A. D. Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

XCIII.

---

f) Eccur autem nullum Seculi hujus XIII. Privilegium, Leutschovienſibus collatum, producere potuerimus, officiosam Civici Magistratus Relationem, Scepusiensi Comitatui anno 1787 praestitam, exhibemus.

Wohl Löbliches Komitat!

Untern 22ten Maji Nro 1108 erhielten wir nebst abschriftlichen Einbegleitung Jener, vermittelst Einem Hoch Löbl. Königl. Hung. Statthalteren Rath untern 17ten April Nro 15013 erlassenen Allerhöchsten Verordnung den Auftrag, nach dem beygeschlossenen Formular, und beygefügten Vorschrift ein Verzeichniß aller Privilegien, welche diese Stadt besitzet, auszufertigen, und Einem Wohl Löbl. Komitat zu we[illegible]n Beförderung einzureichen.

Wie sehr hätten wir gewünschet, daß wir die[illegible] Privilegien, welche dieser Stadt gleich bey der Gründung von denen Königen Hungarns, glorwürdigen Andenkens, da diese Stadt die Vormauer wieder den Einbruch der Tartarn, Russen und anderer Feindseligen Völker gewesen, ertheilet worden, hätten allerunterthänigst vorlegen, und da diese Stadt durch verschiedene wiedrige Zufälle, betrübter Zeit Lauffe, so tief herabgesunken, derselben Aufnahme und Erhöhung wieder hätten erflehen können: Allein in dem unglücklichen Brand des 1550sten Jahres, in welchem das Rathhauß nebst dem Archiv in die Asche geleget worden, wurden nicht nur die Privilegien der Stadt, sondern auch deren XXIV Zipser Städte, deren Graf seinen Sitz beständig in Leutschau hatte, ein Raub der Flammen, und ohngeacht Ihro Majestät König Ferdinand unter allerhöchst Dero Königl. Wort die Stadt in ihren vorigen Freyheiten zu erhalten und zu handhaben, auch die etwan aufzubringenden Privilegien zu bestättigen zugesichert, so ist diese Stadt doch so unglücklich gewesen, daß, da des hiesigen Zipser Kapitels Archiv durch die Hussiten (Cf. N. 81. p. 256) ausgeplündert worden, dieselbe sehr wenige alte Original Urkunden aufbringen, und Seiner Majestät vorlegen können.

Wir schlüssen demnach den Auszug derjenigen Privilegien, die wir in Archiv würklich vorfindig haben, gehorsamst bey, mit dem unterthänigsten Ansuchen; Ein Wohl Löbl. Komitat

geruhe

XCIII.

Johannes & Jula, Comites de Gargou, libertates & terragii, a Maldurensibus Villanis præstandi, quantitatem definiunt. A. D. 1207.

EX TRANSUMTO Venerabilis Conventus Præpositurae olim Jasoviensis.

CAPITULUM Ecclesiæ Sancti Martini de Scepus. Omnibus Christi fidelibus, quibus præsentes ostenduntur, salutem in salutis largitore. Quoniam memoriæ non vereatur oblivio, dignum est ut acta, temporaliter gesta, scripturæ beneficio fulciantur. Proinde ad universorum notitiam tenore præsentium volumus pervenire: Quod constitutus

geruhe diesen Auszug mit der besten Empfehlung zu begleiten, daß diese arme Stadt und Burgerschaft durch verneuerte Vorzüge und Freyheiten, wieder in besseren und erwünschteren Stand durch die allermildeste Huld und Gnade Ihro Majestät versetzet werden möchte. In zuversichtlicher Erwartung der Erfüllung dieser unserer Bitte verharren wir mit fortgesetzter Ergebenheit. Eines Wohl löbl. Komitats, gehorsame Diener, Paul Besznak Stadt Richter m. p. Ludewikus Gerschowen Rathmann m. p. Andreas Osterlam V-Notar. m. p. Leutschau den 31ten Julii 1787.

General Bestättigung aller vorgehabten Privilegien.

Stadt Leutschau hat Privilegien:

I.) Von Ferdinando, De dato 15. Aug. 1550. Auf aller unterthänigste Vorstellung der Stadt, und nach vorgezeigten Erweiß einer ganzen Küste voll meist von Feuer verzehrten Privilegien, daß meist die ganze Stadt, und das Rathhaus abgebrannt, und dahero ergangenen Gesuch, daß dieselbe in ihren zeitherigen Privilegien, bis Sie solche nicht auch mit Erweisen erproben werden können, möchte gehandhabet werden, versichern Ihro Majestät bey allerhöchst Dero Königlichen Wort diese Stadt nicht nur in denen zeithero gehabten Privilegien zu handhaben, sondern auch wenn Sie, dieselben durch glaubwürdige Zeugnisse erweisen würde, auch durch neue Privilegien bestättigen wolle.

II.) De dato 20. Aug. 1550. Nachdem die Deputirten der Stadt Leutschau Ihro Majestät allerunterthänigst vorgetragen, daß diese Stadt zum Niederlags Ort aller Gattungen Waaren, zur Haupt Wage, und zum Gerichts-Stuhl aller XXIV Zipser Städte, wie des Königlichen Dreyzigstes, als die vornehmste Haupt Stadt aller andern Städte von denen Königen Ungarns Ihro Majestät Vorfahren bestimmet, und bestättiget worden, und daß auch der Graf dieser XXIV Städte allezeit während seines Amtes seinen Sitz in der Stadt gehabt habe, alsdenn mit Vorzeigung des halbgeschmolzenen Siegels derer XXIV Städte, welches auf dem Rathhaus dieser Stadt aufbehalten worden, erwiesen, daß ihre alte Privilegien zugleich mit verbrannt wären, versicheren Ihro Majestät unter allerhöchst Dero Königlichen Wort, daß Ihro Majestät die Stadt nicht nur in allen angezählten Vorzügen und

tutus coram nobis Johannes, Comes de Gargou, & Jula, Comes de Eadem, pro Jordano, fratre ejusdem Johannis, ex parte una, & Dominus Henricus de villa Meldur Presbyter, Vigandus & Detricus pro se & populis de Eadem, ex altera: Idem Johannes Comes personaliter est confessus, quod populis suis, in antedicta villa sua Meldur congregari, seu commorari, volentibus, consentiente fratre suo Jordano, talem duxit libertatis gratiam faciendam, videlicet: quod de omnibus possessionibus suis pariter & terris, tam cultis, quam incultis, singulis annis viginti marcas cum pondere Scepusiensi ratione terragii sibi, & suis heredibus heredumque suorum successoribus, in perpetuum teneantur solvere, in terminis, infrascriptis: videlicet in festo Beati Jacobi Apostoli septem marcas, item in festo Nativitatis Domini totidem, in festo quoque Paschæ solvent similiter septem marcas. Hoc adjecto: quod in cujuslibet solutionis termino ad manus fratris sui Jordani & Matris debent duæ Marcæ per eosdem populos præsentari, quas quidem duas marcas, si ad manus Johannis Comitis, aut alterius personæ, dederint, eidem Jordano & Matri ejusdem in eadem duarum marcarum pecunia, nihilominus remanebunt. Præterea ejusdem villæ populi eundem Johannem Comitem in festo Dedicationis ejus, in festo Nativitatis Domini & Paschæ, suis muneribus tenebuntur secundum possibilitatis & honoris sui exigentiam visitare, &, si in festo B. Martini in antedicta villa descendere voluerint, antedicti populi ipsi tenebuntur in cœna & in prandio una cum pabulo providere. Si vero quispiam contra dictæ libertatis formam, utpote per Dicam Regiam, per coactiones Castellanorum, seu per servi-

---

und Freyheiten, sondern auch in allen vorhero gehabten Privilegien, bis Sie solche auch noch mit mehreren glaubwürdigen Zeugnüßen erweisen würden, erhalten, schützen, und handhaben, auch die erwiesenen neuerdings bestättigen wolle.

III.) De dato 23. Aug. 1550. Befehl, daß alle Inn- und Ausländische Kauf- und Handelsleute, und jeder was Standes, und Würde derselbe seyn möge, alle ihre Waaren allein in Leutschau niederlegen, auspacken und verhandelt werden sollen, welcher Befehl an allen Orten publiciret werden solle.

IV.) De dato 12. Julii 1558. Nachdem diese Stadt Leutschau im Jahr 1550 in die Asche gelegt worden, das Rathhaus ausgebrannt ist, und dadurch die Stadt durch das Feuer um alle Privilegien gekommen, Ihro Majestät aber die Stadt versichert, alle Privilegien, welche die Stadt ausfindig machen, und deren Richtigkeit mit hinlänglichen Zeugnüßen belegen würde, zu bestättigen, dieselbe nach vieler angewandten Mühe ein authentisches Transumptum des Palatins Franz von Révay vorgezeiget, welches die zwischen der Stadt Küßmark und Igló, mit dieser Stadt Leutschau, wegen der Niederlag und Wagfreyheit geführte, und beendigte Streit-Sache, und die darin angeführten Privilegien derer vorigen Könige von Hungarn, Ludovici und Sigismundi, wie auch die Gerichts-Sprüche in dieser Sache des Stephan Báthory und Franz Révay Judicum Curiæ enthält, haben Ihro Majestät diese Privilegien und Rechts Schlüße alle von Wort zu Wort einführen lassen, und unter eigenhändiger Unterschrift, und hangenden Insiegel verneuert, und bestätiget, und zwar: ---

Privilegia, isthic provocata, Deo, vitam & vires largituro, Seculis XIV. XV. & XVI. producentur

ſervitia aut gravamina, quocunque modo, attentaret moleſtare, aut inquietare ſæpedictæ villæ populos præſumeret, idem Johannes, aut ſui heredes, heredumque ſuorum ſucceſſores, ipſos, expedire tenebuntur, propriis laboribus & expenſis. Sed & ſi præterea quocunque modo, aliquo damno vel pecunia aggravati fuerint, idem Johannes Comes tenebitur in ſolutione primum terminum relaxare. Cujus quidem villæ metæ & termini taliter diſtinguuntur: Prima meta incipit ſupra fluvium Poprad, aſcendens circa indagines verſus Occidentem uſque ad montem Seburbergh ad Manſum Gundram (*Cf. XV. & Not. 29. p. 59. ut adeo Gundram videatur eſſe nomen proprium zarencalis, apud nos ita dicti, vel ſolitarii, coloni*), & deinde vergit ad verticem montis ejuſdem, deinde deſcendit verſus Aquilonem ad metas populorum de nova Toprich, in quantum per eoſdem de Meldur eſt ſylva ſecta. Abinde procedit verſus Orientem ad metas populorum de antiqua Toprich, inde protenditur verſus Meridiem in rivulum proximum, qui tranſit retro villam Meldur, & in eodem rivulo deſcendit uſque in fluvium Poprad, & in ipſo fluvio Poprad revertitur ad priores metas. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes conceſſimus literas, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum in feſto Beatorum Martyrum Johannis & Pauli, anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo.

XCIV.

Lodomerius, A-Epiſcopus Strigonienſis, Eccleſiam Ordinis Fratrum Minorum Poſonienſem ab Jacobo Vicario Epiſcopo ſuo (94) conſecratam fuiſſe teſtatur. A. D. 1297.

EX NOTITIA Hungariæ Cl. Mathiæ Bel. P. I. p. 587. ap. Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 307. & Kat. T. VI. p. 1170.

LODOMERIUS, Divina miſeratione A-Epiſcopus Strigonienſis, ejuſdemque Loci Comes perpetuus, univerſis Chriſti fidelibus, præſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Quamvis Domini ſit terra & plenitudo ejus: ſpeciali tamen cle-

Ccc 2

94) At Jacobus nullibi ſe Vicarium Strigonienſis Archiepiſcopi, ſed Epiſcopum Scepuſienſem vocat, ita etiam Diplomata Regia loquuntur, cui ſcilicet ac ſucceſſoribus, ut novam Dignitatem ſuam cum honore tueri valeant, Andreas III. notabilem ſilvam Regalem (*Cf. LXXXIII. p. 363*), quæ plura corpora hodie continet, fundationis titulo adjecerat, verum Græco Epiſcopatu, a morte Jacobi, Nicolao, Oſtienſi Epiſcopo, Ap. Sedis Legato, intervenient (*Cf. Wagn. Anal. Scep. P. III. p. 21*), cum electione Pauli Latini reducto, ipſa quoque dos hac evanuit. Jam Lucas

electione quædam loca, tempora, & personas suo cunctorum Conditor adscribere mysteriali ministerio voluit, sua mirabili, & humano eloquio ineffabili, notione, ex quibus Ecclesiam B. V. Ordinis Fratrum Minorum Claustralem de Posonio, ad invocandum nomen suum glorioſum, ab æterna quidem præordinatione, sed temporali quasi in effectum productione, disposuit dedicare. Ipsam enim Ecclesiam B. Mariæ Virginis, nobis. Poso-

---

Lucas Præpositus Scepusiensis, & ipse Græci Ritus, Ecclesiam suam vocat CATHEDRALEM (*XLVIII. p.* 223 *N.* 30 *p.* 62. *b*), neque alii erant præbendales illi sex Canonici, ab eodem fundati, quam Vicarii Præpositurales, rem sacram olim Slavis, hodiedum ad Cathedralem hanc Ecclesiam confluentibus, Græco Ritu procurantes. Tales erant ipsi quoque Slavici Vicarii, Saxonum Plebanis (*Cf. p.* 223. *F*) adjecti. Profecto

a) Quemadmodum Ecclesia Romana usque ad Hungarorum postliminio instauratum Orientalis Europæ Imperium nullam in eo distinctionem faciebat, Syrusne an Græcus, aut Latinus eligi debeat Christi post S. Petrum Vicarius, ita S. Stephanus, Hungarorum Rex, licet uxorem Latinam, Henrici Aucupis, Germaniæ Regis, proneptem, Sancti vero Henrici, cognomento Claudi, Bavariæ Ducis, Ottoni III, Germaniæ itidem Regi, A. 1002 succedentis, & omnium primi ab ipso Benedicto VIII, qui Ecclesiæ Romanæ A. 1012 præfectus est, coronati, sororem Giselam, duxerit, Ritum tamen Græco-Catholicum, INGRUENTE BELLORUM TEMPESTATE, QUA INTER THEOTONICOS ET UNGAROS (*Cf. Dipl. Cœnobio S. Mont. Pann. A.* 1001 *concessum, ap. Kat. T. I. p.* 94 & *Not.* 89. *p.* 353. *c*) SEDITIO MAXIMA EXCREVERAT, accedente Ducis Kupa, bellum Civile conflantis (*Cf. N.* 10. *p.* 14), & paterna Sede ipsum repellere volentis, rebellione admonitus, aliique Arpadani sanguinis Reges, infelici etiam Petri Regis (*Cf. Not.* 61. *p.* 136. *k - o. Not.* 89 *p.* 361. *n*) casu, ac Latinorum Episcoporum cæde, cautiores effecti, retinuerunt, & Apostolicæ Legationis jure in deligendis Ecclesiarum Prælatis, ac Monasteriorum Præpositis, ita usi sunt, quin usque ad Belæ III (qui, secunda uxore Margarita, Ludovici VII, cognomento Pii, Galliæ Regis filia, sibi A. 1184 desponsa, Ritum (*Cf. Not.* 72. *p.* 198. *a. f*) mutaverat) & Innocentii usque III (*ibid. p.* 205. *i -*) tempora nimium solliciti fuerint, Græcine an Latini Ritus essent Episcopi & Monasteriorum ac Parœciarum Præsides, dummodo in unitate fidei Catholicæ convenirent, fidelesque sibi subjectos, juxta Ritus qualitatem procurarent (*Vid. Acta Synod. Szaboleh. Constitutiones Colom. Regis, & Synodum National. sub Laurent. Strigon. A-Episcopo celebr. ap. Peterf. P. I. p.* 52 - *Cf. Not.* 80. *p.* 241. *d - l*). Emerico & Andreæ fratribus, Belæ hujus III. filiis, ex Antiochena, prima uxore, Anna susceptis, datæ sunt perinde uxores Latinæ (*Cf. p.* 91. *Col. XII - XIV*), quarum posterior Andreas tres habuit; cæsa enim Gertrude (*Cf. Not.* 3. 5. 6. 7 & 8 - *pag.* 6. 7), Bertholdi Meraniæ, quæ nunc Tyrolis est (*Cf. Kat. T. V. p.* 36 & 94), Ducis (cujus utpote Abavo, atque Bertholdo, S. Ladislaus Carinthiam & Carniolam, inclusa Istria, velut Socero suo, jure Hungarico possidendam (*Cf. Not.* 80 *p.* 249. *i*) revindicaverat) filia, mox anno insequente 1215 Johannam, Petri, vulgo Curtinacii, Comitis Autissiodorensis, CPoleos Imperatoris (*Cf. Kat. l. c. p.* 230 & *T. IV. p.* 294 *Not.* 72. *p.* 205. *i*) filiam, cujus duo fratres, Balduinus & Henricus, primi CPolitanum Imperium ex Latinis obtinuerunt, uxorem acceperat, donec

A. 1231

Poſonii exiſtentibus, Venerabilis Pater Jacobus, Dei gratia Vicarius Epiſcopus noſter, præſentibus Venerabilibus Patribus: Paſchaſio Nitrienſis (*populariter Paska dicto*), Paulo Quinqueecclesienſis (*qui A. 1287 Præpoſitus Strigonienſis, Legum Doctor, & Adminiſtrator duntaxat Epiſcopatus Quinqueecclesienſis (Cf. Pray Hierar. P. I. pag. 245. & Kat. T. VI, p. 1251), ab anno autem 1290 Epiſcopus fuiſſe legitur*), Haab

---

A. 1233 hac etiam decedente, tertiam ſibi A. 1234 copulaſſet Beatricem (*Cf. Not. 86. pag. 305. f*), cum quibus uterque, ſicut Bela III, eorum Pater, Latinum quoque Ritum ſequebatur.

b) Inter alias Eccleſiarum Hungariæ reformationes, quibus Andreas continuo incumbebat, præcipuam in Cumanis & Valachis, partim unitis, partim ſchiſmaticis, Latino Ritui & Eccleſiæ Romanæ adjiciendis, operam impendit, atque ideo, Militibus Teutonicis in Ultraſilvano Regni angulo collocatis, Cibinienſem Saxonum Præpoſituram, intra limites Milkovienſis vel Ultraſilvanæ Diœceſis erectam, in Epiſcopea evehere voluit: " Super Epiſcopatu quoque (*ita Innocentius III. 2. id. Febr. 1212 ſcribit, ap. Kat. T. V. p. 142*) de novo creando apud Cibinienſem Eccleſiam in Ultraſilvana Diœceſi, qui Metropoli Colocenſi ſubdatur, petitionem Regiam nequivimus exaudire; quoniam ſive Apoſtolicæ Sedi, ſicut tu ipſe firmiter proteſtaris; ſive Strigonienſi Metropoli, ſicut procuratores ipſius fortiter aſſerebant, Cibinienſis Præpoſitura ſit in ſpiritualibus immediate ſubjecta, id abſque dubio in alterutrius præjudicium redundaret. Sed & quidam, qui ſe nuncium venerabilis fratris noſtri, Ultraſilvani Epiſcopi (*a Willermo Tranſſilvano diſtincti*), faciebat, contradicebat omnino, gravem & enormem Ultraſilvani (*ſeu Milkovienſis*) Epiſcopatus diminutionem allegans. " Willermus hac erroris, inter Tranſſilvanum Latinum & Ultraſilvanum Græcum Epiſcopos enati, opportunitate uſus, Diploma Equitibus Teutonicis, quibus Andreas præter Pruſſiam, ſubactis aut expulſis Paganis (*Cf. Not. 89. p. 353. c*), jure Hungarico (*Cf. Not. 85. p. 284 i.*) ſibi vindicandam, Caſtrum quoque Botza, in orientali Saxonum limite conſtitutum, ideo contulerat, ut eoſdem, penes admiſſam ulteriorem ſui ad Ortum & Auſtrum dilatationem, a Cumanorum & Valachorum incurſionibus tutarentur, conceſſit in hæc verba (*ap. Pray. Hier. P. II. p. 253 & Kat. l. c. p. 171*): " W. Dei gratia, Tranſſilvanus Epiſcopus, univerſis, ad quos Literæ præſentes pervenerint, ſalutem in vero Salutari. Quoniam Viros religioſos, & ſoli DEO militantes, in amplexu caritatis, ſicut juſtum eſt & honeſtum, regere volumus & fovere; ideo juſtis poſtulationibus Fratrum Hoſpitalis S. MARIÆ in Jeruſalem, de domo Teutonicorum (*quos aliqui cum Templariis (Cf. Kat. p. 406) male confundunt*) annuentes, in terra, quæ Botza nuncupatur, quam (*Saxonibus dilapſis*) vacuam & inhabitatam ex Regis (*Andreæ II. ut exponebant*) Donatione, imo potius (*ejectis aut ſubactis Cumanis & Valachis*) proprio ſanguine, adepti ſunt, & a quotidianis Paganorum (*Cumanorum ad orientem, & Valachorum, ad meridiem vicinorum, qui ex Ultraſilvania, ſeu Moldavia & Valachia ſe per Tranſſilvaniam inde a Seculo dilatare ſatagentes, etiam jurisdictionem Ultraſilvanorum, ſeu Milkovienſium, Græci Ritus Epiſcoporum agnoſcebant, unde factum eſt, ut aliqui Tranſſilvani Epiſcopi, pro ratione unionis Cumanorum horum*

Vacienſis (*Cf. XXXVIII. p.* 155) & Theodoro Jaurinenſis (*antea Præpoſito Albenſi, electo Varadienſi ac Vice Cancellario* (*Cf. Concluſiones LXXVI. p.* 333 & *LXXVII p.* 341) *omnibus Græco Ritui addictis*), Divina diſponente clementia, Eccleſiarum Epiſcopis; Inclyto etiam Domino Andrea, Dei Gratia Rege Hungariæ, una cum Baronibus & Proceribus ſuis, cum vix numeroſa (*innumera*) Chriſti Fidelium multitudine

---

rum & Valachorum advenarum, ſe Ultraſilvanos quoque Epiſcopos vocitaverint) defendunt incurſibus, ſe omnibus periculis ſubjicientes, ab univerſis ejuſdem Terræ incolis, præſentibus & futuris (*Cumanis nempe ac Valachis advenis*), liberam percipiendi Decimas, eiſdem Fratribus, de conſenſu Capituli noſtri (*Albenſis*), conceſſimus facultatem, eo tamen excepto, quod, ſi Hungaros vel Siculos (*Tranſſilvaniæ indigenas*) ad dictam Terram tranſire contigerit, nobis & Eccleſiæ noſtræ in Decimis teneantur reſpondere (*Saxones enim Tranſſilvani, perinde ſicut Scepuſienſes, Plebanis duntaxat ſuis Decimas præſtabant*). Inſtitutiones etiam Sacerdotum in Eccleſiis, (*per Græci Ritus advenas, Cumanos quippe ac Valachos*) in eadem terra ædificandis, præſentatione tamen eorum Ultraſilvano (*Milkovienſi, ejuſdem Græci Ritus*) Epiſcopo facienda, libere concedentes; ita tamen, quod prænominati Fratres nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſi ad Partes illas nos contingeret declinare, cum juſto & canonico equitaturarum numero, debitam exhibeant procurationem. Cauſarum etiam criminalium, maxime earum, quæ ad Sacerdotum (*Latinorum de Schiſmate ſuſpectorum*) pertinent depoſitionem, nobis jurisdictionem penitus relinquentes. Actum publice, anno verbi Incarnati MCCXIII. Præſentibus Duo Bertholdo, Colocenſi AEpiſcopo; Rollando, Præpoſito Budenſi; Nicolao Comite, filio Borcy (*de Bortza dicti*); Orbatio (*ſive Orbavienſi*) Comite (*proximis Fratrum Teutonicorum ab Occaſu vicinis*), & aliis quam pluribus; præſentibus etiam Canonicis Albenſibus, Ruberto, Cantore; Egidio, A-Diacono; Magiſtro Rogero, A-Diacono; Hugone, A-Diacono; Efau Dni, Tranſſilvanienſis Epiſcopi Yconomo. " Ex hoc Diplomate patet, Willermum, Adriani ſucceſſorem, Epiſcopum Tranſſilvanum, ſe non modo ab Ultraſſilvano, ſeu Milkovienſi, Epiſcopo diſtinguere, verum etiam præter id, quod Albenſe Capitulum, autea Vathæ, ſchiſmatico Varadienſi Epiſcopo (*Cf. p.* 200. c) ſubjectum, ſibi poſtliminio aſſeruerit, duplicem diœceſanam in Bortzenſi Terra juriſdictionem viguiſſe.

c) Ad Milkovienſem ſcilicet Epiſcopatum Siculos jam A. 1096 pertinuiſſe docet ſequens lacunoſum Diploma (*ap. Kat. l. c. p.* 530): " Laurentius in DEI nomine, Eccleſiæ Milkovienſis (*ab Oppido Milko, cujus rudera in tenui vico ad cognominem rivum, alpeſtris Moldaviæ ac Valachiæ limites dividentem, in confinio Tranſſilvaniæ ortum, hodieque ſuperant, ita vocatæ*) Miniſter, licet indignus, Presbyteris Siculorum de Keesd, Orbou & Scebus (*ab homonymo fluvio Szeben, ubi ſubinde Saxones conſederunt, & Cibinienſem cum Præpoſitura urbem fundarunt, ita dicti*), fratribus in Domino venerabilibus, ſalutem in omnium Salvatore. Sicut Fraternitatibus veſtris, ceteriſque ſympresbyteris (*Compresbyteris reſiduorum, de Cſik, Udvarhely, Györgyö & Maros Siculorum, e quorum nempe totidem Caſtris* Gothi, *Siculiam olim* Siebenbürgen *appellarunt, reliqua Epiſcopatus Milkovienſis Parochia in Cumaniam protenſa exiſtente*) noſtræ attendentiæ, & per vos ac illos omnibus Præconibus Evangelii, traditum fuerat a Domino Michaele,

— pra-

ne interexiſtentibus ſolennitati *(Græco Ritu inſtitutæ)*, ad laudem & gloriam Divini nominis, & in Excellentiſſimæ Mariæ Virginis titulum dedicando conſecravit, & conſecrando dedicavit. Et quia Domum Domini decet Sanctitudo, ubi pius ac devotus Chriſti fidelium acceſſus eſſe debet; utque pronior & devotior concurſus ſimiliter omnibus & ſingulis pateſiat, in annuis Dedicationis ejuſdem Eccleſiæ B. M. V. revolutionibus,

---

— prædeceſſore noſtro, & Sedis hujus *(ad Græcanicum ſchiſma prolapſæ)* vero reſtitutore, uſque hodie tamen in finem non perductum, qualiter collecta undique *(deſunt aliqua)* in ædificationem Sedis & S. Eccleſiæ Milk — univerſum populum hortarentur meminiſſe, hanc *(iterum hiat)* Eccleſiam priſco tempore, cujus memoriam rerum alterationes *(Cf. Not. 89 p. 348 - -)* prope deleverunt; pro ſe, cum pro ſuis antiquis parentibus *(tota idiotiſmi ratio prodit, Laurentium natione Hungarum fuiſſe)* fundatam, & duris temporibus conſervatam, uſque dokec pot - - - pari modo noverit, per prudentias veſtras & reliquum Clerum, univerſus populus, ut quemadmodum inſonuit plena zelo & pietate adhortatio Sanctiſſimi Patris Apoſtolici *(Urbani II)* - - nec Regis illuſtris *(Colomani utpote ſenioris, Cf. Not. 89. p. 370. ſ - y - z)* contrarium - *(vetavit)* edictum, ita utriuſque ordinis, tam Lookfeu *(hodie Loves, ex voce Ló)*, quam Giharlog *(hodie Gyalog, ex gyarló)* vocati, militares & fortes viri, juniores præſertim, quorum amor Salvatoris & ſpes ſuæ mercedis corda implevit, & ſine deſtructione ſua - - ſanctam ad Terram, quam ipſi pedes D. N. JESU Chriſti redemptioni noſtræ dedicaverunt, ab noſtribus nominis Chriſti violenter occupatam, pro opportunitate Chriſticolarum, Domino adjuvante & æternam beatitudinem donante, reoccupandam, - - tali modo armat - - ex SEPTEM CASTRIS. Vos autem, Clerus, orationes continuas ferviditſime ad Chriſtum DEUM pro f - *(felici ſucceſſu)* fundatis, ut attollat vexillum victoriæ amantibus nomen ſuum & pro eo ſanguinem fundere non reformidantibus. - *(Dat. A.)* Dominicæ Incarnationis MXCVI. - *(Indictione)* quarta.

d) Ordo Equitum Teutonicorum, qui ad paganorum terrorem, fidelium ſecuritatem, & augendam *(Cf. Honorii III. Literas ap. Kat. l. c. p. 461)* Terræ ſanctæ utilitatem inſtitutus, mire propagabatur, nulliuſque alterius, quam Romani Pontificis jurisdictioni ſuberat, non modo ad novam, ubi degebat, Epiſcopatuum, ſed ad ipſius adeo Imperii orientalis coordinationem opera & conſilio multum influxit. Henricus quippe, duodecimo poſt mortem Balduini fratris anno *(Cf. Not. 86. p. 306 h.)*, XI. Junii MCCXVI. mortuus, Petrum Curtinacium, affinem ſuum, *(Cf. p. 404. a)* Imperatorem deſtinavit, longe tamen plures erant ex Orientis Principibus, qui cenſuerint, Imperium Andreæ potius, Hungariæ Regi potentiſſimo, miſſis de futura in præfixo termino ſui electione nunciis, deferendum, quod ad inclinatam illic fortunam Latinorum erigendam, opportuniſſimus cenſeretur. Andreas igitur, terminum electionis Imperatoriæ præveſturus, votum peregrinationis ad Terram ſanctam, quod Innocentius III. die 3 Febr. 1213 *(ap. Kat. l. c. p. 165)* eidem ad triennium prorogaverat, hoc adhuc anno 1216, ſcriptis ad eundem literis, explere voluit, verum Honorius, Innocentio, 16. Julii defuncto, 18 ejuſdem ſuffectus, aliter diſpoſuit *(ibid. p. 231)*: "- - Ex ipſarum ſane *(inquit)* accepimus literarum tenore, quod, quum toto deſiderio ad Terræ ſanctæ liberationem aſpires, firmum habuiſti propoſitum, iter peregrinationis arripere in termino, diſtincto in generali Concilio

(quod

bus, in Feſto videlicet Annunciationis ejuſdem Virginum Virginis glorioſæ, authoritate, imo verius Miſericordia Omnipotentis Dei, quæ ſuper omnia ejus opera declaratur, ipſius Reginæ Cœlorum Matris DEI JESU CHRISTI, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Beati Adalberti, Chriſti Martyris pretioſi, patrociniis confiſi, unius anni Indulgentiam miſericorditer relaxamus, & conſimiles præfatorum Venerabilium Patrum,

---

(quod A. 1213 *indictum, anno* 1215 *celebratum eſt* (Cf. N. 72. p. 205. i), *decreta in alterum annum* 1217 *ſacra expeditione)*; ſed arduus de novo caſus emergens, videlicet quod Univerſitas Latinorum, in Græcia commorantium, ad te ſuos Nuncios deſtinarunt, in Imperatorem CPolitanum te, vel Nobilem Virum *(Petrum)*, Comitem Autiſſiodorenſem, tuum Socerum, electuros, prædictum terminum *(a generali Concilio decretum)* te prevenire compellit. -- Nos ergo de tua exaltatione gaudentes *(eventus contrarium docebit)*, -- Cruce ſignatos, qui ad ſuppeditæ ſanctæ Terræ ſubſidium terreſtri propoſuerunt itinere *(trajecto quippe ad CPolim boſphoro)* proficiſci, noſtris literis exhortamur, ut circa Paſcha iter arripiant, tecum ad ſuppeditæ Terræ ſubſidium profecturi. Tu ergo caveas diligenter, ne per hoc *(orientalis Imperii oblatum)* Terræ ſanctæ retardetur ſuccurſus, qui multa eſt procuratus ſolicitudine ac labore; quoniam hoc in DEI offenſam, Apoſtolicæ Sedis injuriam, & tui ſempiternum opprobrium redundaret, quod & a nobis non poſſet in patientia tolerari. -- Dat. Laterani III. Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno I (30. *Januar.* 1217)." "

e) Honorius interim, non exſpectata electione, dum Andreas, profectioni ſacræ intentus, omnia quæque diſponit "Petrum Comitem cum Nobili muliere Yolanta, uxore ſua, ex inſperato ad Sedem Apoſtolicam venientes, & opportune importune ſupplicantes, illum quidem in Imperatorem, hanc vero in Imperatricem, prout ipſe Pontifex in literis, 12. April. 1217 Latino Patriarchæ CPolitano, ad quem Coronatio ſpectabat, ſcriptis *(ibid. p.* 234*)* loquitur; qui a timebatur a multis, ne ſi *(Petrus)* a nobis confuſus abſcederet, non ſolum ſibi, ſed univerſo Imperio *(Orientis & Occidentis)* grave diſpendium *(per indubitatam Andreæ electionem)* immineret, de fux poteſtatis plenitudine coronavit." Verum infelici eventu, quem Honorius hac Epiſtola ſuſpicienter indicavit.

"Andreæ, illuſtri Regi Ung. Cibavit nos Dnus Deus abſynthio & inebriavit amaritudine mentem noſtram; quia vox lamentationis & doloris auribus noſtris inſonuit, — videlicet cariſſimum in Chriſto filium noſtrum *Petrum*, CPolitanum Imp. Illuſtrem, & dilectum filium noſtrum *Joannem*, tituli S. Praxedis Presb. Card. A. S. L. a nefando & perfido Theodoro proditionaliter captos eſſe, multis eorum, qui cum ipſis erant, crudeliter interemtis. In quo etſi occiſorum multitudinem lugeamus, & præſertim Imperatoris & Legati perſonis — anxiemur; cogitamus tamen & alia, quæ niſi ille prospiciat, qui aſpera in vias planas, & prava in directa (*convertere novit*), ex hoc inopinabili & lamentabili caſu eventura detrimenta. Ex hoc enim Græcorum perfidia inſolefcet; conterrebuntur animi Latinorum, exiſtentium in Partibus Romaniæ, propter hoc in gravi diſcrimine poſitorum. Chriſtiani quoque, exiſtentes in Partibus transmarinis, qui a CPolitano (*Latinorum*) Imperio perſonarum & rerum auxiliam exſpectabant, his auditis rumoribus, obſtupeſcent, & aſſumet audaciam feritas Paganorum (*Schiſmaticorum*); & ſic dicti caſus triſtitia eorum tangit populum Chriſtianum. — Hortamur igitur Serenitatem tuam, rogamus & obſecra-

Patrum, Jacobi Vicarii Episcopi nostri, Paschasii Nitriensis, Pauli Quinqueecclesiensis, Haab Vaciensis, necnon Theodori Jaurinensis Ecclesiarum Episcoporum, annales per quemlibet (*prosui quoque Ritus Græci Fidelibus*) indulgentias, in remissionem peccatorum factas, authoritate Diœcesana, & Metropolitana consentiendo, approbamus, & approbando confirmamus. In cujus rei testimonium præsentes concessimus Literas, sigillo nostro authentico consignatas. Datum Posonii in Crastino Annunciationis B. M. V. Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

---

secramus in Domino, quatenus, omni mora postposita, sollemnes Nuncios ad prafatum Theodorum -- transmittas, & ab eo Imperatoris & Cardinalis personas, blandis aspera regaliter admiscendo, requiras, quia confidimus, quod eos consideratione tua restituet libertati, præsertim metuens tui exercitus (*cruce signati*) apparatum, quem ipsi Nuncii tui sibi poterunt insinuare, prudenter innuendo, te usurum viribus, si proficere nequiveris precibus apud eum. Dat. Ferentini V. Kaleud. Aug. (28. *Julii*), Pontificatus nostri anno II (1217). "

f) Quo animo sui præteritionem Andreas tulerit, qvidve Soceri sui ac Joannis Columnæ, Legati Apostolici, causa egerit, Scriptores non prodiderunt, adjuncta nihilominus rerum sperte ostendunt, Andream, in profectione ad Terram sanctam per Zagrabiam & Spalatum (*Cf. Kat. ibid. p.* 268), unde conscensis navigiis movens, ad Cyprum insulam, pro congregandis omnibus Cruce signatis destinatam, subinde vero, velis conversis, in Syriam penetraverat, jam constitutum, suos ad Theodorum nuncios expediviſſe, ac dimissionem captivorum non aliter, quam si Andreas ditionem ejus intactam reliquerit, ac e Syria redux filiam ejusdem Mariam filio suo Belæ desponderit, impetrare potuisse. Andreæ reditum Jacobus de Vitriaco, tunc Episcopus Accoensis vel Ptolemaidis, deinde Cardinalis, breviter sic attingit (*ibid. p.* 292): " Post „ festum Epiphaniæ (1218), sumta occasione, recessit Rex Hungariæ, iter suum dirigens per „ terram ab Accon usque ad Tripolim (*Syriæ urbem, Cypro insulæ obversam*) & a „ Tripoli usque ad Antiochiam, & sic deinceps usque ad CPolim, & ita demum in Patriam su„ am. " Thomas Archidiac. uberius rem describit, rationes quoque præmaturi reditus (*in Hist. Salonit. C.* 26) adfert: " Ecce etenim, nescio, an suorum, an extraneorum nefaria temeritas „ Regis machinatur in mortem, impiaque manus -- venenatum ei haustum propinat, ex quo sce„ lere vix mortis potuit periculum evitare. Necdum vero sanitate ad integrum recuperata „ (*religionariis domesticis accedentibus turbis*), redeundi cœpit habere propositum, ve„ rens se suumque Regnum in tantum præcipitare discrimen. --- Noluit autem ulterius marinis se „ committere casibus, sed per terram iter faciens, venit Antiochiam. Deinde transivit in Græ„ ciam, ubi affinitate contracta cum Lascaro, Rege Græcorum, ultra progreditur. Accepit e„ nim filiam ejus (*Mariam*) filio suo primogenito Belæ in uxorem. --- " Joannem Cardinalem libertati restitutum esse constat, de Petro tamen altum est silentium, credique potest, illum interea morte sublatum esse. Certe nunquam is CPolim vidit, cujus loco Conjux Jolanta, Socrus Andreæ, duobus annis Imperium administravit, subindeque mortua filio Roberto transmisit.

g)

XCV.

Andreas III. Præpoſito & Capitulo de Scepus in recompenſationem quingentarum frumenti capeciarum, ſingulis annis Caſtro Scepuſienſi pro victualibus præſtitarum, annuas decem marcas argenti ex terragio Saxonum Scepuſienſium ſolvendas aſſignat, ac ceteroquin eoſdem ab hoc onere abſolvit. A. D. 1297.

EX ANALECTIS Scepuſii Wagn. P. III. p. 18.

ANDREAS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ Bulgariæque Rex. Univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris præſentium notitiam habituris, Salutem in Domino ſempiternam.

g) Andreas igitur, ſuperatis plurimis terra marique periculis, multis tamen Sanctorum lypſanis dives, in Hungariam feliciter reverſus, Regni ſtatum, nimis convulſum, etſi Turóczyanus Anonymus (*P. II. C. 73*) contrarium perlibeat, reperit. Quam enim miſere laceratum invenerit, ipſe datis ad Honorium hiſce literis prodidit (*ap. Kat. l. c. p. 303*): "— Sanctiſſime Pater! A veſtra non credimus excidiſſe memoria, dum adhuc vivi venerabilis & immortalis memoriæ Prædeceſſor veſter, Innocentius, ſummus Apoſtolicæ Sedis Antiſtes, Divina gratia præſentis Seculi diſpenſator exiſteret, non tantum per ipſius exhortationis frequentiam, verum etiam poſtmodum per veſtræ Paternitatis inſtantiam — frequentius admoniti fuimus, quatenus ad redemtionem S. Terræ, non tantum opitulatione rerum, verum etiam præſentia perſonali apponeremus animum cum effectu. Nos utique, prout ex noſtrorum Anteceſſorum (*Apoſtolica Legationis*) prærogativa — cognovimus, ſpiritualem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ — nos eſſe filium, ad veſtræ Sanctitatis exhortationes, conſilium, per obedientiæ victimam nos & noſtra litare cupientes, nec tenerum filiorum noſtrorum infantiæ imiſcuit timuit, nec emergentem nobis infidelium & Regno noſtro malignantium (*Græco-Schiſmaticorum*) contumaciam & odium, quod poſtmodum in effecta pullulavit, curavimus; ſed, his omnibus poſthabitis, ad S. Sepulchri ſubſidium uſque quam feſtinavimus, nos, coronam, Regnum noſtrum & filios Veſtræ Sanctitatis cuſtodiæ — commendantes. Ceterum, qvam ultramarinis Partibus in ſuſceptæ peregrinationis ſervitio moraremur; ineffabile diſſenſionis ſeminarium in Regno noſtro per frequentes nuncios — cognovimus pullulaſſe. Nos itaque tot & tantis pravitatis infamiæ perculſi rumoribus, NOVELLAM ADHUC IN REGNO NOSTRO CHRISTIANITATIS (*utique Latini Ritus*) PLANTATIONEM non paticntes evelli; compulſi, coacti & inviti a Terra ſancta receſſimus: & licet per multa viarum diſpendia tranſeuntes, qvam in Hungariam pervenimus, multo ampliora perfidiæ ſcelera, quam prius audiveramus, tam per eccleſiaſticas, quam laicales perſonas (*a Ritu Latino partim ad Græco-unitum, partim vero etiam ad Schiſma Photianum*

nam. Ad universorum notitiam tenore præsentium volumus pervenire; quod, licet Comites & Castellani de Scepus, pro tempore constituti, ad usum & conservationem Castri nostri quingentas capecias de omni genere frugum, contra Deum & Justitiam, singulis annis a Præposito & Ecclesia Sancti Martini de Scepus recepissent, & nos post adepta Regni nostri gubernacula, quia Castrum nostrum Scepusiense victualibus illa vice non

num deficientes) comperimus esse perpetrati, quæ, vel qualia, nullatenus per nostra scripta vestræ Sanctitati vellemus innotescere. Nam pro peracti magnitudine facinoris, a vestræ circumspectionis intuitu nullatenus fuisse credimus (*per Episcopos Latinos*) occultata. --- Igitur --- a Vestra Sanctitate modis omnibus postulamus, quatenus in auctores tanti sceleris & eorum complices, tam personas ecclesiasticas, quam etiam laicales, censuram vestræ Sedis & rigorem ita plenarie exercere dignemini, quatenus in nullo CHRISTIANISMI climate, quo aufugerunt vel aufugerint, valeant occultari. -- Porro vestra non miretur Sanctitas, si de bonis Regni nostri ad præsens, juxta honorem vestrum & nostrum catechizare (*munera dare*) non possumus. Ad hoc enim nos compulit, & fasctæ peregrinationis expensa, & patratæ per nostros infideles damnosa plurimum discordia; parati tamen de die in diem abundantius vestræ Sanctitatis nutibus de cetero providere. "

k) Ab his Andreæ Literis, Honorium tandisper a rigido Hungariam omnem ad Latinum Ritum traducendi proposito remisisse (*Cf. Not. 72. p. 206 k*), ac in eo duntaxat, ut Latini Ecclesiarum Præsides, ex multiplicatis Ordinum Religiosorum (*ibid. p. 195. a. & f.*) Latinis Conventibus præcipue deligendi, populum quoque Græci Ritus unitum & schismaticum, sensim Latinis fidelibus adjecturi, constituantur, acquievisse, rerum eventus & exempla testantur. Andreas tamen, prout antea, nihil intermittebat, quo Latinum in Hungaria Ritum universalem faceret. Anno equidem 1221 apud Honorium, prout alibi retulimus, effecit, ut Græcis Vissegradiensibus Monachis Latini sufficiantur. Amaritudines illæ, quas inter Andream & Regni Nobiles vigebat, Decreti ejusdem, anno 1222 editi, principium attingit, & Articulus 2. inter alios sedanare nititur, illuc potissimum respiciunt, ac violenta plane media sæpius ad reformationem Ecclesiarum in spiritualibus & temporalibus, pluries in Diplomatibus occurrentem, adhibita fuisse indicant. Ita, postquam Andreas A. 1221 Theodori Lascaris, priore anno mortui, filiam Mariam Belæ filio copulari & coronari curasset, hæc vero Latinum Ritum assumere nolens (*Cf. N. 86. p. 303. f.*), rerum conversionibus occasionem præbitura crederetur, indignatus, matrimonium a Pontifice dissolvi (*ibid. p. 371*) flagitabat, eoque rem egerat, ut Conjugem suam Bela dimitteret. En hujus rei testimonium: "Sanctissimo in Christo Patri, ac Domino Honorio, DEI gratia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, U. (*Ugrinus*) Colocensis Ecclesiæ (*Sede Strigoniensi vacante*) Minister humilis, D. *esiderius* Cenadiensis, R. *obertus* Vesprimiensis, S. *tephanus* Zagrabiensis, T. *homas* Agriensis, B. *artholomæus* Quinqueecclesiensis, A. *lexander* Varadiensis, B. *oleslaus* Vaciensis, J. *oannes* Nitriensis, Episcopi, cum omni humilitate, reverentia ac devotione se ipsos (*commendant*). --- Vestræ significandum duximus Sanctitati, quod, cum Dominus noster Rex Hungarorum, de Partibus ultra marinis rediens, per terram Nobilis viri Lascheri transitum faceret, filiam ejusdem filio suo primogenito, Belæ illustri, jam in Regem coronato, -- desponsavit uxorem, præstito ab ipso Rege & Nobilibus suis, qui tunc præsentes erant, publice juramento, ut ad consummationem matrimonii inter personas memoratas fideliter laborarent. Eandem etiam Nobilem, ut Nurum decet Reginam, secum in suam terram adducens, recepto prius a Nobilibus Regni, qui tunc in traductione pacis absentes

modicum indigebat, in recompenſationem dictarum quingentarum capeciarum ſingulis annis decem marcas fini argenti cum pondere Cameræ noſtræ de terragio Saxonum de Scepus, Præpoſito & Eccleſiæ Beati Martini de Scepus dare, & perſolvi ordinaviſſemus; tamen, quia nos conſiderantes exactionem dictarum quingentarum capeciarum frugum ad animæ noſtræ diſpendium cedere in futurum, attendentesque obſequia gratioſa, & acceptabilia ſervitia Venerabilis Patris Jacobi, Dei gra-

---

ſentes erant, ſollemniter Sacramento, filio ſuo memorato tradidit in uxorem, ipſum nihilominus, omni ſolemnitate adhibita, in Reginam Ungariæ coronari faciens & inungi. Cui ſupradictus Bela illuſtris, cum omni dilectione & tranquillitate, in ætate legitima jam exiſtens, cohabitavit per totum biennium, & quorundam malevolis ſuggeſtionibus perverſorum, vir legitimam, --- in totius Regni ſcandalum, & ſubverſionem Religionis Chriſtianæ, dimiſit uxorem. --- Quapropter Sanctitas veſtra taliter in hac parte providere dignetur, ne inferiores quique (*mixti Ritus Conjuges*), qui majorum debent informari exemplo perditione ſimili corrumpantur, nobis & Legato veſtro (*Aconcio*) mandantes, quid ſuper hoc nobis exſtiterit faciendum. Parati enim ſumus, tanquam obedientiæ filii, in omnibus ſacris veſtris obedire mandatis."

i) Honorius, de rerum ſitu edoctus, Belam commonuit, ut Conjugem ſuam reciperet. Actutum ille paruit; ſed Patrem Andream ita commovit, ut ejus iram declinaturus, ad Leopoldum, Auſtriæ Ducem, cum uxore, ſuiſque familiaribus confugere cogeretur, donec Andreas a Præſulibus Hungariæ, quaſi ſecuturam cladem Tatariean animo præſenſiſſent, admonitus, ne, ſi ſe filio ac Narui durum & implacabilem exhibuerit, vel a ſuis popularibus, vel a vicinis, Græco pertiſſimum Ritui addictis, motus aliqui ſuſcitarentur, Belam ejuſque Conſortem, in gratiam receptum, Croatiæ præfeciſſet. Quum interea Teutonici milites, expeditione ſacra perfuncti, ad Botzenſe domicilium ſuum reduces, pro eo, ut ſe ultra ſilvas & alpes in Moldaviam, Cumaniæ partem, & Valachiam extendiſſent, Bortzam, Saxonum terram (*ab homonymo fluvio, Germanis* Burze, *Hungaris* Bortza, *unde illis* Burzeland, *his vero & Siculis* Bortzaság *dicebatur, nuncupatam*), Caſtro ino Botza verſus occaſum aſſeſſum, non modo inſiderant, verum etiam excuſſa Willermi, Tranſſilvanienſis Epiſcopi, ad hanc Milkovienſis Epiſcopatus partem, arrogata Jurisdictione (*Cf. b, c*), omnem ſuam Regionem Summo Pontifici ſubjicere adlaborarent, ut ſequentes literæ (*ap. Kat. p. 405*) palam faciunt: " Honorius -- (*Thomæ*) Epiſcopo Agrienſi --- ſalutem & Apoſt. Benedictionem. Magiſter & Fratres Domus S. Mariæ Theutonicorum, ſua nobis petitione monſtrarunt, quod in Terra, quæ dicitur Boza (Bozа *ſeu Botza, a cognomine limitaneo Regionis Caſtro, in faucibus alpium conſpicuo, ubi equites hi domicilium defixerant, ſic vocata*), quam noviter inhabitare ceperant (*Saxones, Hungari & Siculi*), impotu paganorum (*ſchiſmaticorum Cumanorum & Valachorum, veteres Diœceſeos Milkovienſis limites avelli nolentium*), per quos hactenus vaſta & deſerta permanſit, non ſine ipſorum multo diſcrimine, refrenato, eſt jam non parvus numerus Clericorum. Unde, quum Terra ipſa, juxta indulgentias, eorum Ordini ab Apoſtolica Sede conceſſas, præter Romanum Pontificem non habeat Epiſcopum vel Prælatum; ſupplicarunt, ut præfatis Clericis provideremus Archipresbyterum vel Decanum, ad quem poſſint habere recurſum ſuper quæſtionibus emergentibus inter eos, donec ipſius terræ populus in tantum, annuente Domino, augmentetur, quod eis de proprio poſſit Epiſcopo provideri. Ideoque Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus idoneam perſonam tibi ab ipſis Fratribus præſentatam,

gratia Epiſcopi ipſius Eccleſiæ Sancti Martini de Scepus, quibus coram oculis noſtræ Majeſtatis meruit multipliciter complacere, dictum Epiſcopum & Eccleſiam Sancti Martini de Scepus, ac ſuos ſucceſſores ab onere & ſolutione dictarum quingentarum capeciarum duximus per omnia abſolvendos. Volentes, ut dictus Epiſcopus & ſui ſucceſſores, ac dicta Eccleſia Sancti Martini ad ſolutionem præmiſſarum quingentarum

tatam, vice noſtra in Archipresbyterum, vel Decanum præficias Clericis antedictis. Datum Laterani II. idus Januarii, Pontificatus noſtri A. VII. (1223). " Scripſerat Honorius etiam Willermo, quem graviter redarguit, ut Raynaldus (*ap. Kat. l. c. p.* 463) refert " quod ſacrum in Bozam imperium affectaret; Presbyteros illos & Clericos ad Synodos ſuas evocaret; decimas redituum partes ac jura alia epiſcopalia ab iiſdem laiciſque extorqueret; denique in eos, qui voluntati ſuæ non aſſentirentur, iniquas anathematis atque eccleſiaſtici interdicti ſententias ferret (*Hinc evidenter jam patet, illum, qui A.* 1212 (Cf. b.) *ſe nuncium Ultraſilvani Epiſcopi eſſe coram Innocentio III. edicebat, non Willermi Tranſſilvani, ſed alterius Anonymi Ultraſilvani Epiſcopi nuncium fuiſſe, atque adeo novum ex Cibinienſi Præpoſitura efformandum Epiſcopatum, non ad illius, verum hujus Diœceſim pertinuiſſe*). Quamobrem Apoſtolica auctoritate ipſi imperabat, ut ejuſmodi ſententias, ſi quas tuliſſet, revocaret; populum illum vexare deſineret. " Equitibus quoque Teutonicis Honorius reſpondit (*ibid. p.* 460), inter cetera ſic locutus: " Petiſtis ut Terram Bozæ & ultra montes nivium (*hodiernam Tranſſilvaniam a Valachia* (Cf. N. 45. p. 88) *& Moldavia dividentes, Hungaris Havaſok vocitatos*), quam propter paganorum inſultus --- largitione Cariſſimi filii noſtri Andreæ, Ungarorum Regis illuſtris, adepti eſſe noſcimini, & noviter inhabitare cœpiſtis, --- in jus & proprietatem Apoſtolicæ Sedis recipere dignaremur. --- Veſtris ergo piis precibus benignius annuentes, præfatam Terram in jus & proprietatem B. Petri ſuſcipimus, & eam ſub ſpeciali Apoſtolicæ Sedis protectione ac defenſione perpetuis temporibus permanere ſancimus. --- In recognitionem autem Dominii, & perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis, duas marcas auri (*quarum una ſenſu Tit.* 73. 74. *P. II. aureos ſtorenos LXXII; Talleri enim & ſoreni, ex argento cuſi, longe tardius invaluerunt, appendebat*), quas voluntate ſpontanea obtliſtis, nobis unam, & Fratribus (*Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus*) in feſto Reſurrectionis Dominicæ, annis ſingulis perſolvetis. Nulli ergo hominum &c. Datum Laterani II. Kal. Maji, Pontif. noſtri A. VIII. (1224). "

k) Item, inter Tranſſilvanum Latinum, ac Ultraſilvanum Græcum, Epiſcopos, nec non Teutonicos Equites, qui omnem, Caſtro Botza circumfuſam, Saxonum quoque ac Siculorum Regionem, ſibi attribuentes, non modo Archipresbyterum, a ſolo Pontifice Romano pendentem, impetrarunt, verum etiam acquiſitiones ſuas immediato juri Pontificio ſubjicere ſatagebant, obortam, Andreas cum Willermi morte, hoc eodem A. 1223 enata, ita diremit, ut, aſſentiente Honorio, Raynaldus, ex Latino Varadienſi Præpoſito, etſi maculam in oculo haberet (*Cf. Pray. Hier. P. II. p.* 253), Epiſcopus ordinatus, Willermo ſuccederet; Bernardus vero probabilius ex Archipresbytero Ultraſilvanus, hoc eſt, Milkovienſis Epiſcopus conſtitueretur, qui nimirum, Raynaldo Tranſſilvanienſi Epiſcopo ſuperſtite, Diplomati, cujus conciuſionem Cl. Schmitt. (*in Epp. Agr. p.* 110) adfert, inter alios *Ultraſilvanienſis*

Epi-

capeciarum frugum nullatenus de cetero teneantur. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem præsentes conceſſimus Literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti viri Magiſtri Gregorii, Albenſis Eccleſiæ Electi, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo. IV. Nonas Novembris. Anno autem Regni noſtri VII.

XCVI.

Epiſcopus A. 1224 ſubſcribitur. Quod Milites Teutonicos, in Ultratranſſilvaniam, neglecta Cumania & Valachia, ſibi præter Caſtrum Botza, ſalvo Jure Hungarorum, aſſignatis, proterve irrepentes, attinet, eos, veteribus Saxonum libertatibus novo Privilegio confirmatis, Andreas ad ordinem reduxit, quod (*ap. Kat. T. V. p. 455*) inter alia ſic habet: " Andreas DEI gratia Hungariæ &c Rex, in perpetuum. Sicut ad Regalem pertinet dignitatem, ſuperborum (*Militum quippe Teutonicorum*) contumaciam potenter opprimere, ſic etiam Regiam decet benignitatem, oppreſſiones humilium (*Saxonum*) miſericorditer ſublevare & fidelium noſtri famulatum, & unicuique ſecundum ſua propria merita retributionis gratiam impertiri. Accedentes itaque fideles noſtri Hoſpites Teutonici ULTRA-TRANSSILVANI (*ideo reſpectu hodiernæ Hungariæ ita dicti, quod Hungari, Comitatuum Alba-Gyulenſis, Dobokenſis, Hunyadenſis, Kolojenſis, Kükülloënſis, Tordenſis & Zonukenſis incolæ, pro Hungaris trans-ſilvanis* (Cf. N. 78. p. 234) *haberentur*) univerſi ad pedes noſtræ Majeſtatis, humiliter nobis conquerentes, ſua querimonia ſuppliciter nobis monſtraverunt, quod (*variis Militum Teutonicorum oneribus preſſi*) penitus a ſua libertate, qua donati fuerant a piiſſimo Rege Geyza, Avo noſtro, excidiſſent, — unde præ nimia paupertate nullum Majeſtati Regiæ ſervitium poterant impertiri. Nos itaque juſtis eorum querimoniis aures ſolitæ pietatis inclinantes, ad preſentium poſterorumque notitiam volumus devenire, quod nos, Anteceſſorum noſtrorum piis veſtigiis inhærentes, — priſtinam eis reddimus libertatem; ita tamen, quod univerſus populus (*utpote Ultra-tranſſilvanus*), incipiens a Varoſs uſque ad Boralt (*a Barasſó vel Braſſó, Germanice primo* Brasch & Barosch, *poſtea* Kronſtadt *dicto, uſque ad* Borwald, *ſive reſpectu Tranſſilvaniæ Anteſilvaniam, auſtralibus Carpatorum, Valachiam dirimentium* (Cf. p. 88. N. 45) *radicibus affuſam, quarum nempe vocum priorem non minus, quam poſteriorem Græcanicus Andreæ Notarius Græca conſvetudine miſcuit, utræque autem in Seutterianis quoque mappis expreſſæ, hodiedum vigent*) cum Terra Siculorum (*Orbacenſium ſcilicet, Sepſienſium, Kézdienſium, Cſikienſium, Udvarhelyienſium, Györgyenſium & Maroſienſium*), Terra Saxonibus (*Cibinienſi Cf. c*) & Terra Daraus (Daraus *vel* Darauſſen, *ideo populari ſermone ſic nuncupata, quod foris ad Galiciæ ac Maramaroſienſis Comitatus limites, extra reliquorum Saxonum fundos retruſa eſſet, hodie* Roßnerland *ſeu Biſtricenſis Diſtrictus appellatur*) unus ſit populus, & ſub uno Judice cenſeatur, omnibus Comitatibus (*prædictorum Siculorum*), præter Cibinienſem, ceſſantibus radicitus. Comes vero quicunque fuerit Cibinienſis, nullum præſumat ſtatuere in prædictis Comitatibus (*pro Comite vel Judice*) niſi ſit intra eos reſidens; & ſaltem populi eligant, qui melius videtur expedire. — — Præter ſupra dicta, ſilvam Bacorum (*ita Græci Valachos, ad meridiem Trans- & Ultraſilvanis*

XCVI.

Hemmingus, Comes de Kolchova *(Cf. LI.)*, hereditatem ſuam, claram vallem, hodie Dolyan dictam, cuidam Ladon de Gargow exſtirpandam, & in formam villæ jure Saxonum redigendam cedit. Anno Domini 1297.

EX AUTOGRAPHO, per Cl. Wagn. in Anal. Scep. P. I. p. 444 producto.

CAPITULUM Eccleſiæ B. Martini de Scepus, omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in ſalutis Largitore. Quoniam memoriæ noverçatur oblivio, dignum eſt, ut temporaliter geſta, ſcripturæ teſtimonio fulciantur. Proin-

---

vanis confines, vocabant) & Biſſenorum *(ſeu Patzinacarum* (Cf. p. 289. *n) vel Cumanorum, ab Oriente vicinorum)* cum aquis, uſus communes exercendo, cum prædictis ſcilicet Blacis & Biſſenis *(alpeſtria late accolentibus)*, eiſdem *(Saxonibus & Siculis in unum populum conflatis)* contulimus, ut præfata gaudentes libertate, nulli inde ſervire teneantur. -- -- Datum anno ab Incarnatione Domini Milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto, Regni autem noſtri vigeſimo primo *(a morte ſcilicet Emerici fratris* (Cf. p. 91. Col. XIII. XIV.), *non infantis Ladislai, computato)*. "

1) Milites interea Teutonici, qui ſub Botza Terram quoque Saxonum Bortza comprehendi volebant, ad patrocinium Honorii recurrerunt, qui has ad Andream *(ibid. p. 463)* literas dedit: " In tuis Privilegiis perſpeximus contineri, quod Terram Bozæ ac ultra montes nivium *(Havas al-föld* (Cf. N. 78. p. 234) *cum confinali Caſtro Botza, non igitur terram Bortza, Bortzaság,* Burzeland *vocatam)* Fratribus Domus Teutonicorum Regia liberalitate donaſti; unde terram ipſam ſub Apoſtolicæ Sedis proteſtione ſuſcepimus, & libertate donavimus ſpeciali (Cf. i.), adeo ut Apoſtolico privilegio ſtatuerimus, eam nulli, niſi Pontifici, ſubjacere, quatenus eadem Colonis citius impleretur, tantumque meritum eo altius ſurgeret, quo donum tuum Terræ ſancto uberius proveniret. -- -- -- Profecto non deberes ſic proſequi dona tua; qvia immo terram ipſam, quaſi plantam tuam, beneficiis rigare continuis, & non hujuſmodi oppreſſionibus & injuriis *(Bortzam a Teutonicis militibus obreptitie uſurpatam, & Saxonibus poſtliminio reſtitutam, intelligit)* tuæ liberalitatis meritum apud DEUM & homines denigrare. -- -- -- Magna quidem ſunt, quæ dediſti Fratribus antedictis; ſed certe, ſi devota meditatione penſaveris, quam multa & magna tibi contulit Divinæ immenſitas largitatis; non magna reputabis, quæ pie pro ejus honore ac amore dediſti; ſed potius cogitabis, te nunquam poſſe digna Domino retribuere pro omnibus, quæ retribuit ipſe tibi. -- -- Rogamus igitur Serenitatem tuam, monemus & obſecramus in Domino JESU CHRISTO, quatenus hæc

pru-

Proinde ad universorum notitiam, tenore præsentium volumus pervenire: Quod constitutus coram nobis Hemmingus, Comes de Kolchova, ex parte una; Ladon de Gargow ex altera, idem Hemmingus Comes, filiis suis consentientibus, est confessus: Quod hereditatem suam, claram vallem dictam, locandam, exstirpandam, & in formam villæ jure Saxonum redigendam, eidem Ladon, & suis hæredibus contuliſſet; volens autem, ut

---

prudenter attendens, & præfatas Literas secundum sanum intellectum, superius expressum, accipiens, dictos Fratres super Terra, pie a te sibi donata, de cetero non molestes, sed eam pacifice sibi dimittens, secundum limites in Privilegio tuæ donationis *(quæ nusquam producitur)* expressos, prædicto Castro *(Botza)* eis libere restituto, *(quod memorato Saxonum privilegio nec includitur)* -- sic eos in prædicta Terra Regalis potentiæ brachio protegas & defendas, quod in terra viventium gratam recipere debeas retributionem a DEO, qui nec bonum irremuneratum, nec malum aliquod deserit impunitum. --- --- Datum Tibure II. Idus Junii *(1225. Cf. Kat. l. c. p. 465)*"

m) Hanc Pontificis petitionem, licet religiosi Milites hi Regiam potius indignationem, quam favorem sibi emeruerint, non modo Andreas rara moderatione animi, Pontifice, prout res postulebat, informato, prævenit, verum etiam Bela, filius ejusdem, A. 1247 residuæ Valachiæ, ac totius Cumaniæ occidentalis, hodiernæ scilicet Moldaviæ, accessione *(Cf. Not. 86. p. 297 c. & Kat. T. VI. p. 94)*, salvis tamen Regiis nec non Archi- & Episcoporum juribus, locupletavit. " In Hungaria *(inquit Chronicon Belgicum ap. Kat. T. V. p. 508 ad A. 1227)* Magister Robertus Vesprimiensis, vir bonus & religiosus, factus fuerat *(priore A. 1226)* Archiepiscopus Strigon. cui, Cruce signato & in procinctu itineris constituto, occurrit filius Principis de Cumania *(quam nempe jam ethnici Tatari (Cf. VI. & Not. 13. p. 19), ex orientali Magyaria erumpentes, percurſare cœperant)*, & ait: Domine baptisa me cum duodecim istis, & Pater meus veniet ad te ultra silvas *(in Moldauiam)* cum duodecim millibus virorum, qui omnes desiderant de manu tua baptisari. Quo facto *(& impetrata prius, a voto Palæstinam adeundi, Pontificia dispensatione)* abiit Archi-Episcopus *(velut una Sedis Apostolicæ Legatus)* ultra silvas in occursum Patris illius; & ibi baptisati sunt, DEO dante, quindecim millia. " Robertus Cumanos hos, in Moldavia boreali ad fluvium Bistritza, in cujus insula urbem Bakow exstruxerunt, confidentes Theodorico, de Ordine Prædicatorum Episcopo, qui memoratum Bernardum in regenda Ultrasilvanensi seu Milkovensi Ecclesia exceperat, Apostolicæ Legationis authoritate suffultus, attributo eidem novo CUMANORUM Episcopi axiomate, adjecit. Hæc nominis mutatio Decanos, in Terra Siculorum, Saxonibus unitorum *(Cf. c. & k)*, degentibus, adeo displicuit, ut Theodoricus, Cumanorum Episcopus, necessum habuerit, eisdem in hæc verba scribere *(ap. Kat. ibid. p. 529)*: " -- -- Quid vobis officit nominis *(antiqui Milkovienſis)* mutatio, ea-
" dem manente Episcopatus erga vestram nationem ratione & virtute? Nonne in Ecclesia Chri-
" sti Domini lupum & agnum una pasci convenit? quidni etiam Siculum cum Cumano &
" Olacho? Respicitne DEUS personam? Acceptos habet e quavis Natione, qui eum timent
" & operantur justitiæ; & e diversitate gentium linguarumque in unitatem fidei suos congregat.
" Audite Apostolum dicentem! Non esse Græcum vel Judæum, non barbarum vel Scythum, "--

n)

ut laboris ſui fructus aliqualis appareat, præfatus Hemmingus Comes eidem Ladon ratione locationis, in eadem villa Judicium, ſeu Villicatum cum fundo curiæ viginti jugera cultæ, ſeu puræ terræ, cum totidem jugeribus de rubeto, perpetuo, abſque ratione cenſus vel ſervitii cujuslibet aſſeruit contuliſſe, ita videlicet; quod tantum in cauſis, & judiciis minoribus, utpote florenum non trasſcendentibus, ad uſus ſuos judicandi habeat facultatem. Ut autem ad dictum locum populi facilius congregentur, omnibus ibidem congregari volentibus, talem duxit libertatis gratiam faciendam, videlicet: quod ad quamlibet curiam integram, octo jugera cultæ terræ, & de rubeto viginti duo jugera ordinaret. Volens etiam quod a datis præſentium, uſque ad trium annorum revolutionem, nullum cenſum, nullum terragium, ſibi ſolvere teneantur; quibus expletis, uſque ad ſubſequentium quinque annorum revolutionem, duo pondera fini argenti, in feſto Pentecoſtes de qualibet Curia, ſingulis annis eidem Hemmingo, aut ſuis hæredibus ſolvere teneantur. Expleto autem quinquennio, dicti loci

---

n) Bela Rex, Græcam uxorem nactus, (*Cf. p.* 303. *f.*) Andreæ Patre ſuo in Eccleſiarum, Græco Ritui Catholico addictarum, ad Latinum reformatione, mitior fuiſſe videri poſſet, ex juramento, quod in hæc verba præſtitit (*Kat. ib. p.* 768 *ex Raynaldo*): "Nos Bela, Dei gratia (*Colomano fratre, in Croatia ſibi ſuccedente, orientalis Hungariæ*) Rex, primogenitus Domini Andreæ, Regis Hungariæ illuſtris, univerſis, præſentes Literas inſpecturis, facimus manifeſtum: Quod ad petitionem V. Patris, Dni Jacobi (*antea trium fontium. de Beel Hungarici Abbatis, jam vero Status Pontificii Eccleſiæ*). Prænestiensis Electi, Ap. Sed. Legati, in ipſius præſentia & plurimorum aliorum juravimus ad ſancta DEI Evangelia, quod de terris, noſtræ juriſdictioni ſubjectis, & quæ in futurum, dante Domino, ſubjicientur, univerſos hæreticos & alios Chriſtianos, qui, relicta fide Chriſtianitatis, ad ſuperſtitionem Iſmaheliticam & Judæorum perveniunt, quocunque nomine cenſeantur, & ſictos filios Chriſtianos de terris noſtris bona fide ſtudebimus exſtirpare, & eos, qui Romanæ Eccleſiæ in terra noſtra ſunt inobedientes, *juxta Ritum uniuscujuſque Nationis, qui non ſit contra fidem Catholicam*, compellemus obedire Romanæ Eccleſiæ. In cujus rei teſtimonium præſentes Literas noſtri Sigilli munimine juſſimus roborari. Dat. Strigoniæ VII. Kal. Martii 1234." "Verum, licet Capitula in eligendis Eccleſiarum ſuarum Prælatis ita proceſſerint, ut ab his electi, a Regibus vero approbati, Pontificiæ per Bullarum collationem confirmationi repræſentarentur, media tamen minime defuerunt, quibus tota fere proviſio Eccleſiarum, etiam Præpoſituralium, ad Romanam Sedem recideret (*Cf. N.* 86. *p.* 298 *c.* & *N.* 88. *p.* 321. *c.*), adeoque Latini duntaxat Eccleſiarum Prælides conſtituerentur; unde mirum non eſt, plures in Diplomatibus *Electos* occurrere, qui penes beneficiorum, ſibi a Regibus conceſſorum, poſſeſſionem ita ſubſcribi maluerunt, quam Ritum mutare.

o) Ad effectum juris jurandi hujus Gregorius Papa eodem adhuc anno 1234. VIII. Kal. Nov. (*Cf. Kat. ib. p.* 704 & *Pray. Hier. P. I. p.* 416). Belæ, Regi juniori, nunciavit "ſe ex „ intigni laborum fructu, quem Frater Paullus Hungarus & Hiacynthus Odrovanſius, uterque ex „ S. Dominici familia, apud Cumanos feciſſent, permotum eſſe, ut genti Epiſcopum (*utique*

„ *a*

potest de qualibet curia integra, septem pondera fini argenti, cum pondere Cypsensium in prænotato termino Pentecostes, ratione terragii solvere teneantur. Item in festo B. Martini de qualibet Curia unum pullum, unam tortam singuli, lagenam Cerevisiæ, tres tunnas continentem, & unum porcum, pro honoris sui decentia, de communitate, ratione descensus atque munetis præsentabunt. Asserait preterea sæpe dictus Comes Hemmingus eisdem populis suis talem gratiam contuliſſe, ut quicunque ipsorum statum suum mutare decreverit, justo terragio seu esu soluto; hæreditatem suam, ædificia & quaslibet res suas vendendi, mutandi, liberam habeat facultatem. Item si ante dictus Comes Hemmingus, ex idoneitatis suæ industria Dicam Regiam a dictis populis impetrando obtinere potuerit, eam ipsam Dicam, mediam partem recipiet, eisdem reliduum relaxando. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præsentes concessimus literas, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo Pentecostes. A. D. Millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

XCVII.

„ *a Theoderico Milkovienſi, vetuſtiſſima Sede non minus, quam armata Militum* „ *Teutonicorum protectione in omnem caſum proviſo, diſtinctum, atque adeo Ba-* „ *koviæ inter Cumanos conſeſſurum)* daret; rogare se itaque Regem, ut Episcopo Ec- „ clesiam Cathedralem erigi curaret, dotaretque fundis, ex quibus dignitatem suam cum honore „ tueretur. " Ita etiam XVIII. Kal. Decembr. 1234 periculis animarum, ex diversitate Ritnum „ provenientibus, obviare volens, ac specialim ne Valachi, in terra Belæ Regis, primogeniti „ Andreæ, Regis Hungariæ, diffusi, materiam habeant pro defectu Sacramentorum ad schismaticos „ *(Bulgariæ)* Episcopos accedendi, Ven. Fratri Theoderico, de Ordine Fratrum Prædi- „ catorum, Episcopo Cumanorum, suis dederat Literis, in mandatis, ut Catholicum eis Epi- „ scopum, illi nationi *(linguæ)* conformem, provida deliberatione constituat, sibi juxta gene- „ ralis Concilii *(ſub Innocentio III.* (Cf. N. 72. p. 206. l. k) *A.* 1215 *celebrati)* „ VICARIUM in prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subjectus. " Cum igitur Honorius Terram Militum Teutonicorum, ultra montes nivium sitam, hoc est, Cumaniam, Moldaviam & Valachiam nulli, nisi Pontifici subjacere in spiritualibus (Cf. p. 415 l) voluerit, ipseque Gregorius Pontifex Cumanorum Ecclesiam, cui Bakovienſem & Argenſem Episcopatus innexuit, ad se nullo medio pertinere affirmet, omnis porro Terra hæc Fratrum Prædicatorum & Minorum Conventualium opera Ecclesiæ Latinæ aggreganda fuerit, suapte sequitur, ejusdem incolas, Græco Ritui a seculis insuetos, Latinis dictorum Ordinum Curionibus subjectos fuisse. Atque ita Ecclesiarum reformatio, nec non agitata vi Mongorum quoque Tatarorum, Phociano schismati adhærentium, immediata sub nomine Cumanorum Sedi Romanæ subjecto, tam diu grassebat, donec A. 1240, maxima Regge *(Cf. VI. p. 19. Not. 72 p. 206. k)*, toti Hungariæ illata, populique ad Phocianum schisma, licet crebræ a sacris Viris etiam deinceps profectiones Religionis causa suscepte fuerint, relapso. Latini Partium illarum Episcopi Sedibus suis exturbati, solum inter Regionarios referri cœpissent *(Cf. Pray Hier. P. I. p. 415-433, & P. II. p. 32-)*;

p) Bela Rex, A. 1235 Patri suo plene succedens, Ecclesiarum provisioni, ad Sedem Romanam pertractæ, nihil quidem via facti obmovit, rem tamen graviter tulisse, ac nihilominus

Pas-

XCVII.

Andreas III. Marco Canonico Scepuſienſi & fratri ejuſdem, Comiti Michaeli, filiis Gurethe, ob fidelia per illum quidem in deferendis legationibus, per hunc autem in bellica adverſus Albertum, Auſtriæ ac Stiriæ Ducem, expeditione, cum ſanguinis profuſione, præſtita ſervitia, terram Koritnik, nemine contradicente ſtatutam, confert. A. D. 1297.

EX AUTOGRAPHO, quod in Tabulario Illuſtris Familiæ Korotnokyanæ habetur.

ANDREAS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex; Univerſis Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum intuentibus, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus. Pro fidoribus bene merencium ſinum nobis convenit munificencie Regie aperire, ut habeat fidelitas, in quo creſcat, ceteros ſui ſimilitudine ad fidelitatis opera accendendo. Proinde ad univerſorum

Eeee noti-

Præpoſiturarum, ad quas Presbyteros, Græci etiam Ritus unitos, elevabat, collationes recepiſſe legitur (*Cf. Not. 86. p. 298. c. & 305. g.*). " Accedens (*inquit ap. Pray. Hier. P. II. p. 254*) ad præſentiam noſtram Ven. Pater Gal'us, Epiſcopus Tranſſilvanus, a nobis humiliter -- poſtulavit, quod, cum ſua Dioceſis *boſtili perſecutione Tartarorum* ad tantam innabitantium devenerit raritatem, quod nulli vel pauci *in Alba, quæ eſt Sedes Epiſcopatus ſui Cathedralis*, & in aliis curibus Pontificalibus, -- habeantur inquilini, nec illic conveniant, niſi eos libertate uberioris gratiæ dignaremur prævenire &c. Datum A. D. 1246. " Epiſcopus iſte Latinus fere 20 annis Eccleſiæ ſuæ præfuit, & Smaragdum, Paulum, Farkaſium, filii ſuccedentes, Graci Ritus Alba-Gyulenſes Præpoſitos habuit, qui nempe ideo *Electi* Albenſes dicebantur, quod a Romana Sede confirmati haud fuerint (*Cf. Pray. l. c. & Kat. T. VI. p. 349. Diploma XX. p. 74. XXII. p. 85. XXVI. p. 97*). Stephanus V, ejuſdem filius, & orientalis primum Hungariæ Rex, poſtea Succeſſor, Matris Mariæ ac Eliſabethæ Conjugis Ritum ſecutus, in deligendis Eccleſiarum Prælatis, Apoſtolicæ Legationis authoritate, Regibus Hungariæ attributa, uſus eſt. Inter alios enim Smaragdum, Eccleſiæ Albenſis Electum (*Præpoſitum, non Epiſcopum*), a Patre adhuc ſuo ad Colocenſem Metropolim (*Conf. XXIV. p. 94*) poſtulatum, ſed Romana confirmatione haud obtenta, in Albenſi Præpoſitura manere coactum (*Cf. Kat. l. c. p. 345*), A. 1262 ad Colocenſem Archipiſcopen transtulit (*ibid. p. 370. 452*), A. 1265 a ſervis occiſum. Smaragdo in Præpoſitura ſucceſſit Paulus, pariter tantum Electus, huic autem Farkaſius itidem Electus (*Cf. XXVI. p. 97*), quem

Ste-

notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod Magiſter Marcus, Canonicus Eccleſie B. Martini de Scepus, fidelis Capellanus noſter & Comes Michael, frater ejuſdem, filii Gurethe, ad noſtram accedentes preſenciam, a nobis humiliter poſtularunt, ut quamdam terram noſtram, & ſylvam Korytnik vocatas, in Comitatu de Scepus exiſtentes, de Benignitate Regia eiſdem conferre dignaremur. Verum quia de eadem terra & ſylva nobis veritas ad plenum non conſtabat, ad pleniorem noticiam, perfeccius & uberius habendam, Capitulo Eccleſie Beati Martini de Scepus, fidelibus noſtris, dedimus in mandatis, ut cum Bald, Comite de Scepus, homine noſtro, ipſorum mitterent hominem, fidedignum pro teſtimonio, coram quo idem homo noſter dictam terram & ſylvam, convocatis commetaneis & vicinis, reambulando ſtatueret ipſi Magiſtro Marcus & Myohaeli, fratri ejuſdem, ſi non fieret contradictum: contradictoribus, ſi qui fierent, contra eoſdem ad noſtram preſenciam evocatis. Et poſt hec diem citacionis & terminum ac nomina citatorum, qualitatem, quantitatem & omnes diſtincciones metarum ejuſdem, & utrum ipſa terra & ſylva noſtre collacioni pertineat, nec ne, nobis reſcriberent ſeriatim: qui quidem poſtmodum nobis reſcripſerunt in hec verba.

Excellentiſſimo Domino ſuo Andree, Dei gracia Illuſtri Regi Hungarie, Capitulum Eccleſie Sancti Martini de Scepus, inclinacionem & oraciones in Domino ſalutares. Excellencie veſtre Literas recepimus in hec verba: Andreas Dei gracia Rex Hungarie, fidelibus ſuis Capitulo Eccleſie Scepuſienſis ſalutem & graciam. Marcus Preſbyter, fidelis Capellanus noſter, Canonicus Eccleſie Beati Martini de Scepus, quandam

---

Stephanus A. 1268, Bela Patre, ad Scepuſium jam conſtricto (*Cf. Not. 86. p. 311 n*), Jaurinenſi Eccleſiæ (*Cf. Pray. P. I. p. 316*) præfecerat. Ita Benedictum, Orodienſis Eccleſiæ Præpoſitum (*XXIX. p. 116. Not. 88. p. 318 a*), Lodomerio, ex Budenſi Præpoſito ad Varadienſem Epiſcopatum promoto, ſuffecit. „ Regnavit autem Stephanus (*Turôtz. Chron. P. II. C. 77*) „ duobus annis & mortuus eſt in anno tertio Regni ſui; & ſepultus in Eccleſia B. V. (*Monialium S. Dominici, Ordinis Prædicatorum Fundatoris, regulam Græco Ritu ſecutarum*) inſula Budenſis, in loco Reginarum.“ Ladislaus Turôtzyus (*ap. Kat. T. VI. p. 614*) optimo Regi breve hoc elogium adſcripſit: *Rex magnanimus, Bulgariæ debellator* (Cf. Not. 86. p. 312. fi. fin.), *& Victor Ottocari* (immo etiam Svecorum ac Polonorum (Cf. p. 309. l. & Kat. l. c. p. 490), Patri ſuo Bela contra ſe auxiliarium) *magnus, oſtendit modo, quid egiſſet, ſi vitam cœlum indulſiſſet!*

q) Quemadmodum porro Stephanus Muthmèrium, Scepuſienſem Præpoſitum, Ladislao, minorenni filio ſuo, Doctorem (*Cf. Not. 88. p. 318. a*) in linea morum & Religionis dediſſe probatur, plane ita ſpecialem ejus Magiſtrum ac Tutorem in Linea Reginimis Matthæum Banum & Tranſilvaniæ Principem, Magiſtratu ſuo in filium Nicolaum translato, adhuc anno 1276 fuiſſe, convus B. Margaritha, 18va Januarii 1271 in memorato Sanctimonialium Budenſis Inſulæ Cœnobio defuncta, Ladislai Sororis (cujus nempe apotheoſin, morte Stephani Patris intercepta

dam terram ſeu ſylvam, Korytnik vocatam, vacuam & habitatoribus deſtitutam, noſtre collacioni pertinentem, in ſuperiori villa Caſtri noſtri, Sygura vocata, exiſtentem, a nobis petivit ſibi dari; verum quia de qualitate & quantitate dicte terre nobis veritas non conſtat, & utrum noſtre collacioni ſit pertinens nec ne, Fidelitati veſtre precipiendo mandamus, quatenus mittatis unum ex vobis, coram quo homo noſter, Comes Bald, preſentibus commetaneis & vicinis reambulet ipſam terram & ſtatuat eidem Magiſtro Marco Capellano noſtro & fratri ſuo Comiti Mychaeli, ſi vacuam invenerit & noſtre collacioni pertinentem, ſine prejudicio Juris alieni, & ſi non fuerit contradictum, contradictoribus autem ad noſtram preſenciam evocatis, diem citacionis & terminum, ſimul cum curſu metarum dicte terre nobis fideliter reſcribentes. Datum in Scepes tercio die Pentecoſtes. Nos itaque mandatis veſtris, prout tenemur, in omnibus obedire cupientes, miſimus unum ex nobis, coram quo Comes Bald, homo veſter, preſentibus commetaneis & vicinis, ac aliis Nobilibus dictam terram ſeu ſylvam reambulavit, & ſtatuit dicto Marco & fratri ſuo Mychaeli nullo contradictore penitus exiſtente; cujus quidem terre ſeu ſylve mete taliter diſtinguuntur: Prima meta incipit a parte orientali ſub pede montis Ruda, & ibi ſunt due mete terree ſuper unum monticulum, que ſeparant ipſam terram a terra Mychaelis, filii Petri, & Laurencii generi ejuſdem. Deinde vadit directe verſus occidentem in latere cujuſdam montis uſque ad unam vallem, & ibi in illa valle ſunt due mete terree. Et ab hinc aſcendendo quemdam montem in modico ſpacio ſunt due mete terree. Deinde procedit per ſpacium modicum, & ibi ſunt ſimiliter due mete terree. Deinde reflectitur verſus Aquilonem, & venit deſcendendo ſuper aquam Sygra, tranſiens aquam Sygra, in rippa ejuſdem aque ſunt due mete ter-

ceptam, & a fratre Ladislao apud Innocentium V, Gregorium item X. expetitam (*Græco probabilius Patris, Matris & Fratris Ritu obſtante*), fruſtra deinceps Mathias quoque Corvinus ac Ferdinandus III. adurgebat), biographus teſtatur (*ap. Kat. l. c. p.* 689 --) in hæc verba: *Matyus Ban, ky vala Erdely Hercheg, es Laszlo Kyralnak Meſtere es Euryszeuye.* Ladislai coronationem non minus, quam pueri cum adultiore Sicula copulationem, a Philippo, Strigonienſi A-Epiſcopo, deproperatam, Tutoribus aliiſque Regni Prælatis & Proceribus vehementer illico diſplicuiſſe, vel ex eo erui poteſt, quod, Strigonienſi Sede, a coronato & copulato Ladislao intra quatuor exeuntis anni 1272 menſes vacante, reliqui Archi- & Epiſcopi præter morem in Diplomate LXXII (*p.* 318) dilucide ſubſcribantur, Eccleſias DEI *fideliter*, non autem *feliciter*, guberaare. Horum utique, Ladislai Tutorum, aliorumque Procerum, Græco Ritui adhærentium, conſiliis debetur Nicolai, Albenſis Eccleſiæ Tranſſilvanæ Præpoſiti, præmiſſo Privilegio ſubſcripti, in V-Cancellarium, ac paulo poſt in A-Epiſcopum Strigonienſem electio, Regiaque approbatio (*Cf. Péterf. Conc. P. I. p.* 80). " Verum Nicolaus *Electus* breviſſimo tempore Sedi Metropolitanæ præfuit, adeo vix viſus in ea Cathedra videri deſiit, cui nullus in Catalogis A-Epiſcoporum Strigonienſium ad hæc uſque tempora (*Cf. Schmitt. A-Epp. Strig. & Not.* 88. *p.* 321. *c*) locus erat. --- Nicolao Ladislaus Benedictum, Budenſem Præpoſitum, ſuffecit, qui triennio, quo *Electus* A-Epiſcopus Strigonienſis erat, eadem fortuna eſt uſus, qua Nicolaus deceſſor: perinde enim (quorumdam Latinorum, qui omnem Græci Ritus Archi- & Epiſcoporum Hungariæ memoriam (*Cf. N.* 89. *p.* 367. *q.*),

ſucce-

ree, que ſeparant ipſam terram, a terra populorum caſtri, de Sygra. Deinde tranſiens juxta ipſam aquam Sygra, vadit ſuper unam concavitatem; procedendo in ipſa concavitate in tantum, donec ipſa concavitas finitur, ſive in planam terram commutatur. Deinde vadit directe in pura terra, & ibi juxta quoddam pratum ſunt due mete terree. Deinde procedit directe per modicum ſpacium, in deſcendendo ſunt due mete terree, que ſeparant ipſam terram a terra Pangracii, filii Fyoch. Deinde tendit verſus orientem, aſcendens montem, & ibi in monte ſunt due mete terree. Deinde deſcendit ſuper aquam Sygra, tranſeundo ipſam aquam, in rippa ejuſdem aqve ſunt due mete terree. Deinde vadit aſcendendo tercium montem Ruda a priore meta computando, & ibi in monte ſunt due mete terree. Deinde ſuper Berch (Berg) uſque ad unam viam, qua itur verſus Hungariam, & de eadem a ſiniſtris cadit in unam ſemitam, & in eadem ſemita deſcendit in unum fluvium, Svyna vocatum. Tranſito ipſo fluvio aſcendit unum monticulum, deinde deſcendit in unum fluvium Yanny vocatum, & ſuper eundem fluvium vadit uſque ad caput ejuſdem fluvii. Deinde aſcendit unum Berch, de ipſo Berch deſcendit in unam vallem, ubi oritur quidam fluvius, Kamy nuncupatus, & per eundem fluvium verſus partes meridionales in predictum fluvium Svyna, & ibi ſunt due mete, & in eodem fluvio Svyna vadit uſque ad fluvium Rufum, & in eodem Rufo fluvio vadit uſque ad caput ejuſdem fluvii. Deinde in latere montis venit ad predictum montem Ruda. Deinde deſcendit ad priorem metam, & ſic mete ipſius terre ſeu ſylve terminantur.

Nos

ſuccedente Arpadana periodo mixta, exſtinguere ſatagebant, zelo) e cenſu Archi-Præſulum expunctus erat, ut fidem faciunt omnes Catalogi, ad hunc diem publici juris (*ita Schmit. l. c.*), facti. Duobus, qui confecuti ſunt, annis Sedes Strigonienſis vacavit. Namque Ladislaus in omnem libidinem effuſus (*culpa hæc & aliæ perperam exaggerantur*) non ſolum poſſeſſiones A.-Epiſcopatus invaſit, verum etiam aliarum Eccleſiarum facultatibus viſcoſas manus injecit, negleſtaque Reipublicæ (*ex Latinorum unice ſententia adminiſtrandæ*) cura, Regnum civilibus primum, dein exteris (*æmulorum*) armis dilaniandum dedit. Unde ſacrarum, profanarumque rerum maxima ſane (*in hoc Rituum conflictu*) perturbatio. Epiſcopi Regem a Reipublicæ ſtudio alienum, intuiti, collatis inter ſe capitibus, A. 1278 unum aliquem (*Græco iterum Ritui addictum*) e ſuo gremio (Viri nomen ignoratur) A.-Epiſcopum Strigonienſem dicunt. Hoc exemplum pejore facto Veſprimienſes Canonici imitati, legitimum Epiſcopum (*Latinum*) Petrum Sede dejiciunt, & Nicolaum Tranſilv. Præpoſitum (*Græco perinde Ritui obnoxium*), ſuum Epiſcopum ſalutant. Nicolaus III, Max. Pontifex, quamprimum Eccleſiæ gubernacula cepit, ut ne Religio (*Latinus quippe Ritus*) peſſumiret in Hungaria, feſtinare jubet Philippum Epiſcopum Firmanum, Sedis Ap. Legatum, ad Ladislaum. Mollioribus cum nihil proficeret, anathemate contumacem percuſſit. — Philippus, reſtituto Petro in Sedem Veſprimienſem, Lodomerium, Varadienſem Epiſcopum (*Græco Ritu in Latinum mutato*) Metropolitam deſignat, cui Rex Ladislaus (*non uſque quaque Cf. LXVI. & Not. 86. p. 293*) ſuffragatur. "

r)

Nos igitur fidelitates & ſerviciorum merita ipſius Magiſtri Marci Capellani noſtri, que nobis in deferendis Legacionibus, & aliis agendis noſtris, ſibi commiſſis, fideliter exhibuit, & meritoria obſequia Mychaelis, fratris ſui, que idem in expedicione, quam contra Dominum Albertum, Ducem Auſtrie & Styrie, Patrem noſtrum cariſſimum (*Hæc poſtquam Agnetem, filiam ejus, circa initium anni* 1296 *duxerat*, *ſcri-*

---

r) In Albenſi Tranſſilvano equidem Capitulo, cujus Præpoſiti hoc ævo plerumque tantum Electi, quod Græco Ritui renunciare nollent, dicebantur, ipſos adeo Canonicos conjugiis more Græcorum inſeviſſe docet ſequens authographum (*ap. Kat. T. VI. p.* 1092): "Venerabili in Chriſto Patri, Petro, Dei gracia Epiſcopo Tranſſilvano, Johannes, Miſeracione Divina Epiſcopus Elinus (*de quo mox plura*), per Sedem Apoſt. ad Regnum Ungarie deſtinatus, ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Latorem preſencium, Canonicum Presbyterum Veſtre Diocelis, cum quo diſpenſavimus ſuper irregularitate contracta per eum ex eo, quod excommunicatus per conſtitucionem Domini Firmani Epiſcopi (*Cf. Not.* 74. *p.* 252. *Not.* 86. *p.* 307 *i. k.*), quondam in Regno Ungarie Apoſtolice Sedis Legati, contra Concubinarios (*ita Presbyteri quoque conjugati vocabantur*) editam, divina celebrare preſumpſit, ad vos duximus remittendum, Paternitati veſtre tenore preſencium committentes, quatenus recepta ab ipſo plenaria cauſione, quod in ſua vel aliena domo non teneat deinceps concubinam (*uxorem*), in eo, ad tempus ab ſuorum ordinum exequncione ſuſpenſo, imponatis ei pro culpe modo penitenciam competentem. Datum - die 13. Menſis Febr. A. D. 1292."

s) "Quum autem Rex Ladislaus (*inquit Turótz. Chron. P. II. C.* 82) fuiſſet „ (*A.* 1290. 10 *Julii Cf. Not.* 88. *p.* 336. *v*) occiſus, poſt ejus mortem eodem anno, de„ cimo octavo die, Andreas, Dux de Venetiis, a Baronibus Regni feliciter coronatur, qui vivente ad„ huc Ladislao Rege addactus in Hungariam fuerat (*Cf. Not.* 88. *p.* 329. *i*)." Experti ſunt nempe Hungari, Andream, licet inter Latinos (*Cf. Not.* 86. *p.* 304. *f.*) educatus fuerit, Græco Ritui non eſſe infenſum, atque adeo nec a Tataris periculum ſubverſuri; cum coronatione igitur ejuſdem, velut alioquin etiam ultimi ex Arpadana virili Hungarica ſtirpe ſurculi, properarunt, ne novus aliquis ex Italia turbo pacem publicam convelleret. Quemadmodum enim Mariam, Stephani V. filiam, Carolo Claudo, Regi Sicilie, alterius Caroli Andegavenſis (*Cf. p.* 236. *Col. XI*) filio, nuptam, jus omne poſt Ladislaum IV, fratrem ſuum, in Hungaria ſuccedendi, Carolo Martello, primogenito ſuo, perperam attribuere non ignorabant, ita Curiæ Romanæ ſtudia in eo, ut idem Carolus Hungaris Rex imponatur, conſpirare noverant (*Cf. Kat. T. VI. p.* 1039. 1084). Comperta Ladislai cæde, Nicolaus Pontifex Legatum ſuum, Joannem, Epiſcopum Æſinum ſive Anximanum (*Cf. ibid. p.* 1046. 1218), in Hungariam miſit, cui ſcriptis inter alia ſub 2. Januar. 1291 literis mandavit: "quatenus coram Rodulpho, Rege Rom. -- & Alber„ to, Duce Auſtriæ, (*Regno Hungariæ* (Cf. N. 88. p. 340. q. r. s.) *pariter inhiantibus*) „ expreſſe manifeſteque denunciet, prædictum Regnum, ad ſe ac Romanam Eccleſiam ex cauſa „ multiplici pertinere, aperte & publice ſuo & ipſius Eccleſiæ nomine proteſtando, ut nullus, „ cujuſcunque ſit præeminentiæ -- jura quælibet in eodem Regno, ad ſe & Eccleſiam ipſam ſpectantia, „ quomodolibet invadere, occupare vel uſurpare præſumat, aut in ſuum & ejuſdem Eccleſiæ præjudici„ um & gravamen aliquid attentare." -- Juris nempe hujus præſumtio, fundamentum erat, omnem

Hun-

ſcripſit), tunc noſtrum & Regni noſtri inimicum capitalem habuimus (95) in expugnatione Caſtri Rorou (*Robrau*), pro fidelitate Regie Corone, Baronibus noſtris cernentibus, cum effuſione ſanguinis ſui laudabiliter impendit, attendentes; ipſam terram Korytnyk cum ſylva, & aliis utilitatibus ſuis ac pertinenciis univerſis, de munificencia Regia dedimus, donavimus & contulimus eidem Magiſtro Marco, Capellano noſtro, & Mychaeli fratri ejuſdem, ac per eum ſuis heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus, jure perpetuo & irrevocabiliter, ac ſine prejudicio juris alieni tenendam ſeu eciam poſſidendam. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem preſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Diſcreti Viri Magiſtri Gregorii, Albenſis Eccleſie electi, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo. Regni autem noſtri anno octavo. Quarto nonas Novembris.

XCVIII.

Hungariam ex Græco Ritu ad Latinum omnibus modis traducendi ac reformandi. Lodomerio autem, Strigonienſi Archiepiſcopo, quod de ſtatu Regni, mortuo Ladislao, Sedem Apoſt. non informaverit, reprehenſo, inter alia ſcripſit: "Ven. fratrem noſtrum Johannem, Æſinum Epiſcopum, latorem præſentium, — ad Partes illas providimus deſtinandum, ut ſuper præmiſſis — nos informare poſſit, — ac ſpecialiter, in quo ſtatu, quantum *ad fidem Catholicam*, Rex deceſſerit Ladislaus; & utrum ſtatus ejuſdem Regni pacis tranquillæ ſucceſſibus gratuletur, & an illi *metus immineat de incurſibus paganorum*: Qvum autem Regnum ipſum ad Romanam Eccleſiam ab antiquo etiam pertinere noſcatur, teque non lateat, per eundem Regem tempore, quo Ven. Fr. noſter Philippus, Firmanus Epiſcopus (*Cf. Not. 74. p. 112.*), in Regno ipſo Legationis fungebatur officio, nonnulla, ſub obligatione ſua & Regni ſui, promiſſa & jurata fuiſſe, quæ poſtmodum non ſervavit; Fraternitati Tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus erga præfatam Sedem, devotionis ſolitæ zelum ſervans, ad perſonarum eccleſiaſticarum & ſecularium Regni prælibati notitiam, quantæcunque ſeu cujuſcunque præeminentiæ, conditionis aut ſtatus exiſtiterint, ad illarum maxime, quæ ſibi dicunt Jus aliquod (*prout Andreas III. erat.*) competere, quomodolibet in Regno præfato, perducere ſtudeas, Regnum ipſum ab antiquo etiam ad Romanam Eccleſiam pertinere, ſibique fore, prout præmittitur, obligatum, ut hæc illæſa & integra eidem Eccleſiæ in poſterum conſerventur, & ne quivis illa quomodolibet invadere — — " *ut ſupra*.

95) Belli hujus, a Ladislai cæde interrupti (*Cf. N. 88. p. 346. v.*), hiſtoriam, & Andreæ III. viciſſitudines, pariter altius repetere juvat.

a) Henricus quippe de Güſſing (*Hungaris Németujvár*) Caſtri Ferrei & Simighienſis Comes, ac Belæ IV. Palatinus, A. 1267 a Stephano V. ad Iſvaſzeg victus, Ottocaro, Bohemiæ Regi, Auſtriam & Stiriam occupanti, una cum ſuis Ginſio, Montis Sancti Viti, Zlovunk (*Szalonák*), Peraſtán, Kertus & Farkaſii de Zaguria (*Hungaris Muraköz*); filius vero ejuſdem Joannes cum duobus, Strigo (Strigau) Caſtris, adhæſit, quem Ottocarus benigne recipiens, non modo pluribus in vicina Stiria hereditatibus cumulavit, verum etiam, attri-

XCVIII.

Fragmentum Statutorum, quibus Parochi Scepuſienſes innovant Sodalitatem, a ſuis deceſſoribus inſtitutam. A. D. 1298.

EX APOGRAPHO, in Anal. Scep. P. I. p. 266 producto.

ANNO Domini MCCXCVIII. in Eccleſia B. Ladiſlai Confeſſoris in Foro Quinto convenientes in unum de Suburbio (*Várallya*), de Eulenbach (*Velbach*), de Odorin, de Villa nova (Neudorf Iglo) de villa Palmarum (Palmsdorf Harikótz), de villa Urſi (*Cf. XXVI. p. 96*), de S. Quirino (Kirn, *Kuriman villa, a S. Quirino, cujus effigies hodiedum in ara principe viſitur, ſic appellata*), de S. Ladislao (*Conf. XXXVIII. p. 153*), de villa Compoſti (*Káposztafalva*), de villa Svevi (*Svabótz*), de villa Theotonicali (*Poprad*, Deutſchendorf), de Filka, de S. Georgio, de Millenbach,

Fff

attributo eidem titulo Bani ſui de Hungaria, fovit. Stephano V, fatis cedente, idem Henricus, latifundiorum Stiriæ ſium acceſſione locupletior, ad ſuas ditiones Hungaricas redivit, a Ladislao IV. & Hungaris honorifice receptus. Verum cæde, in Bela, Radislai Galiciæ Regis filio, Duce de Machow, Ottocari affine ac fautore, perpetrata (*Cf. N. 86 p. 303. f. N. 88. p. 320. b*), poſſeſſionibus, in Stiria & Auſtria conquiſitis, privatus, Hungaricis contentus eſſe debuit, donec ſubinde filii ejuſdem natu majores, prædictus Joannes, Comes Caſtri Ferrei, & Petrus, Comes una & Veſprimienſis Epiſcopus, occaſione litium, intuitu Auſtriæ ac Stiriæ Rudolphum inter & Ottocarum, A. 1276 (*Cf. Not. 88. p. 323. e.*) enatarum, paternam hereditatem poſtliminio vindicaturi, Auſtriam & Stiriam ſepius infeſtaſſent, ac ſecuta Ottocari A. 1278 cæde, qvum viderent, Ladislaum Regem ſuis & Hungariæ juribus recuperandis haud intendere, apud Rudolphum ſuas ditiones Hungaricas cum Auſtriacis confiniibus colligari quæſiviſſent (*ibid. p. 334 m*); quo haud ſuccedente, qvum Rudolphus Albertum filium ſuum, Auſtriæ, Stiriæ, & Carinthiæ Ducem A. 1282 renunciaſſet, Joannes intermiſſas aliquamdiu procurſiones reſumſit, quas Albertus A. 1288. & 1289 armis vindicandas eo eventu ſuſcepit (*ibid. p. 340 q & v*), ut auxiliariis quoque Svevis, Bavaris & Bohemis, a Rudolpho Patre ſubmiſſis, Joannes quidem amplis hereditatibus expugnatis privaretur, Ladislaus autem inſequente A. 1290 bellum contra Ducem Albertum inſtauraturus, a Cumanis conniventiæ ſuæ victima confoderetur.

b) Cæſo Ladislao, Benevenutus (*Cf. ibid. p. 345. w*) ad Pontificem rediiſſe, ac denuo in Hungariam ablegatus fuiſſe, conficitur ex eo, quod Nicolaus in configna eidem Literis, Rudolpho Romanorum Regi deferendis, hæc inter alia ſcripſerit: —— „ Qvum autem propter obitum dicti Regis (*Ladiſlai*) prafatum Regnum non minus ipſius indigere „ Legati prafatia dignoſcatur, — ac timeatur, quod Tartari, Saraceni, Pagani, Neugerii, hæretici & alii infideles, quorum ad Partes illas, prout fidedignorum (*Andreæ fratris ejus annalorum*) habet aſſertio, innumera confluit multitudo, execrabili ducti vaſania, & damnata temeri-

Suppl. Anal. Ter. Scep. P. I.

de Lomnitz, de villa Pulom (Hundsdorf), de Bela, de Libitza, de villa Durandi, de villa Ruſquini, & de Leutſcha, Plebani de Scepuſio (*qui nempe A.* 1274 *Privilegium ſub I. p.* 263. *relatum, impetrarunt*), invocata Spiritus Sancti gratia, & ejuſdem favente clementia, ea, quæ ſalutis ſuæ & honeſtatis ſunt, pertractantes & diſponentes, præhabitam dudum inter eos (*Cf. Not.* 77 *p.* 232.) Fraternitatem, atque charitatem in priſtinum ſtatum revocare cupientes, juxta illud B. Petri Apoſtoli : Eſtote fraternitatis amatores, & illud: mutuam in vobis charitatem continuam habentes; quia Charitas operit multitudinem peccatorum. Ipſa enim Charitas, ut dicit D. Bernardus, finis eſt præcepti, nec non veſtis nuptialis, imo, ut Joannes Apoſtolus ait : ipſe Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in ipſo.

Hæc inter ſe revolventes, & pertractantes, præſentem Fraternitatem ediderunt, ſeu potius a ſuis prædeceſſoribus editam renovarunt, eligentes duos Patronos, ſcilicet Spiritum Sanctum, & Matrem miſericordiæ, Virginem Mariam, in quorum honore bis in anno Fraternitas celebratur, ut videlicet ex hoc vigor, & fervor veræ ſocietatis, & dilectionis inter eos juxta prædeceſſorum ſuorum conſvetudinem laudabilem reformetur & ferventius accendatur, dicente Domino: In hoc cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem; & ut etiam ex hoc lucerna lucens hominibus tali præferatur exemplo, juxta illud Evangelii Mathæi 5: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Ut igitur hæc Fraternitas per ipſos edita, ſeu renovata, ab homi-

---

„ meritatis auſu excitati, ad ejuſdem Regni turbationem, occupationem, & invaſio„ nem nefariam --- moliantur; Sereſitatem Regiam rogamus & hortamur in filio DEI Patris, „ quatenus eidem Legato, — contra Tartaros, Paganos & alios ſupradictos, — qvum ſuper „ hoc ab eodem contigerit te requiri, aſſiſtas conſiliis, auxiliis & favoribus opportunis. — „ Dat. apud Urbem veterem V. id. Septembr. anno III. (1290). " Provinciam vero, *ſubjicit Rajnaldus:* eidem Legato impoſuit Pontifex, ut, ſi neceſſarium fore putaret, contra eoſ„ dem infideles Crucis ſigna explicaret. — Ceterum Legatio iſta non habuit effectum, forte propter „ periculum Tartarorum, de quo in Epiſtola LXXXII. : Nec a Tartaris modo, verum ab ipſis „ Ungaris, qui de legitimo Succeſſore erant certaturi, periculum imminebat. " At enim jam vidimus, ſine certamine ſucceſſorem Ladislao datum eſſe; nec dubitamus, altam in Hungaria pacem obtenturam fuiſſe, niſi hanc alter Nicolai IV. Legatus, Joannes Auximanus vel Æſinus Epiſcopus, exterique Principes, intercepiſſent: " Dum Rodulphus, Romanorum Rex (*prout* „ *idem Raynaldus ad A.* 1291. *ait*) Imperio obnoxium eſſe contenderet; illudque Alber„ to filio, Duci Auſtriæ (*iteratis Nicolai literis provocatus*), jure fiduciario traderet; „ contra Romanus Pontifex Sedis Apoſtolicæ Regnum veſtigale eſſe affirmaret; Carolus II, Si„ ciliæ Rex, illud Regnum filio ſuo Carolo Martello, ex Ladislai Sorore nato, jure debitum „ proclamaret. "

c) Nicolaus quippe Pontifex Joannem, Æſinum Antiſtitem, cum hac epiſtola (*ap. Kat. ibid.*

hominibus firmiter, seu inviolabiliter observetur, data verborenus fide, seu manuali promissione facta, ipsam confirmare curarunt, ut ex hoc magis ac magis ad obediendum honestati, & pietati sint adstricti, & ut mores & actus eorum in melius reformentur. Sed quia cum volubilitate temporum voluntates etiam, atque proposita sæpius immutantur hominum; ne aliquis per suam inertiam, seu malitiam hujusmodi, decentem devotamque Fraternitatem dirumpere, seu rescindere in posterum valeat, seu præsumat; quod forsan evenire posset, si tamquam acephalus unus pro suæ viveret libitu voluntatis. Quamobrem pro memoriali desideratione præfatam Fraternitatem in scriptis redigentes, quatuor ex fratribus elegerunt, qui, salvo semper in omnibus Prælati jure, per spatium unius anni Rectores, Custodes, nec non provisores speciales prædictæ sint Fraternitatis, & omnium ac singulorum ad ipsam pertinentium Fraternitatem, quibus alii fratres in omnibus honestis, atque licitis, quæ ad conservationem honoris & libertatis hujus, & salutis eorum spectare dignoscerentur, sine omni contradictione, sub fide præstita, teneantur obedire. Isti quatuor summa cum diligentia dictent, ordinent & conscribant, quidquid eis videbitur, quod ad utilitatem fratrum & ipsorum libertatem sit proficuum & honestum.

Quæ autem scripserint aut statuerint, coram fratribus recitent, &, si omnibus placuerit, seu majori parti & saniori, imponantur cum aliis statutis in registro, & sub priori juramento firmius observentur, & sic, succedente tempore, in omni devotione recipiet Fraternitas incrementum. His etiam quatuor claves de communi scrinio as-

ibid. p. 1040) in Hungariam emisit: " Venerabili fratri Joanni, Episcopo Æsino. Etsi Romana Ecclesia, omnium Mater & magistra fidelium, circa salubrem Regnorum totius Christianitatis statum sollicitudinis studium gesserit diligentius; a longis tamen retro temporibus (*quibus Ritum unice Latinum stabilire quærebat*) circa statum Regni Ungariæ prosperum & votivum se cura pervigili & quadam solertia speciali attentam exhibuit & exhibere non cessat; & tam per Legatorum & Nunciorum missiones accommodas, prout temporum qualitas exigebat, quam alias etiam multiarie multisque modis laborare studuit, ut status ejusdem Regni, devotos soliti producere filios, pacificis & tranquillis successibus fulciretur, DEO gratius existeret ac salubrius haberetur, & utilis incolis dicti Regni: & ut fides Catholica, per quam cœlestis beatitudinis acquiritur gloria, radicibus solidis firmaretur, & stabilibus maneneretur studiis in eodem. Unde felicis recordationis Nicolaus Papa III, prædecessor noster, perducto ad ejus notitiam validæ turbationis discrimine, quod in Regno ipso, tempore quondam Ladislai, Regis Ungariæ, nuper sublati de medio, imminebat, & alia, quæ damnatis ausibus perpetrabantur ibidem, in derogationem non modicam fidei Christianæ, conculcationem ecclesiasticæ libertatis, & oppressiones multiplices Prælatorum, Ecclesiarum & Monasteriorum, & aliorum piorum locorum Regni prædicti, volens tantis & tam gravibus obviare periculis, & Cleri ac Baronum & populi ejusdem Regni dispendiis compatiens ex affectu; ad Regnum ipsum Ven. fratrem nostrum, Firmanum Episcopum, — cum plena legationis officio destinavit, ut indirecta dirigeret, errata corrigeret, & deformata prudentius reformaret, ac evelleret & destrueret vitia, plantaretque virtutes, ac juxta gratiam, a Domino sibi datam, hujusmodi periculis, obviaret, per cujus ministerium provisus & pro-

ſignentur, & Sigillum Communitatis eiſdem ſeu uni eorum committatur. Item prædicti quatuor ad celebrandam Fraternitatem de loco congruo provideant, & fratres per literas, ſub Sigillo communi conſcriptas, convocent; quos etiam ſub pœna ſtatuti convocare poſſunt, ac debent, cum fratribus ingruerit neceſſitas conveniendi, vel quoties eis videbitur opportunum; iidem etiam quatuor tollant, quæ ſunt tollenda, & juxta ſuas conſcientias, & ſub fide dicta fratribus diſpenſent pro utilitate, atque honeſtate Fraternitatis, prout eorum diſcretioni videbitur expedire, ita tamen, ut, anno eorum regiminis expleto, coram fratribus reddant de omnibus ſibi commiſſis, atque ab eis collectis rationem, claves quoque ſcrinii Communitatis, & Sigillum, & alia ſibi commiſſa reſignent. Ex tunc de communi conſilio iidem, vel alii quatuor eligantur ad officium, quod primi geſſerunt, honeſte & fideliter peragendum, qui ſimiliter pervigili cura ſtare, atque laborare pro negotiis nec non libertatibus fratrum ſint adſtricti.

De recipiendis ad Fraternitatem.

Primo itaque notandum: quod ex omnium Plebanorum voluntate atque ſtatuto nullus ad Fraternitatem recipi debet, niſi ſit Plebanus bonæ famæ, aut converſationis, Laicis plane excluſis, niſi forſan de communi conſilio fratrum in participationem orationum aliqui recipiantur: quibus tamen ſic receptis, eorum conſiliis, ſeu menſæ, non licebit intereſſe, niſi per fratres ſpecialiter ad hoc vocentur.

De

---

prudentiam circumſpectam multa, prout in partibus illis non habetur incognitum (*Cf. Not.* 73. *p.* 211. *Not.* 74. *p.* 212 - 220. *Not.* 88. *p.* 318 -), ad bonum & laudabilem ſtatum perſonarum eccleſiaſticarum & ſecularium dicti Regni ſtatuta & ordinata fuerunt, ocalis Divinæ Majeſtatis accepta & ipſi Regno ac ejuſdem habitatoribus fructuoſa, quorum aliqua per jam dictum Regem promiſſa & jurata fuerunt SUB OBLIGATIONE SUA & ETIAM DICTI REGNI. Sed idem Rex promiſſione, juramento & obligatione hujuſmodi omnino contemptis, prædicta non ſervavit, dum viveret, & ſe recognovit etiam non ſervaſſe, ſicut ea per patentes apparent apertius literas, quæ in archivo Sedis Apoſt. conſervantur. Propter quod in eodem Regno turbationes multiplices, diſſenſiones & ſcandala gravia contigerunt, & adhuc ſtatus ejus fluctuat & vacillat. Cum autem nos tam periculoſo ipſius Regni ſtatui, more pii Patris, compatientes ab intimis, te ad præfatum Regnum fiducialiter deſtinemus; Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad Partes illas te perſonaliter conferens, de ſtatu ipſius Regni ac ejus circumſtantiis & conditionibus univerſis, & qualiter in melius dirigi & ſalubrius valeat gubernari, fideliter, plene ac ſollicite informes, & nos, quibus Regni prædicti, utpote ad Romanam pertinentis Eccleſiam (*Cf. Not.* 94. *p.* 423. *s*), cura peculiaris incumbit, per te de ſtatu, conditionibus & circumſtantiis ſupradictis certificati tandem plenius & inſtructi, circa præfatum Regnum & ſtatum illius poſſimus ad laudem DEI & quietem fidelium utilius & efficacius providere. Dat. apud Urbem veterem, IV. Nonas Januar. anno III (1291). "

d) Sed enim tam Eugubini, ad Rudolphum expleta, & ulterior ejuſdem in Hungariam, metu Tatarorum ſimulato, ceſſans, quam altera Joannis, Epiſcoporum, de Hungariæ ſtatu, qui-

De Proviſoribus Fratribus, venientibus ad Fraternitatem.

Sciendum: quod a Proviſoribus quatuordecim diebus ante celebrationem Fraternitatis præmitti debet epiſtola ad convocandos fratres. Quod ſi per eos neglectum fuerit, & ex hoc fratres non venerint, pro quolibet non veniente ſolvent unciam A. *(Argenti)*: ſi apud quempiam fratrum literæ remanſerint, vel manendo nimium tardaverint, ſolvet totidem. Venientes itaque ad Fraternitatem unuſquiſque fratrum ſub pœna ſtatuti, ſolo famulo ſit contentus, præmunitus etiam ſuperpelliceo, nec chorum calcaribus, & ſine ſuperpelliceo intrare præſumat, honore invicem, & ſpiritualiter in Eccleſia prævenientes, ita ut ſeniores habeant locum primum, mediocres medium, & juniores ultimum. Nam & ſtatuta Patrum honorem ſenibus volunt impendi. Item mane veniant ita, ut omnes in prima Miſſa præſentes exiſtant.

XCIX.

Baſilius, Armenorum Archiepiſcopus Hieroſolymitanus, & alii, Fidelibus, ad Eccleſiæ Podolinenſis ædificationem concurrentibus, ſinguli ſingulas dierum quadragenas indulgentiales concedunt. Anno Domini 1298.

EX AUTOGRAPHO, quod A. 1728 ad Archivum Eccleſiæ Cracovienſis traductum eſt, per Parochum ejus temporis deſumtum.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, præſentes Literas inſpecturis: Nos miſeratione Divina Frater Baſilius, Armenorum Archiepiſcopus Hieroſolymitanus, Adam Marturanenſis, Laudo Sanctorum, frater Jacobus Gravinius, frater Romanus Stoctius, Stephanus

qualiterve in melius dirigi & ſalubrius gubernari valeat, Pontificem informaturi, mox inſtaurata, Legationes eo dirigebantur, ut, exauctorato Andrea, omnis Hungaria Occidentis Imperio ſubjiciatur. Auſtralis equidem Hiſtoriæ pars plenior (ap. Kat. ibid.) Hungariam, eodem cædis Ladislai & coronationis Andreæ anno, ab Alberto vaſtatam fuiſſe perhibet: " MCCXC. circa „ Nativitatem Domini Dux Auſtriæ, iterum, collecto exercitu, intravit Hungariam, & Ca„ ſtrum, quod *(ad dextram Danubii ripam in hodierna inferiore Auſtria ſitum)* „ Mons S. Viti *(Cf. p. 424. a)* dicitur, potenter expugnavit & obtinuit, prædam magnam „ duxit, & receſſit." Nicolaum pro Pontificem Alberto, Hungariam occupare paranti, aſſenſiſſe docent ſequentes ejuſdem Literæ *(ap. Dobner. Mon. T. II. p. 372)*: " Nicolaus -- dilecto filio, Nobili Viro, Alberto Duci Auſtriæ, ſalutem. --- Cariſſimus in Chriſto filius noſter

Rodul-

nus Kromer, frater Stephanus Balnevroegenſis, frater Lambertus Aquinas, Mathias, Weglenſis eadem Miſeratione Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paternæ gloriæ, quia ſua Mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementiſſima Majeſtatis illius benignitate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, dum eorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur cum Eccleſia B. M. V. de Podolino, Cracovienſis Diœceſis, quæ de novo conſtruitur opere ſumptuoſo, ad hoc ipſius Eccleſiæ non ſuppetant facultates, ut abſque fidelium conſilio & auxilio poſſit feliciter ad effectum deduci, Univerſitatem veſtram rogamus, ac in Domino exhortamur, quod de bonis, vobis a Deo collatis, pro dicto opere percomplendo, pias eleemoſynas & grata charitatis ſubſidia erogetis; ut per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ beatitudinis poſſitis gaudia pervenire. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad declaratam Eccleſiam in ſubſcriptis feſtivitatibus, videlicet Nativitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis Domini noſtri JESU CHRISTI, & Pentecoſtes, nec non Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis B. M. V. Gloriolæ, in feſtivitatibus Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium aliorum Apoſtolorum, & per ipſorum Feſtivitatum, & in Dedicatione ipſius Eccleſiæ ac Sanctorum Nicolai Confeſſoris, & Margarethæ Virginis Altarium, in eadem Eccleſia conſtructorum, cauſa devotionis & orationis acceſſerint, vel ad fabricam, aut quibuſcunque aliis ipſorum Eccleſiæ & Altarium prædictorum neceſſariis, manus porrexerint adjutrices, ſinguli noſtrum

ſingu-

Rodulphus, Rex Romanorum illuſtris, Pater tuus, nuper nobis per ſuas literas intimavit, quod poſt obitum quondam Ladislai, Regis Ungariæ, tibi & heredibus tuis, de conſilio & aſſenſu Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Regni ſui, in feudum Regnum Ungariæ duxerat concedendum. Licet igitur, fili, noſtræ intentionis non ſit, juri, ſi quod tibi in Regno ipſo competit, derogare; ignorare tamen te nolumus, quod dictum Regnum ad Romanam Eccleſiam, Matrem tuam, ab antiquo etiam dinoſcitur pertinere (*Cf. Not. 94. p. 423. s.*): propter quod circa illud aciem ſollicitæ conſiderationis extendimus, & de ſtatu ejus ſollicite cogitamus. Ideoque Nobilitatem tuam rogandam attente duximus & hortandam, quatenus pro Divina & Apoſtolicæ Sedis & noſtra reverentia, jura quælibet, ad nos & eandem Eccleſiam in Regno memorato ſpectantia (*quibus Prælaturarum ſub Andrea III. & Bela IV. uſurpata Latinis præciſe individuis collatio accenſeri debet*), per te vel alium ſeu alios (*Græco Ritui addictos*) non invadas, aut occupes, vel uſurpes, ſive aliquid (*contra Sedis Apoſtolicæ decreta*) facias in noſtrum & ipſius Eccleſiæ præjudicium & gravamen, quæ potius manutenere ſollicite, ac illibata & integra plenis favoribus ſervare te convenit, utpote ipſius Eccleſiæ ſpecialem filium & devotum. Sic ergo ſuper hoc precibus noſtris obtemperes, ſic noſtræ inſtantiæ acquieſcas, ut devotionem tuam dignis exinde in Domino laudibus commendemus. Dat. ap. Urbem vet. II. Kal. Febr. Pontif. noſtri anno III. (1291). "

*) Albertus, his paternæ collationis ac Pontificii conſenſus præſidiis munitus, opem, in aſſe-

rendæ

ſingulas dierum quadragenas de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino indulgemus, dummodo ad Diœceſanum Præſulem acceſſerint, & conſenſum præbuerit. In cujus rei teſtimonium præſentes literas Sigillorum noſtrorum munimine juſſimus roborari. Datum Romæ Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo octavo. Indictione X. die XXVIII. Menſis Martii, Pontificatus Sanctiſſimi Patris, Domini Bonifacii Papæ VIII. Anno quarto.

Nos Joannes, Dei gratia Epiſcopus Cracovienſis, ratas & gratas habentes præmiſſas Indulgentias præſentibus confirmamus, noſtrum Sigillum apponentes.

C.

---

renda juri ſuo Hungaria, Germaniæ Principum, ac, inter alios, Henrici, Bavariæ Ducis, ita ſollicitavit (*ap. Bern. Pez. Cod. Dipl. P. II. p.* 167): "Qvum vos ſitis imperialis corporis pars egregia; digne cor veſtrum concutit, quod Ungari (*Joannes utpote Comes Ferrei Caſtri, filius Henrici, Bani de Ungaria, cum ſuis Fratribus*) tranſcenſis limitibus (*quos Albertus relatæ quidem ad Comitatum Caſtri Ferrei & Stiriam, trans fluvios Feiſtritz & ſuperiorem Leitha; reſpectu autem Sopronienſis & Moſonienſis Comitatuum nec non Auſtriæ ad inferiorem fluvium Leitha extenſos habere cupiebat*), tyrannice devaſtant terram noſtram (*collimitaneam quippe* Stiriam Steuermark, *ideo ſic vocitatam, quod Hungaris jam olim* (Cf. N. 98 & N. 53 *p.* 104) *tributa ſolverint, & Comitatum Betſienſem* (*Cf. N.* 53. *p.* 101 *b* - *N.* 61. *p.* 129 *c. d. e. f*) *ſeu Vienuenſem, cujus nimirum terra antea limitem partim fluvius Feiſtritz & ſuperior Leitha, partim vero alter fluvius, Reiſenbach, Leithæ ad Ebenfurtum ac Fiſchæ ſupra homonymum Oppidum innexus, conſtituebat*). Sic ergo nobis ſuccurrite, ut, veſtro ſuffulti ſubſidio, conteramus exteras Ungarorum Nationes." Is Alberto reſpondit in hæc verba: Ad retundendam ſuperbiam Ungarorum, digne Germania tota conſurgit, quia per invaſionem finium Romani Regni (*Cf. Not.* 53. *p.* 101. *a. b. & N.* 61. *p.* 128. *a*) & filii Regis offenſi, qui una perſona cum ſuo Patre cenſetur, crimen læſæ Majeſtatis exaggerant in ſe ipſos, noſque ad ultionem tantæ præſumtionis uſque ad ultima noſtrarum virium accingemur." *Ratisbonenſem vero Epiſcopum his literis interpellavit:* "Apud Poetas ſerpens quidam latuiſſe deſcribitur in palude, cui, præciſo capite, naſcebantur triginta pro uno. De cujus origine credimus Ungaros proceſſiſſe, utpote, qui ſunt venenati per intimam malitiam, callidi per doloſam aſtutiam, & de manibus capientium, velut anguis lubricus, elabuntur; quique qvum a nobis contriti fuerint, poſt contritionem in majori numero denuo reviviſcunt, & de locis paluſtribus ebulliunt, tanquam ranæ. Rogamus tamen, ut pro eorum internecie nobis cum armis continuo veniatis. (*Negavit Epiſcopus auxilia his literis ap. Kat. l. c.*" Gens Hunnorum, quorum ſedes Ungari modo tenent, a propriis finibus caſtra movens, potenter tranſiit flumen Reni, terris & nationibus intermediis devaſtatis. Quare credi non debet, Regnum Ungariæ, extenſione ſuæ latitudinis alia Regna tranſcendens, poſſe conteri; quamvis forte valeat in extremitate aliqua ſuperari. Et anteceſſores veſtri, retro Principes (*Fridericum & Ottocarum, bello cæſos, intelligit*) infauſtos ſenſere ſucceſſus, ferocitatem Gentis illius ad prælia provocantes. Bela triumphalis, belli victricibus alis Enecat Auſtrenſes, ſtrato Duce, vel Stirienſes." f)

C.

Jacobus, Epiſcopus Scepuſienſis, medietatem Decimarum ſuarum (*Cf. Not. 71. p. 193*), ex villis Podolin ac Lubló & aliis, ex utraque fluvii Poprad parte interjacentibus, provenientium, Capitulo Eccleſiæ ſuæ perpetuo confert. Anno Domini 1299.

EX AUTHENTICO Tranſumto, inter acta Parochiæ Podolinenſis exiſtente.

JACOBUS, miſeratione Divina Epiſcopus Scepuſienſis, Univerſis Chriſti fidelibus, præſentium notitiam habituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Divini Conſilii altitudo incomprehenſibilis ad hoc Prælatos ſuper familiam Eccleſiæ ſuæ conſtituit Diſpenſatores, ut ſaltim ex ſagacis ipſorum diſpoſitionis beneficio, eidem opportunitatis tempore deſiderabilis menſura tritici largiatur. Nos itaque, qui largiente Domino ex Officii noſtri debito vice patrisfamilias fungimur, ſacræ juſſionis monitis totis viribus inhiantes, dignum, imo digniſſimum reputantes, cenſuimus, ut vobis prærogatitio locupletationis dono gaudentibus, dilecti in Chriſto nobis Filii, Capitulum Eccleſiæ noſtræ, conſolationis bravio non expertes, una nobiſcum æquæ locupletationis munere gratulemini. Proinde ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod Nos dilectis in Chriſto Nobis Filiis, Fratribus Capituli Eccleſiæ noſtræ, mediam partem Decimarum noſtrarum, villarum Podoliæ & Lublow, cum medietare

f) Andreas, intellectis grandibus his contra ſe apparatibus, generalem expeditionem adverſus Albertum, capitalem ſuum & Regni Hungariæ inimicum evocaſſe docetur editis Diplomatibus (*Cf. LXXXIV. p. 372. XCVII. p. 419*). Ita, quum Andreas Magiſtro Synka terram Aſguti erdő in Comitatu Sárosienſi A. 1300 contert, his illum verbis laudat (*ap. Wagner. in Diplomat. Sáros. p. 314*): " Quum exercitum validum moviſſemus contra D. Al-„ bertum, tunc Ducem Auſtriæ & Stiriæ, noſtrum & Regni noſtri inimicum capitalem, nunc „ (*ab A. 1298*) Regem Romanorum, ſemper Auguſtum, Patrem (*Socerum*) noſtrum „ cariſſimum, (*cujus nempe filiam Agnetem, Femina uxore, Zemoviti Cujaviæ Ducis filia, A. 1295 mortua, ſequente ſtatim anno duxerat*) idem M. Synka, --nobis & quibuſ-„ dam Baronibus-cementibus noſtris, laudabiliter dimicando, --- utpote miles ſtrenuus, adverſæ Partis „ aciei Theutonicorum impetum non formidans, nec multitudinem hoſtium expaveſcens, ante Ca-„ ſtrum Vienna letaliter exſtitit vulneratus. " Originem quoque belli hujus Andreæ in eo Diplomate, quo Donationes, Magiſtro Georgio (*Cf. LIII. p. 234 & LXIII. p. 272-*) a deceſſoribus, Hungariæ Regibus, factas, eodem plane cœpti & abſoluti belli anno 1291 confirmat (*ap. Wagn. l. c.*), luculenter exprimit: " Ad ultimum, *inquit*, quum exercitum

* genera-

tate Decimarum, ex utraque parte fluvii Poprad interjacentium, perpetuo & irrevocabiliter duximus concedendam. Ut autem hujus conceſſionis ſeries robur perpetuæ Firmitatis obtineat, præſentes Literas conceſſimus, Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum apud S. Martinum in Converſione S. Pauli Apoſt. A. D. Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono.

CI.

Literæ Fundationis, quibus Iordanus, Comes Saxonum, cedit Lapidem Refugii Carthuſianis, pro ædificando cœnobio. A. D. 1299.

EX APOGRAPHO, in Analect. Scep. P. I. p. 393. producto.

IORDANVS, Comes Saxonum, & Iurati, ac univerſi Iudices, cum tota Communitate Scyps. Univerſis Chriſti Fidelibus, præſentes Literas inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Divina nos edocent eloquia, ſacra teſtantur Evangelia, ut quævis fidelis anima, ſpretis tranſitoriis, inhæreat cœleſtibus, derelinquendo vitia, miſericordiæ opera & alia bona quælibet exercendo; præcipue tamen ſacrorum Cœnobiorum & Clauſtrorum numerum ſtudioſius augmentando, in quibus laus Divina crebre

Ggg colitur,

„ generalem contra Ducem Auſtriæ, qui confinia Regni noſtri devaſtaverat, & quædam Caſtra „ occupaverat (*Cf.* b. *fin. & d.*), tum capita eum Regni noſtri (*ob arrogatam ejus pro-*„ *prietatem*) inimicum moviſſemus; dictus M. Georgius ſe fortunæ caſibus ſubmittere non for-„ midans, in expugnatione caſtrorum de Auſtria fideliſſimos exhibuit famulatus, — maxime e-„ tiam, qvum ad girandum Civitatem Viennenſem quoſdam Barones & Nobiles Regni noſtri mi-„ ſiſſemus; ipſe M. Georgius ſuæ fidelitatis experientiam ibi ſe inculentius exhibuit & oſtendit. — „ Andream victorem adhuc IX. Auguſt ad Viennam conſediſſe, hoc Diplomatis fragmentum (*ap. Timon. Epit. Chron.*) oſtendit: „ Qvum a tempore incliti Regis Ladislai, cariſ-„ ſimi fratris noſtri patruelis, Dominus Albertus, magnificus Dux Auſtriæ & Stiriæ, confinales „ Partes Regni Hungariæ, ſibi vicinaliter adjacentes, collecta tunc potentia Patris ſui, Domini „ Rudolphi, incliti Regis Romanorum, plurimum devaſtaſſet, noſque circa regiminis noſtri „ principia de omnibus Regni Hungariæ climatibus exercitum generalem duxiſſemus convocandum, „ ad tantam injuriam propulſandam & Regni noſtri juſtitiam proſequendam, in toto Ducatu & „ Diſtrictu Auſtriæ, virtute cœleſti felici diplomate procedentes, nullius adverſitatis obice re-„ ſiſtente, præfatus Comes (*Baranyenſis*) Kemen, tanta ſe exhibuit bellorum efficacia virtuo-„ ſum, ut ab omnibus, dignis meruerit præconiis, commendari. — Dat. prope Viennam in „ Auſtria, in Vigilia B. Laurentii Mart. A. D. MCCXCI. " Etiam Omodeus Palatinus

„ (*Cf.*

colitur, & Chriſtus, Dei filius, pro ſalute vivorum & defunctorum ſalutifere immolatur. Hinc eſt, quod ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire: quod Frater Andreas, Ordinis Carthuſienſium, cum alio Confratre ſuo allecti, vocati & citati per viros discretos & devotos, ſcilicet: D. Heydenricum, Plebanum de Lyutscha, D. Verherum, Plebanum de Oderin, D. Martinum, Plebanum de villa Isaac, D. Hermannum, Plebanum de Lyubicza, & ceteros univerſos noſtræ Provinciæ Plebanos, una cum eiſdem Plebanis, ad noſtram accedentes præſentiam devotiſſime poſtularunt, quod ipſis locum quendam, Lethon nuncupatum, ſitum in terminis noſtræ Provinciæ (*verſus Comitatum Gömörienſem*), qui vulgariter dicitur Lapis Refugii, ſeu Speculationis (*Cf. XI. p. 50*), ad conſtruendum & ædificandum in eodem Clauſtrum, pro honeſtate ſui Ordinis conferremus. Nos itaque Congregatione Seniorum noſtrorum univerſorum facta, deliberatione

„ (*Cf. XXXVIII. p. 155. LXXII. p. 342 XCVII p. 423*) M. Benedictum cognatum ſuum A. 1295 (*ap. Wagn. l. c.*) ita celebrat: " Idem M. Benedictus, multis videntibus vulneratus, — quando D. Rex Suburbium Auſtriæ Civitatis famoſiſſimæ, ſcilicet Vienenſis Caſtri, incendio concremavit; ubi univerſa multitudo Theutonicorum & Svevorum contra armatam militiam ejuſdem D. Regis acriter pugnatum convenerat, quibus devictis, & turpiter fugatis, D. Rex gloriam obtinuit triumphalem. " —

g) Turótzyanus Anonymus (*Chron. P. II. Cap. 82*) bellum hoc breviter ſic attingit: *Andreas, anno ſecundo Regni ſui, cum exercitu maximo Auſtriam debellavit.* Fuſior Auſtralis Hiſtoriæ pars prienior (ap. Kat. l. c. pag. 1069) ſic habet: " Anno MCCXCI. Andreas, Rex Hungariæ, — collecto exercitu maximo & forti pugnatorum & ſagittariorum, ad æſtimationem LXXX millium, Cozlonum (*ex Hurgarica voce Kozló, qua graſſatorem* (Freibeuter) *intelligimus, ita olim Hungaris jam vero Germanis* Freu-Chor *dictorum*), Walachorum, Ruthenorum, Comanorum, Ungarorum, Septem Caſtrorum (*Cf. Not. 94. p. 406. c*) Auſtriam, nemine reſiſtente, potenter intravit, per internuncios Comites & Epiſcopos Caſtra ſua & Civitates, quas Dux Auſtriæ Albertus poſſidebat, humiliter & benigne repetens, & tanquam homo pacis, nec ipſum Ducem, nec terram ſuam voluntarie offendens; ſi Dux admiſſis ſuis petitionibus acquieviſſet. — Duce vero in ſua pertinacia permanente, dum nihil ei reddere vellet, Rex ad inſtantiam fuorum Comitum, (*Henrici filiorum*) a flumine, dicto Leitha, qui dividit utramque (*prout ſupra* (Cf. d.) *jam retulimus*) provinciam, uſque ad Civitatem Viennam -- -- prædis, incendiis & rapinis (*per ſuos Kozlones*) devaſtavit; inſuper quaſdam munitiones potenter expugnavit, obtinuit, & confregit: Eccleſias cremavit, viros & mulieres & parvulos, quos reperit, captivos duxit; ſegetes tempore meſſis tam per pabulum, quam per incendium & conculcationem pedum equorum ac hominum penitus devaſtavit. Et talis peſtilentia ſex ſeptimanis in terra iſta duravit, & multo deterius huic terræ fecit, quam Bela (IV), quondam potentiſſimus Ungarorum Rex, olim cum majori exercitu in terra iſta jacens (Cf. Not. 76. p. 294. a —) unquam fecerit. Tandem mediantibus Epiſcopis & Archiepiſcopis, ac Comitibus Ungariæ (*Banderiorum qvippe ſuorum Ducibus, ac præcipue Latinis, omni procul dubio a Nicolao Pontifice requiſitis*), qui deſtructioni terræ compatiebantur, videntes hominum miſeriam, Matronarum ac Virginum deſtra-

tio-

beratione matura præhabita, considerantes ipsorum petitionem esse justam & devotam; non detrimentum sed emolumentum salutare, tam corporaliter quam spiritualiter inferentem; de bona voluntate & omnium c nsensu totius nostræ Communitatis, eisdem Fratribus locum præscriptum cum suis pertinentiis, videlicet: silvis, pascuis, piscationibus, Belæ similiter ac Conradæ (*Hernadi*, Kundert, *Fluviorum*), agris cultis & incultis, quæsitis seu inquirendis, cum metis infrascriptis concessimus & contulimus perpetuo possidendum, ut ipsi ibidem, sicut petiverunt, pro honestate & utilitate Ordinis Carthusiensium, ad laudem gloriæ & honoris Altissimi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, Dei Genitricis, Sanctique Ioannis Baptistæ, nec non Sacratissimæ Margarethæ Virginis, ædificare valeant, & nos per hoc, ipsorum salutaribus orationum sanctarum suffragiis possimus in perpetuum consolari. Ne vero in posterum per nos, vel per nostros Succes-

---

tionem, virorum ex utraque parte stragem, totius terræ cottidie inflammationem, secundum verbum Psalte, dicentis, " *Dum superbit impius, incenditur pauper.*" pace inter Regem Ungariæ & Ducem Austriæ reformata, sub hac forma: quod Civitates & Castra, quæ ad Regnum pertinent Ungariæ, Regi restituerentur; quæ vero ad Comitatum pertinerent Comitis Ivani (*Cf. Not. 88. p. 343 s. & hic e*), confringerentur. Ratum & firmum ab omnibus acclamatur, captivi redire permittuntur; sicque ex utraque parte amici effecti, cum multis lacrimis præ gaudio ab Episcopis & Clericis sollemniter, Spiritus Sancti auxilio devote invocato, *Te Deum laudamus* alta voce cantato, epulati sunt pariter Principes, atque super sanctas reliquias ex utraque parte, firma pace & concordia juncta, lætanter reversi sunt ad propria. "

h) Sterilis hæc, debellato Alberto, capitali suo Regnique inimico, inter hunc & Andream confecta pax, Valachis plane, Ruthenis item & Comanis, nec non septem Castrorum (Cf. Not. 94. p. 406. c) Siculis ad generalem hanc Hungarorum expeditionem evocatis, aliquos Hungariæ Principum adeo afflixerat, ut concordia Regni domestica genuino intestino bello perturbata fuerit; alterum Andreas cum Rorando, Transylvaniæ Vajvoda, sub annum 1292 ipse confecit, alterum vero cum Henrici, Bani de Ungaria, filiis, in plures annos diffundebatur. Andreas Magistri Synka laudes (*Cf. d. init.*) ita prosequitur: " Item, qvum Rorandus „ Vajvoda & fratres sui, filii Thomæ, contra nostræ Majestatis coronam ausu temerario pro„cessissent, & Castrum eorundem, Adrianvara nuncupatum, inter alia Castra eorum expugnari „ fecissemus; idem M Synka, adhærendo nobis & Coronæ Regiæ, opus consvetæ fidelitatis & „ innatæ virtutis non deserens, similiter nobis cernentibus, sub eodem castro Adryan vulnera „ letalia supra se recepit." In eo autem Diplomate, quo Andreas terram Tseren, ad Regale prædium Zolyom pertinentem, anno 1300 IX. Kal. Septembris Comiti Paullo, filio Modats contulerat (ap. Kat. T. VI. p. 1241), ita loquitur: " Idem Paullus in diversis expeditionibus Regni nostri tam generalibus, quam particularibus, continue fidelibus Baronibus nostris adhærendo, & specialiter tunc, qvum, annotato exercitu nostro ad coercendam malitiam Joannis, filii Henrici, infidelis nostri, iviſſemus, sub Castro Közegh (*Ginsienſi*) in expugnat'one ejusdem Castri grave vulnus excipiens jaculo, cruore suo trajectus & confossus, acietiam sub Castro Sumeghiensi, quod Nicolaus, filius ejusdem Henrici, contra nostram detinebat Majestatem, pro fidelitate, nobis & Coronæ Regiæ debita, per graves ictus lapidum exstitit fauciatus." Denique in

alio

ceſſores de metis & limitibus ejuſdem Lapidis aliqua oriatur ambiguitas, ipſum decrevimus certis circumſcribere metis, & limitibus diſtinctis. Primo enim ſicut duæ aquæ, Conrada ſcilicet & Bela, dictum Lapidem per tria ſua latera circumdant & circumcingunt; ad quartum vero latus verſus Occidentem, prout murorum ambitus, ab una ſcilicet valle Belæ, uſque ad vallem alteram, videlicet Conradæ ejus Lapidis continetur. Extra vero muros ſæpefati montis, nos de noſtra terra, prædictis tantum addidimus, quantum pro pomœriis faciendis, & ædificiis pro Clauſtro conſtruendis, poſſit ſufficere abundanter. Ut autem hæc noſtra conceſſio & collatio, facta in generali Congregatione noſtræ Provinciæ, robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſentes dedimus Literas, Sigillo noſtræ Communitatis, & Sigillo D. Iordani, noſtri Comitis, roboratas. Datum & factum in Civitate Lyutſcha. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono. In die S. Michaelis. XII. indictione.

CII.

---

alio Diplomate ſuo, quod Nicolao, Magiſtro Pincernarum ſuorum & Comiti de Zathmar, filio M. Oliverii, dederat, omnia præmiſſa tria bella complectitur: " Qvum nos (*inquit ap. Kat. ibidem p.* 1151) poſt adepta Regni Hungariæ gubernacula, exercitum contra Ducem Auſtriæ & Stiriæ, tunc capitalem inimicum Regni noſtri, generalem miſiſſemus, idem M. Nicolaus, non ſine ſui cruoris effuſione, laudabiles impendit famulatus, ubi duo cognati ſui Ladislaus & Nicolaus nomine, ſunt miſerabiliter interempti. Præterea, cum contra Rorandum, Vajvodam & fratres ſuos, filios Thomæ, cum noſtra militiæ multitudine armatorum proceſſiſſemus, & caſtrum eorum, Adryau vocatum, faceremus obſideri; idem M. Nicolaus ſervitia nobis exhibuit gratioſa, ubi duo ſervientes ſui ſunt ſagittis vulneribus fauciati. Ceterum, qvum contra Joannem, filium Henrici Bani, infidelem Regni noſtri, cum valido exercitu acceſſiſſemus, & quidam de ſocietate ejuſdem ad explorandum exercitum noſtrum veniſſent, dictus M. Nicolaus unum de illis exploratoribus, Gregorium nomine, captivavit, quem prope Cupernium (*Kupernak, hodie Kapornak in Szaladienſi Comitatu*) puniri fecimus ſententia capitali. Datum per manus Ven. Patris D. Theodori (*Cf. LXXVIII. p.* 341).

1) Nec dubitamus Joannem, Caſtri Ferrei & Sopronienſem, Nicolaum Palatinum una & Simeghienſem, Henricum, Sclavoniæ Banum una & Szaladienſem, ac Petrum, Veſprimienſem una Epiſcopum (*Cf. Not.* 88. *p.* 342 *r. s.*) & Comites, Henrici, Bani de Ungaria filios, Hemonis Stilla Melicienſis olim Marchionis, e ſuperiore Oſterrichia (*Cf. N.* 61. *p.* 128. *b. c.*) cum ſuis Hungaris, Orozis, Geyſa connivente, a Leopoldo Bambergico expulſi, poſteros fuiſſe, atque ideo tam Comites hos, quam eorum Jobagiones, Græco potiſſimum Ritui olim addictos, jam vero Evangelicos, in præfatis quoque Comitatibus copioſe diſperſos (*Cf. Not.* 89. *p.* 348. & *p.* 388. *a.*), recuperandarum veterum ſedium ſuarum ſtudio, Auſtriæ Stiriæque, ab Hungaria ſejungendæ, tam pertinaciter, excitatis quoque inteſtinis adverſus Andream, Petro fratre ipſorum jam antea peremto, motibus obſtitiſſe, quin debellari potuerint, ut adeo Maria, Stephani V. filia horum ſeditionibus, quas pro parte ſua fovere noverat, confiſa, Hungariam his tabulis (*ap. Kat. T. VI. p.* 1084.) in præfatum primogenitum ſuum, Alberto æmulo refre-

CII.

Confirmatio ſuperiorum Literarum, facta per Iacobum, Epiſcopum Scepuſienſem. Anno Domini 1299.

EX AUTOGRAPHO, per Cl. Wagner. Anal. Scep. P. I. p. 394. producto.

NOS Iacobus, miſeratione Divina Epiſcopus Scypuſienſis, univerſis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis, cum paterna benedictione in Domino ſalutem. Quæ fiunt in tempore, ne cum labenti tempore ſimul collabantur, & ne oblivio, noverca omnium felicium actionum, hominum memoriam, ut turbo, diſſiparet; opportunum

frenato, transferre verita non fuerit: " Maria DEI gratia, Regina Jeruſalem, Siciliæ, & Ungariæ — Præſentis Privilegii noſtri tenore notum facimus univerſis — Quod Magnifico Principe D. Ladislao, illuſtri Rege Ungariæ, cariſſimo fratre noſtro, ab anno jam & ultra — ſublato de medio, nullis legitimis liberis ex eodem ſuperſtitibus, — turbato protinus ejuſdem Regni regimine, verſæ ſunt illic omnium manus ad ſpolia rapinas & ſtrages, adeo quod relegata juſtitia & judicio diſſoluto, ibi jam non juribus, ſed viribus decernatur. De quibus omnibus miſerabili pluries ejuſdem Regni fidelium *(Andreæ adverſariorum)* ad nos rumore perlato, volentes ejuſdem Regni ſtatum providere, ſive ſucceſſionis, ſive conſvetudinis, ſive electionis, ſive quocunque alio jure vel modo id competere dignoſcatur; Carolum, primogenitum noſtrum, Salernitanum Principem & Honoris montis S. Angeli Dominum, ad ejuſdem Regni Ungariæ ſedem & regimen, ac in ipſius Regni Regem, ex deliberato fidelium conſilio, eligentes, ac præeligentes, Regnum ipſum Ungariæ cum hominibus, vaſallis, — principatibus, marchionatibus, ducatibus, comitatibus, baroniis, civitatibus, caſtris, villis, — — & pertinentiis ſuis omnibus, tam intra, quam extra Regnum ipſum, ad idem Regnum ſpectantibus, prout prædictus frater noſter aut alii prædeceſſores noſtri prædicta omnia & ſingula tenuerunt, vel tenere debuerunt *(incluſis proinde avulſis quoque Partibus)*, viro Nobili Henrico, Comiti Vademont's, fideli noſtro, ad hæc ſollemniter conſtituto, recipienti, nomine ac pro parte prædicti Caroli, primogeniti noſtri, ac per eundem Comitem eidem Carolo & ejus heredibus, — legitime deſcendentibus in perpetuum, natis *(habebat enim jam filium Carolum Robertum, ex Clementina Rudolphi filia* (Cf. Not. 88. p. 324 c. & *p.* 91) *ſuſceptum, poſt multas difficultates ad ſolium Hungariæ tandem eluctaturum)* vel de cetero naſcituris, — concedimus, donamus, & tradimus, — eundem Comitem recipientem nomine ac pro parte ipſius primogeniti noſtri, exinde per Coronam auream & ejuſdem Regni vexilla ſollemniter inveſtimus, paternæ benedictionis gratia & mandato ſubjuncto, quod idem primogenitus noſter & heredes ipſius, ejuſdem Regni populos caritate cuſtodiat, juſtitia dirigat, ac pace diſponat. In cujus rei fidem, &c. Actum & datum Aquis in præſentia &c. Anno Incarnationis 1292. VI. Januarii V. Indictionis. "

k)

num nobis videtur, ut acta, modernarum cautione scripturarum certissime confirmentur. Hinc est, quod nos instigante, ac favente clementia Divina, & ad hoc Regia suffulti authoritate, dilectis nobis filiis, Fratribus Ordinis Carthusiensis, locum quemdam, qui Lethon dicitur, ac Lapis Refugii, seu Speculationis, situm in terra Scypusiensi, & ad famulandum, ac inibi ad laudem Dei, suæque Genitricis Virginis Mariæ, & S. Iohannis Bapt. nec non Sacratissimæ Virginis Margarethæ, & Claustrum construendum cum suis appenditiis --- libere contulimus, & hoc de consensu omnium Terrancorum (*Cf Not.* 51. *p.* 97.), jure perpetuo possidendum. --- Ut autem nostra hæc donatio, facta gratia

---

k) Nicolaum Pontificem, ad tollendam Hungarorum in Andream Regem suum, addicendamque primum Alberto, Austriæ Duci, hoc autem infeliciter decertante, Carolo huic Martello fidem conspirasse, partim priora (*Cf. p.* 428. *d.*) docent, partim ex Marco Dumaneo (*ap. Kat. l. c.*) Spalatensi Canonico discimus, ita scribente: " Tunc Carolus Martellus, assumens titulum Regis Hungariæ, *& pro tali habitus a summo Pontifice*, requisivit Spalatenses, ut ipsum recognoscerent pro Rege Hungariæ, & ipsi fidelitatem jurarent. " Sed quia juraverant fidelitatem Andreæ, jam Corona Hungariæ insignito, respondebant, non posse illam jurare alteri. " Venerat quippe cum exercitu Henricus, Comes Vademontius in Dalmatiam, semet cum Joanne ac fratribus ejusdem conjuncturus, & Regnum Hungariæ pro parte Caroli Martelli recepturus; verum Andreas, Vademontii consilia præveniens, primo Joannem ad Kapornak (*Cf. g. fine.*) fudit, dein vero ad Zagrabiam, ubi hoc anno 1292 quarto Kal. Junii Capitulo Zagrabiensi (*ap. Kercbel. Hist. Eccl. Zagr. p.* 94.) ob eximiam in Regem legitimum fidelitatem fori Zagrabiensis tributum integrum donaverat, cæso superatoque Caroli Martelli exercitu (*Cf. Kat. ibid. p.* 1091 & 1102) Vademontium profligavit. Pari liberalitate „ Comitem Bogemerum de Szent-Iványi (*ut Cl. Millerus Diss. de Andrea III habet*), propter fidelia servitia, ad Viennam contra Albertum, & alibi contra Carolum, capitalem Regni & Regis inimicum, præstita, Anno 1293 remuneratus est. " Ita Cœlestinus V, Nicolai Successor, non Andream, sed Carolum Martellum pro Rege Hungariæ, licet Regni possessionem nunquam adiverit, habuisse, docetur ex eo „ quod Sandinus in vita Cœlestini (*ad A.* 1294) hæc referat: " Aquilæ consecrari voluit, quam urbem init asello vectus, Regibus Siciliæ (*Carolo Claudo*) & Hungariæ (*Carolo Martello, ejus filio*) præeuntibus ad frænum. "

l) Etiam Bonifacius IV, Cœlestini successor, Regiam Andreæ dignitatem haud agnovisse probatur his Literis (*ap. Kat. ibid. p.* 1217.), fere biennio ante hujus mortem datis, in hæc verba: " Electo Strigoniensi (*Gregorio, Albensi Transsilvano* (Cf. Prav. Hier. P. II. p. 256) *antea Præposito & Regio V-Cancellario, Cf. XCV p.* 414. *XCVII. p.* 424). Porrecta nobis ex parte Nobilis Viri Joannis (*talem Nicolaus Pontifex titulum* (cf. d.) *Alberto quoque, Austriæ Duci, dederat*), Comitis Ferrei Castri, Jaurinensis Diœcesis, nati quondam Henrici, Bani de Ungaria (*ideo ita dicti, quod Sopronienſem, Castri Ferrei, & Szaladienſem Comitatus* (Cf. Not. 86. p. 310. n. o, Not. 87. p. 313. o, Not. 88. p. 320. b, f. m.) *cum Stiria, Carinthia & Carniolia olim colligatos, Otocari nomine*

tia Regis mediante, ac Fratrum noſtrorum, ut ſuperius memoravimus, conſenſu accedente, inviolabilis, ſeu irrefragabilis jugiter perſeveret, has literas contulimus pendentis Sigilli munimine firmiſſime communitas. Hujus rei teſtes ſunt: D. Haimricus, Plebanus de Leutſcha, D. Verherus, Plebanus de Oderino, D. Martinus, Plebanus de Villa Iſaac, D. Hermanus, Plebanus de Lubitz nec non Lutſcha (*villæ ſcilicet ſpeculatorum, Leibitzio vicinorum, vetuſtiſſima turri ſeu caſtello hucdum conſpicuæ, quam Hungari* Eur, *Slavi autem, velut minorem e duobus, Leutſchoviæ filialibus, elevatiori amnis Popradi, e regione Oppidi Montis S. Georgii & infra Kéſmarkinum, ripæ impoſitis, excubiarum locis, ſpeculam, diminutive* Etrafa, *vocitarunt. Cf. LXXXIX. p. 394.*), Magiſter Gothifredus, Terræ Protonotarius, cum omnibus aliis Terræ conjuratis. Datum apud S. Martinum, in Eccleſia Cathedrali. A. D. Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono. XIV. Kalend. Ianuar.

CIII.

Andreas III. Svethoni Florentino, Baldi, Comitis de Scepus, Nepoti, quod nullis æmulorum ejuſdem, ſicut Caroli, Siciliæ Regis, ac filiorum ſuorum machinationibus & pollicitationibus depravari potuerit, poſſeſſionem Sebes, in Comitatu Sáros exiſtentem, confert. Anno Domini 1300.

EX AUTOGRAPHO, per Cl. Wagn. Anal. Scep. P. I. p. 115. producto.

ANDREAS, Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ &c Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Perſonam decet ſublimium, & Majeſtati congruit principantis, meritis ſubjectorum proſpectis, manus eis porri-

mine gubernaverit, ac bona parte poſſederit), petitio continebat, quod, qvum ipſe olim (*A.* 1291 *cf. p.* 426. *c*) Venerabili Fratri noſtro Joanni, Auximano (*vel Æſino*) tunc Epiſcopo, & in Partibus illis Apoſt. Sedis Nuncio, fidem (*aſſumpto Ritu quoque Latino*) & devotionem, S. Romanæ Eccleſiæ debitam (*in conſtituendo per ipſam Hungaris Rege*) obſervare cum reverentia promiſiſſet, ita quod nulli, tanquam Regi Ungariæ pareret, (*cum tamen Andreæ eodem adhuc Menſe Julio anni prioris* 1290, *quo Ladislaus indigna nece ſublatus erat, coronatus Hungariæ Rex jam fuerit.*), aut intenderet, ſeu obediret, niſi deſtinato (*qui tum Albertus erat*), ſeu approbato a Sede prædicta; quia tamen obe-

porrigere largitatis, ut ſatisfiat & gratiæ, quum pro meritis impenditur, & digne reſpondeatur accipientibus, cum eis gratia non negatur. Proinde ad univerſorum, tam præſentium, quam futurorum, notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod, quum Magiſter Svetho, filius Gerardi. de civitate Florentina oriundus, de genere Cyprianorum, Nepos Bald, comitis Scepuſienſis (*Cf. LXXVI. p.* 355.) dilecti ac fidelis noſtri, familiaris juvenis noſter (*quales Curtius Regiam puerorum cohortem, in Aula Regia educari ſolitam, vocat*), a primo adventu noſtro in Regnum noſtrum (*Cf. Not.* 88. *i. p.* 329. *i*), videlicet tempore Ducatus noſtri, antequam Regni gubernaculum adepti fuiſſemus, ac ſacro diademate coronati, & etiam poſt coronationem noſtram uſque ad hæc tempora a primævis, imo puerilibus ætatis ſuæ temporibus, ſemper, ac indefeſſe noſtro Regio adhærens lateri, diurnis ac nocturnis obſequiorum ſuorum fideliſſimis famulatibus, gratis nobis & acceptis, multis modis ac multifarie meruit complacere in tantum, quod in ipſius ſervitiis noſter conquievit animus miro modo, nec

---

obedientiam & reverentiam Andreæ, qui Rex Hungariæ (*ab Hungaris*) nominatur, ignorans ipſius (*velut Adminiſtratoris, donec nempe Carolus Robertus* (cf. p. 436 i) *ſeptennis tunc puer, adoleverit*) regimen (*Carolo Martello, prout Chron. Clauſtroneoburg. perhibet, Rege Siciliæ & Ungariæ MCCXCV. una cum* (Clementina) *uxore ſua, ſorore Alberti, Ducis Auſtriæ* (in Ducatu Apuliæ), *peſtilentia exſtincto*) per eandem Sedem approbatum, noluit exhibere tam idem Nobilis Vir, quam ſui complices & fautores (*ad exauctorandum Andream, & Carolo Martello antea, jam vero hujus filio Carolo Roberto favendum inducti*), per bonæ memoriæ Lodomerium Archi-Epiſcopum Strigonienſem (*circa initium prioris anni* 1298 *mortuum*), & Jaurinenſem (*Theodorum, Andreæ Regis V. Cancellarium, Cf. XLII. fin. p.* 198. *LXXVII. p.* 341 *LXXXII. p.* 361) & Veſprimienſem (*Benedictum, Reginæ Cancellarium Cf. LXXVII. fin. p.* 342) Epiſcopos & alios Suffraganeos fuerunt authoritate ordinaria excommunicationis ſententia innodati: quare (*Carolo Roberto, legitimam ætatem proxime ingreſſuro, Cf. Turótz P. II. C.* 82. 83) ex parte ipſius Nobilis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut ſibi & eiſdem complicibus & fautoribus de abſolutionis beneficio provideri miſericorditer faceremus. Nos igitur, ipſorum ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, per te, vel per alium, præfatos Nobiles, complices & fautores, a dicta excommunicationis ſententia ad cautelam juxta Eccleſiæ formam abſolvas, injungens eorum cuilibet, quod pro ipſorum ſalute tua diſcretio eis viderit injungendum. Datum Laterani IV. Idus Martii, annò V. (1299)"

Subjungimus Diploma, quod reſpectu Seculi hujus ad explendam, alibi (*Not.* 85. *p.* 154 - 221 - & 262 -) datam fidem, adhuc reſiduum eſt.

K.

nec variis fortunæ casibus, aut quibusvis temporibus, prosperis & adversis, a nostro latere se subtraxit, sed cumulando merita meritis, tempora temporibus, juges, ut præfatum est, exhibuit famulatus, quod longum effet per singula enarrare. Ad hæc etiam, dum quorundam nostrorum æmulorum, sicuti Regis Karuli & filiorum suorum, perversæ machinationes erga nos, sincerum, devotum ac fidelissimum animum ejusdem Sveth in ætate juvenili viriliter constantem, nullis precibus nullisque rogationibus, vel aliquibus pollicitationibus immutare valuissent, in possessionibus suis ac hereditate, quas habere dignoscitur in Districtu Florentino, non parcens rebus & hereditati suæ, multa & vix numerabilia damna, ac jacturas in suis facultatibus per præfatum Regem Karulum & filios suos (96) passus fuit. Nos consideratis & in memoriam revocatis tot ac tantis

Hhh fide-

Errorem, quo isthic Diploma Lorandi, pag. 262 sub H. relatum, repeti debuisset, sub correctura prima opportune observantes, disjectis literis, jam collectis, ita corrigere coginur, ut aliud Belæ IV, per RR. D. Katona Hist. Regg. T. VI. p. 275. ex autographo manuce productum, velut ad Scepusium pertinens, ejus loco substituamus.

K.

Bela IV. terram Kaldbach, hodie Kolbach, hospitibus suis de Scepus, vel Suburbio, aut Szepesváralljensibus, confert. Anno Domini. 1258.

BELA, DEI Gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex. Omnibus, presentes Literas inspecturis, salutem in Domino. Regie convenit Majestati, ut, siqua a suis fidelibus recipit, que sibi utilia esse conspicit, eisdem postmodum respondeat in consimili vel majori. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire: quod nos terram Ade, Igenet & Ambrosii, filiorum Petri, — beth (*melius Kaldbach Cf. XXXVII. p. 151*) vocatam, quam iidem fideles nostri jure hereditario possidebant, videntes, eandem esse utile m hospitibus nostris de Scepus (*utpote Suburbio, vel Scepusio - Subarcensibus*), ab ipsis auferendo dictam terram, predictis hospitibus nostris duximus conferendam. Quibus super facto ejusdem terre Regia liberalitate pensantes, eisdem de terris Castri Zemlun terras, Rozuad & Zerus nuncupatus, vacuas & habitatoribus penitus destitutas, exemtas a Castro Zemlun, in ejusdem terre concambium duximus conferendas, in ipsorum & filiorum suorum potestate perpetuo duraturas. In cujus terre possessionem corporalem predictos per Michaelem, tunc Comitem de Sarus, fecimus introduci. Quarum quidem mete, prout in Literis ejusdem Michaelis Comitis continebatur, hoc ordine distingvuntur: — — In cujus rei memoriam & perpetuam firmitatem. — — Datum per manus M. Smaragdi, Prepositi Albensis, Electi Colocensis — — Anno Domini *Millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo*. III. Non. Julii, Regni autem nostri anno XXIII.

96) Ulteriora hujus quoque Regis, Andreæ III, fata isthic referenda sunt:

a) Carolum Martellum, pestilentia, ut retulimus, exstinctum, secutus est Joannes ex

Pre-

fidelitatibus & meritoriis ſervitiis ejuſdem, cum Nobilibus viris, ſcilicet: Georgio, filio Simonis (*Cf. LXIII. p.* 272. *N.* 88. *p.* 344. *t.*), Comite de Zobolch & Caſtellano de Potok (*Cf. N.* 17. *p.* 34. *a. b. &* 42. *p.* 79), ac fratribus ſuis dilectis, fidelibus noſtris, ipſum Magiſtrum Svethonem juxta decentiam & honorem noſtræ Regiæ Majeſtatis ſolennem fecimus contrahere parentelam (*per connubium*), & ne ipſe ad ſupportandum onus ſervitii, nobis exhibendi per eundem in futurum, & ad conſervandum inter præfatos Nobiles cum honore, vacuum ſe ſentiat ſeu inanem, licet majora mereatur, in aliqualem tamen recompenſationem ſervitiorum ſuorum pariter ac damnorum, ſuperius relatorum, quamdam terram ſeu poſſeſſionem Caſtri noſtri de Saarus, Sebus vocatam, cum omnibus utilitatibus & pertinentiis ſuis univerſis: villis ſcilicet, pratis, ſilvis, aquis, molendinis ac aliis, ſub eiſdem metis & terminis, quibus antea limitata fuerat, & poſſeſſa, ipſi Magiſtro Svethoni, & ejus heredibus, heredumque ſuorum ſucceſſoribus dedi-

---

Præpoſito Zagrabienſi ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, 13. Octobr. 1295 mortuus, qui partes Caroli Martelli, qvum e contrario Capitulum Andreæ Regi ſtuderet (*Cf. Pray. Hier. P. II. p.* 342.) egregie tuebatur, hinc diſſidia utrinque orta, quæ honori Epiſcopi multum derogabant. Andreas igitur Michaelem, ne a Bonifacio Pontifice alium, qui Caroli Roberti partibus denno adhæreret, Epiſcopum creaturo, præveniretur, illico poſt Joannis obitum denominavit. Fennena Regina (*LXXVIII. p.* 342), eodem perinde anno decedente " Andreas, ut thronum ſuum ſtabiliret „ (*Haſelbachii ap. Kat. T. VI. p.* 1148 *verba ſunt*); Agnetam, Ducis Auſtriæ filiam „ (*opera quoque Jacobi, Cypſenſis Eppi, prout ex Lindio* (ap. Wagn. An. Scep. P. III. p. 18) „ *eruitur, uſus*), petiit matrimonialiter ſibi jungi. " Nuptias ante ſacrum verni jejunii tempus celebratas fuiſſe, plenior Auſtralis hiſtoriæ pars (*ibid.*) ita docet: " MCCXCVI. ante carnis privium Andreas, Rex Ungariæ, cum magna ſollemnitate duxit uxorem, filiam Domini „ Alberti, Ducis Auſtriæ." Dotis, eidem aſſignatæ, Haſelbachius ita meminit: " Cui Pater in dotem „ XL. millia marcarum argenti tradidit, imo verius paraphernalia; Rex vero Andreas pro refuſione præmiſſorum dominium Oppidi Poſonienſis, una cum Schütte e regione, conſignavit. " Affinitas hæc Iwanum, ſive Joannem, & fratres ejuſdem, qui hac ratione ſpem poſſeſſionis recuperandæ Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæque præcidi videbant (*Cf. Not.* 95. *p.* 435 *b. i*), uſque adeo commovit, ut novis Regnum adverſus Andream & Albertum turbis involveretur; qvum Joannes quidem ætate gravior, filium æque Joannem, in Auſtria; Henricum vero Banum, fratrem ſuum, in Croatia; & Ugrianum, filium Pochi de Wylak (*Cf. Turſtz. C.* 82. 83) in Stiria & Carinthia; pluresque alios, in Hungaria graſſaturos, concitaſſet. Henricum equidem Banum adverſus Andream arma commoviſſe patet ex hiis Kerchelichii (*Hiſt. Eccl. Zagr. ap. Kat. ibid. p.* 1212) verbis: " Eodem anno 1292. Georgius Grubeſſa Capitulo Chaſmenſi „ coram Conventu Dominicanorum Chaſmenſium poſſeſſionem ſuam Mercurenche cedit, ceſſitque „ *in refuſionem damnorum, quando Henrico Bano, contra Regem* (*A.* 1296) *procedenti, cum ſuo fratre Matthæo adhæſit, & in Chaſman irruit.* Comes quoque „ Hudina jus ſuum, quod in eadem poſſeſſione haberet, cedit Michaeli Epiſcopo, *quod ad paupertatem ex diſturbiis redactus, ab eodem Michaele Epiſcopo benigne ſuſceptus & alitus fuerit.* " Diſturbia hæc annum 1296 reſpicere conſicitur etiam ex pleniore Auſtralis hiſto-

dedimus, donavimus & contulimus jure perpetuo & irrevocabiliter poſſidendam, prout etiam prius, mediantibus literis noſtris petentibus, duxeramus conferendam, ita quod eandem poſſeſſionem Sebus poſſidendi pro ſe & heredes ſuos, cambiendi, ſeu permutandi, vendendi, legandi in vita & in morte, locandi & tranſferendi plenam & liberam ex nunc, ut voluerit, aut cuicunque voluerit, habeat facultatem, verum etiam prærogativam ſibi duximus conferendam, decocto ac maturo conſilio Prælatorum pariter ac Baronum noſtrorum, eidem Svethoni & ſuis heredibus faciendam, quod, quia ipſe novus incola in Cœtum Nobilium eſt ingreſſus, ignorans mores & conſvetudines Regni noſtri, ibi quodammodo peregrinas, ac ignotas, eundem Sveth, ac populos ſuos, in eadem poſſeſſione Sebus congregatos, & in futurum congregandos, nullus Palatinus, vel Vice-Palatinus, nullus Parochialis (*Supremus*) Comes, (*populariter Ispán dictus*) vel Curialis Comes (*Udvar Birò* Burg-Graf, *Caſtri utpote Sáros, quod Regium erat*) nullusque Iudex, quovis vel qualicunque nomine cenſeatur,

---

hiſtoriæ parte, quæ (*ap. Kat. ibid. p.* 1211) ad eundem annum hæc refert: "MCCXCVI „circa Solſtitium (*brumale*) verbum verum B. Auguſtini impletum eſt, dicentis: *Impoſſibile* „*eſt bene mori, qui male vixit.* Item: *Fine malo claudi ſemper mala vitæ meretur.* „Nam filius cujuſdam Ungari, Comitis Ivani, homo malus, prædo peſſimus, ſicut multis annis „exſtitit Pater ejus (*una cum ſuis complicibus a Lodomerio* (cf. p. 4. l.) *fulmine ſacro* „*percuſſus*) Divina ultione (*naturali quoque*) ictu fulminis mortuus eſt. Sic Auſtria liberata „eſt ab eo."

b) A. MCCXCVIII. (*ita pars plenior Auſtral. hiſt. ap. Kat. ibid. p.* 1185) Poſt octavam Purificationis B. V. convenerunt ad Ducem Auſtriæ in Vienna Illuſtris Rex Ungariæ Andreas, Magnificus Venceslaus, Rex Boemiæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgenſis, Dux Opoliæ, Dux Opaviæ, — & alii quam plures Nobiles, Barones, Miniſteriales & Milites; Epiſcopus Baſilienſis, Conſtantienſis, Olomucenſis, Patavienſis, Electus Archiepiſcopus Strigonienſis (*Gregorius* (cf. p. 438. l.), *quem Andreas perinde mox, ac Lodomerius deceſſerat, ex Electo Albenſis Eccleſiæ Tranſſilvanæ Præpoſito & V-Cancellario ſuo Eccleſiæ Strigonienſi præfecit*), Epiſcopus Jaurinenſis (*Theodorus*), Pragenſis, Friſingenſis, Veſprimenſis (*Benedictus*), de Quinqueeccleſiis (*Paulus, qui jub Ladiſlao IV. Adminiſtrator duntaxat* (Pray Hier. P. I. p. 245. b) *fuiſſe legitur*), Seccovienſis, — A. Epiſcopus Colocenſis (*Joannes, una Regius Cancellarius*), Epiſcopus Vazenſis, Antonius (*rectius Andreas*) Epiſcopus Erloenſis (*Agrienſis*), Ordinis Fratrum Minorum, & alii quamplures perſonæ ſollemnes, Abbates, Præpoſiti, Canonici & Comites Ungariæ multi (*exceptis tamen Ivano, ſuiſque complicibus, Andreæ Regi obſiſtentibus, velut aliquam excommunicatis*). Et venerunt cum tanta multitudine Ungarorum & Cumanorum (*ſub quorum prioribus Latinos* (cf. N. 88. p. 348. v.), *poſterioribus autem Græco-Catholicos intelligimus*); quod vix poterant invenire hoſpitia in civitate; immo civitatenſque extra parietes civitatis receperunt ſe cum equis ſuis in cubiculis & ſtabulis & cameris, — — In eadem ſeptimana feria IV. copulavit Rex Hungariæ filiam ſuam (*Eliſabetham, ex Fennena ſuſceptam, Venceslao*) filio Regis Boemiæ, cum ingenti tripudio & ſollemnitate, ut decem tantus Præſi-

præter Regiam noſtram perſonam, vel noſtrorum ſucceſſorum audeat, vel præſumat judicare. Quod ſi quicunque aliquid actionis contra eoſdem Sveth ac populos ſuos habuerint, nos in reddenda juſtitia & ſatiſfactione plenaria promtos inveniet & paratos. Nec hoc prætermittimus, quod, ſi poſſeſſionem, ſeu terram, Palocha vocatam, juxta Scepus (*Juris Regii Diſtrictum*) in confinio Polonorum (*intercedentibus Carpatorum jugis late diffuſo, Cf. N.* 85. *p.* 274. *a. & p.* 285. *k.*) exiſtentem, ipſi Svethoni mediante Privilegio noſtro ſimiliter perpetuo contulerimus, ex tunc dictam terram, ſeu poſſeſſionem Sebus, liberam habebimus auferendi facultatem ab eodem. In cujus rei teſtimonium & perpetuam firmitatem præſentes conceſſimus literas, duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus diſcreti Viri Magiſtri Stephani, Archidiaconi (*Lectores Græci Ritus Capitulorum hodiedum ita vocantur*) de Alba Iulæ, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, A. D. Milleſimo trecenteſimo. V. idus April. Regni autem noſtri anno X.

CIV.

---

pes; & tota terra gaviſa eſt de pace & concordia tantorum Principum, Deo referentes gratiam & gloriam. — His omnibus rite & honeſte peractis, Dux Auſtriæ potenter cum adjutorio cunctorum Principum & Nobilium ſupraſcriptorum, vallatus ingenti exercitu, perrexit ad Rhenum contra Regem Romanorum (*Adolphum*), -- -- in capite jejunii -- -- & in vigilia B. Joannis Baptiſtæ, facta electione, Albertus, Dux Auſtriæ, in Regem Romanorum eſt electus. " Belli hujus, ad Rhenum geſti, Andreas Rex in Donatione, quam Comiti Paulo, filio Modáts contulerat (Cf. p. 435. h), merita ejuſdem referendo, ita continuat: Maxime autem eo tempore, quo Magiſtrum Demetrium, Comitem de Zolyom, dilectum & fidelem noſtrum, in ſuccurſum Domini Alberti, Regis Romanorum, ſemper Auguſti, Patris noſtri cariſſimi, tum Ducis Auſtriæ & Stiriae, contra Odolphum, quondam Regem Romanorum, miſiſſemus, cum eodem Magiſtro Demetrio juxta fluvium Hreni in bello campeſtri contra ipſum Odolphum Regem, ſolitæ probitatis ſuæ viam non deſerens, viriliter dimicando, mortis periculum non formidans, cum effuſione ſanguinis nobis laudabiles, gratos & acceptos impendit famulatus; ubi, eodem Rege capto crudeliterque interempto, ipſe Dominus Albertus, Rex Romanorum, Pater noſter cariſſimus, triumphum obtinuit glorioſum. " — Addere adhuc juvat Chronicon Colmarienſe, quod (*ap. Kat. ibid. p.* 1188.) ſic habet: Dux Auſtriæ (*Albertus ab aſſequenda Hungariæ corona* (cf. N. 95. p. 430. e. f. g) *remotus, Bonifacii utique, Hungariam Carolo attribuere ſatagentis, inſtinctu, a Gerardo, Moguntinen. Archi-Epiſcopo, ad Occidentis Imperium ſibi aſſerendum*) vocatus, cum infinita multitudine Ungarorum & Cumanorum venit, qui omnes pugnare cum ſagittis & arcubus conſueverant. "

c) Bonifacius quippe Pontifex, edita Romæ VI. Kal. Martii A. 1297 Bulla, normam in Regno Siciliæ ſuccedendi (*Raynald ap. Kat. ibid. p.* 1165) conſtituerat, virtute cujus Regnum Siciliæ non Carolus Robertus, Martelli filius verum Robertus, hujus frater, illius patruus, a morte Caroli Caudi obtinere debebat. Ut igitur Hungaria tanto certius Carolo Roberto aſſeratur, avia ejus Maria, ipſeque Pontifex cuncta diligentiæ præterm'ſerunt. Exemplo inter alia eſſe poteſt Petri ad Spalatenſem Archi-Epiſcopatum, Jacobo Electo, quod una cum Dalmatis Andreæ faveret, ac Ritum mutare nollet, ad reſignationem inducto, violenter inſtituta promotio,

id

CIV.

Andreas III. Marcum, Canonicum Scepuſienſem & Fratrem ejus, ob multiplicia fidelia, tam intra quam extra Regnum (*Cf. XCVII. p. 419*) præſtita, ſervitia ab omni Comitum & Caſtellanorum de Scepus jurisdictione eximit, ac Regium inſuper conſenſum elargitur, ut de terra ſua Korothnuk libere diſponere poſſint. A. D. 1300.

EX AUTOGRAPHO, inter Privilegia Illuſtris Familiæ Korotnokyanæ habito.

ANDREAS, Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus quam futuris, preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in eo, qui eſt vera ſalus.

id quod ex hac Bonifacii Epiſtola ſatis (ibid. p. 1160) elucet: " Petro, Electo Spalatenſi. Quum Eccleſiarum omnium Romana, Domino diſponente, ſit Mater, ſic eam præeſſe oportet in ſollicitudine univerſalis regiminis, præſertim illis (*Eccleſiis*), quæ poſſent ex diutinis vacationibus gravia incurrere detrimenta; & diſtributis affectibus pro varietate cauſſarum intendat, per creditæ diſpenſationis (*in conſtituendis quoque Archi- & Epiſcopis*) officium, commodis ſingularum, ne per aliquos divinæ domus inobſeratos aditus in gregis perniciem lupi (*ſub quibus iſthic etiam Epiſcopos, a Ritu Latino alienos, intelligi rerum adjuncta evincunt*) pro paſtoribus, aut in peſtem domeſticam hoſtes (*Andreæ ſcilicet fautores*) pro hoſpitibus inducantur. Sane Spalatenſis Eccleſia, dudum (*a biennio*) viduata paſtore, licet in ea de dilecto filio Jacobo, Archidiacono (*quos Latini hodie Lectores vocant*) ipſius Eccleſiæ, fuerit electio (*Andrea conſentiente*) celebrata; quia tamen infra tempus, a jure ſtatutum, idem Archidiaconus non fuit negotium electionis hujuſmodi (*ſuo ad Latinum Ritum tranſitu*) proſecutus; dicta electio juribus, ſi quæ habuit, exſtitit vacuata: & nihilominus poſtmodum idem Archidiaconus jus, ſi quod ſibi ex electione hujuſmodi competebat, in manibus Ven. Fratris noſtri G. Epiſcopi Sabinenſis, de mandato noſtro reſignationem ſuam recipientis, libere (*priuſquam Ritum mutare debeat*) reſignavit. Nos igitur, qui circa viduatas Eccleſias continuæ attentionis oculis vigilamus, volentes eidem Eccleſiæ, ne damna ex longa vacatione fabiret, ſalubriter providere, te, Fratrem Ordinis Minorum profeſſorem, Capellanum cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ, Reginæ Siciliæ illuſtris, cui de vitæ munditie, religionis Zelo, diſciplina morum, circumſpectione provida & providentia circumſpecta, laudabile teſtimonium perhibetur, de Fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, eidem Eccleſiæ Spalatenſi in A-Epiſcopum præficimus & paſtorem. — Reverenter itaque ſuſcipe jugum Domini -- manumque mittens ad fortia, curam & adminiſtrationem ejuſdem Spalaten. Eccleſiæ prudenter exequi ſtudeas, & gregis, tibi commiſſi, cuſtodiam proſequi diligenter, ſolerter & conſtanter, oppoſiturus te murum pro domo Domini aſcendentibus ex adverſo, ut laudabi-

Ad univerſorum noticiam tenore preſencium volumus pervenire: quod diſcretus vir, Marcus Presbyter, Canonicus Eccleſie beati Martini de Scepus, ad noſtram accedens preſenciam, exhibuit nobis patentes literas noſtras, annuleo Sigillo noſtro conſignatas, ſuper quibuſdam libertatibus terre ſue & Comitis Aychaelis, fratris ſui, Korothnuk vocate, ac eiſdem conceſſis, confectas, petens a nobis cum inſtancia, ut ipſas ratas habere & noſtro dignaremur Privilegio confirmare; quarum quidem patencium literarum tenor talis eſt:

Nos Andreas, Dei gracia Rex Hungarie, memorie commendantes ſignificamus univerſis, quibus expedit, preſencium per tenorem, quod reſpectis fidelitatibus & meritoriis ſerviciis Diſcreti Viri, Mark Preſbyteri, Canonici Eccleſie beati Martini de Scepes, ſpecialis Capellani noſtri, & Comitis Mychaelis, fratris ſcilicet ejusdem, que iidem

dabili per te de grege ipſo reddita in die diſtricti judicii examinais ratione, Regnum Patris æterni, ab origine Mundi præparatum electis, accipias lætabundus, in dilecta Domini tabernacula intraturus. Datum Romæ apud S. Petrum, IV. idus Maji, A. III. (1297). Ita etiam Michaelem, Zagrabienſem Epiſcopum, cujus fidei Andreas plurimum tribuebat, ad ſequendas Caroli Roberti partes inductum fuiſſe, poſteriora docebunt.

d) Clauſula Diplomatis, quo Andreas civibus Sopronienſibus terram Zvan, a Comite Michaele, filio Symonis, pro terra Magyar Suſuk acceptam, confert (*Schier. ap. Kat. ib. p.* 1184), ſic habet. Datum per manus Ven. Viri, Magiſtri Gregorii, ſancte Strigonienſis Electi, aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fideiis noſtri, Anno Domini MCCXCVIII. tercio decimo Kalend. Marcii, Regni autem noſtri Anno octavo. " Hinc patet Gregorio, Strigonienſi Electo, perpetui Comitis officium non perinde ita, ſicut ejuſdem a Philippo deceſſoribus, ac diſerte Nicolao & Benedicto Electis, Græci æque Ritus A-Epiſcopis (*Cf. Not.* 88. *p.* 320. *c*) attributum fuiſſe. Gregorius igitur ſtabilitati ſuæ conſulturus, recentiſſimo etiam Jacobi, Spalatenſis Electi, exemplo admonitus, electionem ſui a Pontifice, oblata Caroli Roberti partibus, Latinoque Ritui adhæſione, confirmari petiit. Verum Bonifacius, pleniorem promiſſorum fidem periclitaturus, Gregorium hac Epiſtola, cujus fragmentum RR. Prayus exhibet (*in Hier. P. II. p.* 256), ſolum uſque ad Sedis Apoſt. beneplacitum ſtabilivit: " Utilitate, *inquit*, publica expoſcente, ac neceſſitate urgente (*jam enim Carolum Robertum, XI annorum puerum, exantborato Andrea* (Cf. Turótz. C. 83), *Hungariam proxime uſurpaturum, deſtinavit*), te, qui in Albenſem (*Tranſſilvanum*) Præpoſitum primo, & poſtmodum in Strigonienſem A-Epiſcopum electus fueras, ex diverſis conſiderationibus Procuratorem Strigonienſis Eccleſiæ, uſque ad Sedis Apoſt. beneplacitum duximus ordinandum, earundem Strigonienſis & Albenſis Eccleſiarum generali & libera tibi in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtratione commiſſa, prout hæc plenius in aliis noſtris commiſſionis hujuſmodi literis (*quarum tenores latent*) continetur. Et ut Regnum Hungariæ in proſpero & bono ſtatu atque pacifico conſervetur, vigeat Catholica (*Ritus Latini*) Fides in eo, peſtis hæreſis, ſchiſmatis & paganiſmi eradicetur in ipſo, ut contra hæreticos, ſchiſmaticos & paganos, fautores, adjutores, receptatores & defenſores ipſorum, per Fratres Prædicatorum ſeu Minorum Ordinum, quos — Magiſter & Miniſter Generalis eorundem Ordinum, aut Prior — & Miniſter Provincialis Ungariæ

dem nobis in Regno noſtro & extra Regnum in multis Legacionibus noſtris, & propter multa ſervicia fidelia, quæ in Caſtro noſtro de Scepes fideliter peregerunt, & quod ſilvam deſertam & inhabitabilem debent exſtirpare, juxta tenorem Privilegii noſtri, eiſdem antea conceſſi, hanc graciam duxerimus faciendam, quod in libertate, qua univerſi Nobiles Regni noſtri gaudent & fruuntur, ipſi gaudeant & ſecure commorentur ſub noſtra gracia ſpeciali. Præterea ſi extra Regnum Hungarie nos exercituare contigerit, ex tunc ad ipſum generalem exercitum noſtrum unum armatum nobiſcum mittere teneantur. Adjicimus etiam, quod Comes vel Caſtellanus noſter de Scepus, pro tempore conſtitutus (*quorum nempe prior populariter Iſpán, poſterior autem hodiedum Al-Iſpán dicitur*), ipſos ſuo judicio aſtare, & ad ipſos confluentes non compellat, cum nos eoſdem a judicio & ab omni juriſdictione ipſius Comitis & Caſtellani de Scepus duxerimus penitus eximendos. Cauſas autem, ſi que contra ipſos emergerent, nos propria

in

---

riæ ipſorum Ordinum, tibi duxerint nominandos, inquiſitionis & punitionis officium valeas exercere, ſecundum ſanctiones canonicas, & legales, per Sedem Apoſt. approbatas eandem, ac contra turbantes tranquillum ſtatum in dicto Regno, etiam impedientes prædicta, aut aliquid eorundem, per te, vel alium, aut alios ſpiritualiter & temporaliter procedendi, nec non contra ejuſdem Eccleſiæ Romanæ rebelles (*inter quos Andreas, Græcum Ritum tolerans, præcipue referebatur*) & turbatores pacis dicti Regni, convocandi etiam A-Epiſcopos (*Colocenſem utpote Joannem, ac Spalatenſem Petrum*), Epiſcopos, Abbates & alios Eccleſiarum Prælatos, & Capitula ſeu Conventus ſecularium vel regularium Eccleſiarum exemptarum & non exemptarum, & perſonas alias eccleſiaſticas & mundanas ejuſdem Regni, cujuſcunque fuerint eminentiæ, Ordinis, conditionis & Status, pro exequendis prædictis, & procedendi contra impedientes eos, qui pro his ad convocationem tuam venire volnerint, & largiendi quoque vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad hujuſmodi convocationem prædictorum prætextu convenerint, indulgentiam unius anni, & XL. dierum, liberam tibi concedimus auctoritate præſentium facultatem. Dat. Laterani, V. Kal. Febr. Pontif. noſtri anno V (1299)."

c) Ad effectum Pontificiæ ordinationis hujus, nec non alterius, qua Ivanus & ſui complices, Andreæ Regi obedientiam & reverentiam exhibere nolentes (Cf. p. 438. 1) a ſententia excommunicationis abſolvi jubebantur; Gregorius quidem conciliabulum rebellium Veſprimii coegit, Andreas vero ad ſopiendas has turbas Comitia, in campo Rákos celebranda, promulgavit. En prolixum, quod Hiſtoriam temporis hujus plurimum illuſtrat, monumentum (*ap. Pray, Hier. P. II. p.* 166): "Nos Frater Jacobus & Conventus S. Stephani, Ordinis Præmonſtratenſis de promontorio Varadienſi, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, ſignificamus, memoriæ commendantes: quod, qvum nos Præpoſitus cum majore parte Conventus noſtri ad generalem Regni, Congregationem in locum, Rakus vocatum, pro ſtatu bono Regni reformando, & Eccleſiæ noſtræ negotiis ceſſiſſemus; Venerabilis Pater Emericus cum ſufficienti procuratorio, nobis præſentato & perlecto, anno Domini MCCXCIX. Menſe Julii in octava Apoſtolorum Petri & Pauli, contra diſcretum Virum Gregorium, Electum Eccleſiæ Strigon. (*Aulæ Regiæ V-Cancellarium*) in ſcriptis coram nobis publice Sedem Apoſt. appellavit, & appellationem mandato & nomine Domini Andreæ, DEI gratia illuſtris Regis Hungariæ, & D. Joannis, A-Epiſcopi Colocenſis (*Aulæ Regiæ Cancellarii*) & Capituli ejuſdem, & omnium aliorum Epiſcoporum, & Capitulorum Cathedralium utriuſque Provinciæ, Strigonienſis & Colocenſis, Baronum atque Nobilium totius Regni Hungariæ factam publicavit in Luna

in perſona, vel Vice-Iudex Curie noſtre judicabit. Eximentes etiam eoſdem ab omni exaccione ſeu collecta, que per noſtram indicetur Majeſtatem. Exprimentes nichilominus ex gracia ſpeciali, ut nec ad opus Caſtri noſtri de Scepus, nec ad danda victualia teneantur. Conceſſimus etiam, ut ipſam terram, Korothunk vocatam, tamquam veri heredes, dandi, vendendi, legandi & conferendi, cuicunque voluerint, liberam habeant facultatem. Datum Bude in octavis Paſce. Anno Domini Milleſimo trecentiſimo.

Nos igitur peticionibus ipſius Marci Preſbyteri juſtis, modeſtis & legitimis aſſenſum favorabilem adhibentes, ipſas patentes literas, ratas habentes & acceptas, de verbo ad verbum preſentibus inſertas, auctoritate preſencium duximus confirmandas. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem preſentes conceſſimus Literas, duplicis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Diſcreti Viri Magiſtri Stephani, Albenſis Eccleſie Tranſſilvane Archidiaconi, Aule noſtre Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo. Quarto decimo Kalend. Maji, Regni autem Noſtri anno decimo.

CV.

---

modum: " In nomine Domini noſtri JESU Chriſti. Amen. Coram vobis Venerabilibus & religioſis viris, Fr. Jacobo, Præpoſito & Conventu S. Stephani Protomartyris, de promontorio Varadienſi, ego Emericus, Miſeratione Divina Epiſcopus Varadienſis, Procurator nomine & mandato Domini Andreæ, illuſtris Regis Hungariæ, D. Joannis, Dei gratia A-Epiſcopi Colocenſis (*Aulæ Regiæ una Cancellarii*), & Capituli ejuſdem, & omnium aliorum Prælatorum, & Capitulorum, & Cathedralium Eccleſiarum, utriuſque Provinciæ, ſcilicet Strigon. & Colocen. nec non Baronum omnium & univerſorum Nobilium totius Regni Hungariæ, Sedem Apoſtolicam appello in gravaminibus & cauſis, veris & neceſſariis, inferius denotatis, Apoſtolos peto & inſtanter peto. Quum enim hoc anno ad Congregationem Regni Generalem prædictus D. noſter Rex Andreas & D. Joannes, A-Epiſcopus Colocenſis (*Aulæ Regiæ Cancellarius*), ac Epiſcopi utriuſque Provinciae, ſcilicet Strigon. & Colocen. nec non Barones ac Nobiles Regni Hungariæ, ſecundum ſeriem Conſtitutionis, anno præterito promulgatæ (*quæ hucdum latet*), editam, pro reformatione pacis & Status Regni, ac recuperatione immunitatis eccleſiaſticarum libertatum, in locum, Rakus vocatum, prope Budam civitatem ſitum, Regni ſcilicet medium, fuiſſent congregati, ſpecialiter inter cetera agentes & procurantes Eccleſiæ Strigonienſis pacem & Electi ejuſdem Eccleſiæ ſtatum quietum (*ut quippe tam Aulæ Regiæ Cancellarii, quam Supremi ac Perpetui Comitis Strigonienſis Officium ei attribuatur*), in quibus ſe præfatus Electus & Eccleſia Strigonienſis per Procuratores ſuos proponi faciebat eſſe turbatos & læſos, conquerendo contra Dominum Andream, Regem præfatum, & alios turbatores Eccleſiæ Strigon. prædictæ: & D. Andreas, Dei gratia illuſtris Rex Hungariæ, ſi aliquo ipſum & Eccleſiam ſuam læſerat, quod non credebat, Prælatorum & aliorum probarum Virorum per Hungariam arbitrio ſe ſub magna obligatione committebat, Magiſter Gregorius prædictus Electus, qui ſuis Literis, ad eos deſtinatis, ſe (*fundamento Bonifacii Literarum Cf. d*) Adminiſtratorem Strigonienſis & Albenſis Eccleſiarum, & Nuncium Sedis Apoſt. nuncu-

CV.

Andreas III. Petrum & Nicolaum, filios Danus, Michaelem ac Emericum, filios Stephani, de numero & consortio filiorum Jobagionum de Scepus simpliciter eximendo, eos in societatem exercituantium Nobilium de Scepus transfert. A. D. 1300.

EX AUTHENTICO Venerabilis Conventus Præposituræ Leleszienſis Transumto, pro I. Familia Nemesszányiana expedito.

ANDREAS, Dei gratia Rex Hungariæ, fideli ſuo, Comiti Nobilium, filiorum Jobagionum de Scepus, pro tempore conſtituto, ſalutem & gratiam. Cum nos Fulkus, Lampertum & Ladislaum, filios Marcelli *(Cf. LVIII. p. 258)*, fratres Magiſtri Ipolyti, Lectoris Eccleſiæ S. Martini Scepuſienſis, fidelis noſtri, Petrum & Nicolaum, fili-

nunciavit, in quibus nec jurisdictionis, nec authoritatis ſuæ copiam, nec qualitatem ſui officii, ſi quam habet, præfatis Regni Prælatis deſtinavit, prædictos Regni Prælatos, nullo Juris ordine obſervato, nulla juſta cauſa aſſignata, nulloque termino præfixo, fecit Veſprimium accerſiri, in medium infidelium & perturbatorum pacis Regni, ac locum periculoſum & omnino ſuſpectum. Et qvum ipſi Prælati *(ad Rákos confluentes)* ſint maternorum uberum, filii videlicet ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deſiderantes & præſtolantes cum gaudio ſub hoc impacati temporis diſcrimine conſolari, & juvari ab eo, tanquam Nuncio Sanctæ Matris, diſcretum Virum Paulum, Præpoſitum Eccleſiæ Strigon. & Nobilem Virum Henricum, communicato conſilio cum Rege & Regnicolis, ad eundem Electum deſtinarunt, ut ipſum Electum ad veniendum ad Congregationem præſcriptam honore & reverentia, quibus decet, inducerent & rogarent, ut una cum ipſo pari voto & communi conſenſu, habito tractatu diligenti, commune bonum pro pacifico Statu Regni & Eccleſiarum, quod anno præterito per eoſdem Prælatos & univerſos Regnicolas *(exclusis utique Ivano & complicibus excommunicatis)* inchoatum fuerat, divino adjutorio felicem perducerent ad effectum; & nihilominus de jurisdictione & poteſtate ac officio ſuo, ſiquæ a Sede Apoſt. habet, eos per ſuas Literas & commiſſiones Apoſtolicas edoceret. Qui quidem Gregorius Electus, ſic reverenter & inſtanter requiſitus & rogatus, nec in ipſam Congregationem, in qua plurima bona de ſtatu ipſius Regni pacifico & Eccleſiarum ordinare potuiſſet, venire voluit, nec ſupra dictis, ad ipſum Electum accedere paratis, locum tutum & ſecurum aſſignavit, nec etiam jurisdictionis ſuæ copiam, ſicut ſibi de jure competebat, curavit exhibere; quin potius graviſſimas & formidabiles comminationes inculcavit, videlicet, quod, niſi Prælati prædicti ejus voluntati & beneplacito parerent, excommunicationis ſententia eos innodaret, & non ſolum ſpiritualiter ſed & temporaliter multaret, & puniret; qvum tamen omnimoda ſecuritate ex parte Regni & ſuorum Baro-

filios Danus (*Danielis*), Michaelem ac Emericum, filios Stephani, cognatos ejuſdem, cum omnibus poſſeſſionibus ipſorum hereditariis, emptitiis & acquiſitis, ac heredes eorundem, ob meritoria ſervitia præfati Ipolyti Lectoris, de numero & conſortio filiorum Iobagionum de Scepus, pure & ſimpliciter eximendo, in cœtum & ſocietatem exercituantium Nobilium de Scepus, duxerimus tranſferendos; Fidelitati tuæ firmiter & diſtincte præcipiendo mandamus, quatenus præfatos fratres & cognatos Magiſtri Ipolyti Lectoris, aut heredes ipſorum, ratione filiorum Iobagionum, vel alia occaſione aliquali, moleſtare, ſeu impetere non præſumas; cum ipſos & heredes ipſorum illa velimus gaudere libertate, illoque potiri honore, quo alii exercituantes Nobiles de Scepus, ſub vexillo Regio militantes, gratulantur. Aliud facere non præſumens. Datum Budæ, Feria ſexta poſt Octavas Apoſtolorum Petri & Pauli. Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo (Locus Sigilli dorſalis).

CVI.

Baronum, & per eoſdem Prælatos fideliter procurata, ſecure & libere, & ſine aliqua hæſitatione in perſona propria & ſuorum, ſalvis omnibus bonis & rebus ſuis, venire in prædictam Congregationem, vel in aliquem locum ſecurum & honeſtum, ſi voluiſſet, potuiſſet; ſe receptans apud infideles Regni, præciſos & excommunicatos a Canone & Eccleſia, propter nefandiſſima & exſecrabilia ſcelera, quæ in effractionibus Eccleſiarum DEI, oppreſſionibus pauperum, cædibus Clericorum & Laicorum, Chriſti ſanguine redemptorum, & infinitis ac horribilibus deſtructionibus, ſpoliationibus & vaſtationibus, fere a temporibus quatuor Regum Regni Hungariæ (*Cf. N. 73, p. 211, N. 74. p. 272*), miſerabiliter perpetrarunt, eoſdem peſtilentes & omni ſupplicio dignos confortans in ſua pertinacia & malitia antiquata, abſolvens etiam eos paſſim, qui ratione præmiſſarum iniquitatum ac aliorum infinitorum, nec dicendorum flagitiorum a Canone & a ſuis Diœcefanis ſententiam excommunicationis incurrerunt (Cf. p. 438, 1), irrequiſito excommunicatore, nulla penitus ſatisfactione præmiſſa, in ſalutis ſuæ diſpendium, contra canonicas ſanctiones. Et, ut illud noviſſimum (*expetitum utpote per factioſos a Bonifacio alium in perſona Caroli Roberti Regem*) minime omittam, in gravamen etiam Regni ac Regis, nec non omnium Prælatorum periculum & deſtructionem omnium, de Regno ac diſſolutionem prædictæ Congregationis, ex qua ſalus totius Regni & pax opulentiſſima eliciebatur, animos prædictorum flagitioſorum & damnatorum, quantum in ipſo fuit, provocavit, propter quod terribilem feritatem Tartaricæ nationis, adhuc Deo propitio, quieſcentem, non ſolum Regnum Hungariae, ſed & orbis occidentalis veriſimiliter & ſine dubio poterit formidare. Ex his itaque gravaminibus, quae praemiſſa ſunt, & multis conjecturis veriſimilibus, quibus prædictus Gregorius Electus deprehenditur non ſolum eſſe ſuſpectus, ſed & manifeſtus, in gravaminibus illatis & inferendis in Regem, Prælatos univerſos & Capitula eorundem, nec non omnes Barones ac Regnicolas ſentiens prægravari & prægravatos eſſe, vice & nomine præfati D. Regis ac Prælatorum, omniumque Baronum & univerſorum Nobilium dicti Regni, coram vobis Diſcretis Viris, Fratre Jacobo Præpoſito & aliis Fratribus de Conventu S. Stephani, vicem totius Conventus habentibus, Sedem Apoſtolicam appello in his ſcriptis, Apoſtolos peto, ac inſtanter, inſtantius ac inſtantiſſime peto (*ſed enim inanis erat omnis in hoc rerum nexu appellatio!*), offerens, me omnia praemiſſa probaturum, vel ea ſaltem ex omnibus, quæ probata ad fundandam intentionem præfatorum, Domini Regis, Prælatorum & Baronum

CVI.

Jacobus Epiſcopus & Capitulum Eccleſiæ Scepuſienſis Comiti Jordano in hereditate ſua, Vitkovetz vocata, Capellam, pro Sacramentorum adminiſtratione conſtruendam, ſub certis conditionibus admittit. Anno Domini 1300.

EX ANALECTIS Scepuſii Wagner. P. III. p. 19.

IACOBUS, miſeratione Divina Epiſcopus Scepuſienſis, & Capitulum Eccleſiæ ſuæ S. M. Martini de eadem. Omnibus Chriſti fidelibus, quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: quod accedens ad noſtram præſentiam Comes Iordanus, precum cum inſtantia nos rogando, quatenus Divini cultum Nominis ſecundum officii noſtri debitum ampliantes, propter difficilem & immoderatam a Matre Eccleſia *(Cathedrali utpote Scepuſienſi, quo pertinebat)* diſtantiam localem, ad honorem Omnipotentis Dei, ob ſpecialem Beatæ & intemeratæ Virginis, Capellam in hereditate ſua, Vitkovich *(Vitkowce)* vocata, admitteremus fieri, unde ſibi & populis, ibidem degentibus, de manu Sacerdotali Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrentur. Nos itaque ejuſdem Jordani Comitis congruis precibus inclinati, Fratrum Noſtrorum benevolo conſenſu adhibito, in prædicto loco Capellam pro Sacramentorum adminiſtratione fieri & perſiſtere conceſſimus ſub hac forma: videlicet, ut

ronum, nec non Nobilium Regni, ſufficere videbuntur, ponens ipſum Dominum Andream, Regem Hungariæ, Prælatos ac Capitula prædicta, Barones nec non totum Regnum ſuper protectione Apoſtolica ſpeciali; præſentem, inquam appellationem publico coram vobis, quia perſonam ſeu præſentiam ipſius Electi, in longuinquis *(poſt Conciliabulum ſcilicet Veſprimienſe jam diſſolutum)* in quodam Caſtro nefandiſſimo *(Zagrabienſis Eppatus Iwanik dicto)* ad S. Crucem in partibus ultra-Dravanis *(infra Cſaſmam, Canonicorum Collegio, quod ſubinde Zagrabiam translatum eſt, nobilem, ſito)* multis milliaribus procul moto *(ut Petrum Spalatenſem A-Epiſcopum* (cf. p. 444. c.), *qui Dalmatiam a fidelitate, Regi Andreæ debita, jam abſtraxerat, ſecuturus hodiernam quoque Sclavoniam nec non Croatiam ad amplectendas Caroli partes traducere poſſit)* agentem, adire minime potuiſſem. Cujus rei veritas in perſonis prædictorum Diſcretorum virorum, ſcilicet Pauli Præpoſiti & Comitis Henrici, plurimorum patuit notioni, qui ad præfatum Electum miſſi, ut præmittitur, cum decenti & armato comitatu, inſultus prædonum non ſolum formidabiles, ſed & periculoſos in eundo & redeundo vix evadere potuerunt. Quam quidem appellationem in

ſcriptis

idem Jordanus Comes, aut ſui heredes, heredumque ſuorum ſucceſores, diſpendioſum defectum ex hujuſmodi admiſſione per retractionem cubulorum & oblationum (*Cf. XXXVII. p.* 151), matrici Eccleſiæ cauſatum, æquivaloris libramine recompenſantes, unum fertonem argenti in Feſto B. Martini Eccleſiæ noſtræ ſingulis annis ſolvere teneantur. Accepto nihilominus ab eodem Jordano Comite inviolabili & firmiſſimo juramento, quod dictæ hereditatis Decimæ ſine ulla diminutione Domino Iohanni Cuſtodi (*Cf. XLVIII. p.* 223), & Officii ſui ſucceſſoribus, in perpetuum pertinentes, ab eodem, aut quopiam Succeſſorum ſuorum nullo unquam tempore retrahantur, occupentur, aut aliqualiter attemptentur (*adimantur*). Adjecto etiam ſtrictius injuncto, quod, ſi præmemoratus Jordanus aut ſui heredes, heredumque ſuorum ſucceſſores præſcriptis conditionibus tum in ſolutione, tum in Decimarum attemptatione quidquam concurſu (*fors rectius; temporum decurſu*) ſubinferre præſumpſerint, ex tunc excommunicationis ſententiam incurriſſe ſe noverint ipſo facto; & nihilominus dicti loci Sacerdos & Eccleſia ſimul Eccleſiaſtico ſubjaceant Interdicto. Ad præmiſſorum omnium firmiorem evidentiam, eodem Iordano Comite ſe obligante, quod ſecundum Literarum præſentium continentiam Domini Abbatis de Scepus & Magiſtri Remundi Ordinis Cruciferorum Literas dari faceret, aut etiam procuraret (*hinc apparet in Schavnik & in Darótz vel Drávetz* (Cf. p. 222. E. LVIII. p. 258. & XLIX. p. 225) *Locum, quem vocamus, credibilem fuiſſe*). In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes Literas conceſſimus, ſigillorum noſtrorum teſtimonio roboratas. Datum Sabbatho infra Octavas Beati Andreæ Apoſtoli. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo.

CVII.

ſcriptis coram idoneis teſtibus rogatis, per nos miſſus, Procuratoribus ſeu Vicariis prædicti Gregorii Electi apud Strigonium prædictus Emericus dari fecit & offerri. "

f) Sed enim lugubris hæc generalium Regni Comitiorum, præſidente Andrea Rege, in Campo Rákos celebratorum, ad Apoſtolicam Sedem appellatio audita non eſt; factio Gregorii, Strigonienſis, ac Petri, Spalatenſis Archiepiſcoporum, Veſprimii congregata, prævaluit. " Quidam „ (*inquit Anonym. Turótz. P. II. C.* 82. 83) Nobiles Regni, Joannes ſcilicet & Hen„ ricus Banus, filii Henrici, ac Ugrinus, filius Poch de Wylak, aliique quamplures (*quos Lo„ domerius, velut pacis turbatores, anathemate percuſſit, Gregorius autem, juſſu „ Pontificio abſolvit*) in præjudicium Regis Andreæ, a Papa Bonifacio VIII. Regem petie„ runt. Quorum inſtantiam Papa admittens, quemdam puerum XI. annorum, nomine Carolum, „ anno Domini M. CCXCIX. vivente adhuc Andrea Rege, in Hungariam deſtinavit. " Atque huc pertinet Bonifacii epiſtola, cujus fragmentum Raynaldus ad A. 1299 (*ap. Kat. p.* 1215) producit: " Proh dolor; dum in præſentiarum Regnum ipſum reſpicimus & miſerabilem ſtatum „ ejus & quantum a priori felici ſtatu defluxit, & a ſtatu cecidit glorioſo, diligentius intuemur: „ formidamus merito & valde timemus, ne Regnum ipſum temporaliter in magna diſpendia, & ſpi„ ritualiter in magna pericula dilabatur, quibus niſi, dextera Domini, faciente virtutem & per „ Apoſtolicæ Sedis providentiam obvietur; Regnum idem vix adjiciet, ut reſurgat (*hoc nempe*

CVII.

Bela IV. poſt Tatarorum A. 1243. receſſum ad Scepuſium (*Cf. VII. VIII p.* 31-34), hinc autem verſus Thorna divertens, reviſa rerum Præpoſituræ Iaſzovienſis deſolatione, Terras ejuſdem ac Libertates populorum, in ſcriptum redactas, novo ſubinde Privilegio confirmat. A. D. 1255.

EX AUTHENTICO Tranſumto, quod, velut ſerius obtentum & ad hoc Seculum pertinens, in arctiſſimo rerum Scepuſienſium nexu extra ordinem ſubjungere maluimus, quam exmittere.

BELA, Dei gracia, Hung. Dalm. Croac. Ram. Serv. Gal. Lod. Comanieque Rex. Univerſis Chriſti fidelibus, preſentem paginam inſpecturis, ſalutem in vero Salvatore. Effectum juſta poſtulantibus tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, preſertim cum petencium vota & pietas adjuvat, & Iuſticia non relinquit. Proinde ad univerſorum noticiam, tam modernorum quam futurorum, preſencium inſinuacione volumus pervenire: quod, cum gens rapida Thartarorum & crudelis, Domino permitten-

„ *pe vetus æmulorum ac ſeditioſorum erat commentum*). Eſt namque circumdatum „ Schiſmaticis, hæreticis & paganis, ac eorum incurſibus frequenter (*ob Græci Ritus „ intolerantiam*) invaſum: numeroſitas populorum in ipſo ad puſillum quodammodo gregem „ redacta: ſedent quaſi ſola in eo nonnulæ civitates & loca, quæ olim populis erant plena, plu„ ribus interemtis, & multis in captionem deductis. Hæc dum mente revolvimus, & oculis „ magnæ compaſſionis aſpicimus, movemur ad lachrimas, ad quærenda remedia ſtimulamur & ſur„ gere cogimur ad providendum, quod ſæpedictum Regnum habeat, bonum ſtatum, maxime ut „ in fide Catholica & Apoſtolicæ Sedis reverentia perſeveret. "

— Idem Petrum & Nicolaum, filios Danus, Michaelem ac Emericum, filios Stephani, de numero & conſortio filiorum Jobagionum de Scepus ſimpliciter eximendo, eos in ſocietatem exercituantium Nobilium de Scepus transfert. - - - - 449

— Jacobus, Epiſcopus Scepuſienſis, Comiti Jordano in hereditate ſua, Vitkovetz vocata, Capellam, pro Sacramentorum adminiſtratione conſtruendam, ſub certis conditionibus admittit. - 451



INDEX

INDEX II.

RERUM MEMORABILIUM.

A.

ABA, ſive Samuel, ab Hungaris Petro Regi ſubſtituitur Pag. 138. Legatos ad Henricum III. cauſa pacis fruſtra mittit ibid. In Bavariæ finibus prædas agit, reduxque ab Adalberto Melicienſi, ac Leopoldo, ejus filio, Viennenſi Comitibus, clade afficitur 139. Damaslaum, ſibi ab Henrico ſubſtitutum, in Belinenſem Bohemiam repellit ibid. Immerito a quibuſdam tyrannus vocatur 140. Novum Caſtrum, Abaivár dictum, conſtruxit 141. Abæ Succeſſorum jura, per Abaivárienſem, & Heveſienſem Comitatus diffuſa 455.

Abbatiæ, Præpoſituræ ac Monaſteria, inter quæ Capitula quoque referebantur, duobus primis Hungariæ inſtauratæ Seculis vel puré Græci, vel certe mixti Latino-Græci Ritus erant 195 --. Scepuſienſes *Abbatiæ* non quinque, ut præſumitur, verum duæ tantum fuerant 388 --.

Achtum vel Ochtum, Moroſſenæ Serviæque Princeps, S. Stephano rebellis, *v.* Cſanadinus.

Aladarius vel Alaricus, Atilæ filius, uxore Sveva genitus, e paternis Regionibus Gepædiam vel Gothiam ſive Daciam ſibi attribuit 111.

Adalbertus, Rugorum ſive Ruſſorum Epiſcopus, male habitus, in Germaniam redit, ſubinde A-Epiſcopus Magdeburgenſis factus 287. *S. Adalbertus*, deſtinatus Hungarorum A-Epiſcopus 351, ex Arpadana nepte progenitus, populariter Voitich vocatus 77, in Latinum Epiſcopum conſecratus, Geyzæ Ducis filium, indito Stephani nomine rebaptizat 351, Benedictinis Roma ſecum adductis, Braunavienſe patrimonium confert 352. Ulteriores ejuſdem labores Apoſtolici & in Pruſſia Martyrium - 353. *Adalbertus I*, Melicienſis Hungaricus Comes, cum Adelhaide uxore ſua, ex Giſela, S. Stephani ſorore, genita, titulo parapherni Comitatum Viennenſem accipit 130 - 237, 275.

Albertus, Rudolphi Habsburgici filius, exſtincta ſtirpe Bambergica virili, Auſtriæ Dux, arma in Ladislaum IV. corripit 340; victus pacem impetrat 341; Rudolphi patris & Nicolai IV. præſidio tutior, eidem Ladislao & Hungaris infeſtus - 345. cæſo Ladislao Hungariam invadit 429, a Rudolpho Patre ſibi collatam uſurpare nititur 430. Viciniorum Principum opem contra Henrici Bani filios, Auſtriam incurſantes, implorat 431 -- Hungarorum virtute Adolphum, Rom. Imp. ſuum æmulum, vincit, eique Imperator ſuccedit 444. Andreæ III. ſocer factus 442.

Alexander II. Wratislao, Duci Bohemorum, jus Mitræ confert 241. *Alexander III.* œcumenicum Romæ contra Phocianos & Valdenſes hæreticos concilium celebrat 199. *Alexander IV.* Belæ quarto per omnia diſvadet, ne aliquam cum Tataris affinitatem contrahat 294 - 298.

Albenſes in Tranſſilvania Præpoſiti, plerumque tantum Electi, quod Græcum Ritum mutare noluerint 418 - 423.

Almus, Pater Arpadis, pro ſummo Magyarorum Duce in Aſia electus, migrationis initium faciens in Suſdalia triennio conſedit, ubi Chriſtina quoque Græco Ritu ſacra cum ſuis primoribus aſſumſit 280 - dein vero Hungariam, victis Kiovienſibus, per Ungenſem & Bereghienſem Provincias ingreſſus, curam Reginæ in Arpadem filium transfert 2 - 4, 50, 90. Ulterior ejuſdem Hiſtoria & cognatio Aſiatica 143, 238. *Almus*, Geyzæ I. filius, a Colomano II, fratre ſuo, Varadienſi Epiſcopo, dein orientalis Hungariæ Rege, Galicia & Ujvárienſi Ducatu exturbatus 146. Ulteriora ejuſdem fata 147, 367 - 384 --. *Almus*, Lamperti filius, a S. Ladislao, patruele ſuo, in Regem Croatiæ conſtitutus 2, turbis Croatico-Dalmaticis hauſtus 367.

Anaſtaſius Imp. a Vitaliano Scythiæ ac

Mæſiæ Duce, Atilano per Aladarium & hujus filium Theuderichum pronepote, prælio victo tandem fulmine tactus A. C. 518 interiit 114-

Andreas I, Vazulis, a Gizela oculis orbati, filius, conſilio moribundi S. Stephani Bohemiæ Ducatum, tribus eodem anno cognatis Ducibus emortuis 92, aſſecuturus, cum Bela, fratre ſuo, Bohemiam petiit, verum Udalrico paternam hereditatem ſibi aſſerente, ad Iſeaslaum, Lodomeriæ Ducem, pervenit 76, ubi Anaſtaſiam, ejus filiam, uxorem & Galiciam accepit 135 - 352-. Cum Leventa, Græcorum Tyracho, majore natu fratre, Cumaniæ Duce, contra Petrum evocatus 276, in Theutonicos & Latinos deſævit 140 - 146, 361. Petro ſuccedens, evocato ex Polonia Belæ, fratri ſuo, tertiam Hungariæ partem cedit 235, 362. Tyhonienſe Benedictinorum Cœnobium fundat 275. Ab unione procurata *Catholicus* dicebatur 363. Bello per Henricum impetitus, Leone IX. interveniente, pacem componit 363. Anno 1060 cum Bela fratre infeliciter congreſſus occumbit 77.

Andreas II. Belæ III. filius, primum Galiciæ Dux 128, collectis Cruce ſignatis, quaſi, votum Patris expleturus, ad S. terram iret, Dalmatiam & Croatiam eripit 201, ſed ab Emerico fratre pulſus, Gertrudem, Bertholdi, Meraniæ Ducis filiam, procurantibus Auſtriæ Nobilibus, ducit 6 - 8, ab Innocentio III, ne ſeditiones aliquas concitet, monetur 201. Regni poſſeſſionem adit 8, cæſa Gertrude 6, 7, Jolantam Petri, CPoleos Imperatoris filiam 405, denique Beatricem uxores habuit 305. Colomanum filium, Terræ Scepuſienſis, ex qua Salomeæ, Nurui ſuæ, Ovárienſem Diſtrictum dotis titulo ceſſerat, Ducem 31 - 33, Galiciæ Regem conſtituit, attributa eidem ſubinde Croatia quoque ac Dalmatia 149. de non abalienandis extra Regnum poſſeſſionibus Comitatibus decernit 34, 90. Leleſzienſem Præmonſtratenſium Fundationem confirmat 200-. Irritos conatus ſuos in exſtirpandis Græco-Schiſmaticis Innocentio III. & Succeſſori ejuſdem Honorio æque III. refert 206 - 410, 405. Schavnikienſis Ciſtercienſium Cœnobii cum Colomano filio ſuo, Terræ Scep. Duce, Fundator 389 -. Cibinienſem Saxonum in Tranſſilvania Præpoſituram in Epiſcopen fruſtra evehere nititur 405. Pro Imperatore Orientis expetitus, per Petrum Curtinacium, Socerum ſuum, prævenitur 407-. In terram ſanctam ire coactus ægre mortem evadit, redux filio Belæ IV. Mariam, Laſcaris filiam, deſpondet 409-, cujus deinde matrimonium diſſolvi voluit 411. Lites inter Tranſſilvanum Latinum, & Ultraſilvanum Græcum, Epiſcopos, nec non inter ſe ac Teutonicos milites obortas, dirimit 114

Andreas III. Stephani poſthumi, Andreæ II, ex Beatrice, tertia uxore, ſuſcepti, filius 303 - 305, totius Sclavoniæ Dux & Locumtenens 329, Venetus appellatus 423, Græco Ritui favens, multis & variis tam Pontificum, quam Rudolphi Imp. & Alberti, ejus filii, cumprimis autem Aulæ Siculæ machinationibus 428 - 440. irritatus Auſtriam invadit, & Viennam obſidet 432-, pace compoſita, filiam Alberti aſſignata ei Comitatus Poſonienſis dote, ducit 442-, donec ſticis tandem diſſidiis ſuccumbens, prematura & violenta morte ſublatus eſt 455. *Andreas*, Stephani V. filius, Ladislai IV. frater, Clementinæ, Rudolphi filiæ, ſponſus, ac deſtinatus Auſtriæ Dux, Rudolphi partes cum Ladislao fratre contra Ortocarum ſecutus, eo cæſo redux, improviſe fatis eripitur 329 - 333.

Andronicus Imp. cum Tataris contra Moſelmanos fœdus icit, data Kazano uxore Maria, ſorore ſua 27.

Aniſia urbs, ab Anaſi fluvio dicta, orientalem Germaniæ limitem reſpectu Hungariæ conſtituit 101 - 107.

Anonymi Belæ Regis Notarii ævum definitur 458.

Apoſtolatus Orientis primum Conſtantino Magno, dein S. Stephano, Hungarorum Regi, delatus 226. 395.

Archi & Præcones quinam olim dicti, horumque officium 36.

Arpad, filius Almi, ſummus Magyarorum Dux, Eleudium, Patruum ſuum, contra Marachanos pro parte Arnulphi Imp. auxiliarem, cum filio ſuo Leventa mittit 4.

Ab Ungvárino uſque ad fluvium Sajó loca ſubjugat 17. Occupatas partes inter principes viros & Nobiles diſtribuit 34. 50. Borſum, Ducem Cumanum, pro conſtituendis verſus terram Polonorum matricis Regni Hungariæ limitibus exmittit, ac reducem Caſtri Borſod Comitem facit 17. 51. *Arpadani* Hungaro - Bohemo - Polonici Stemmatis tabella 92. 93.

Askel, Atilanus per Irnachum pronepos, Magyarorum occiduo - Aſiaticorum Imperator, Gögenyios, vel Sarmatas, poſtea Ruthenos, a Mok - Khano, ulteriorum Aſiatico - orientalium Magyarorum Imperatore, diſpulſos, in clientelam recipit 80.

Aſpar, filius Ardaburi, Patriciorum Princeps, Aladarii affinis, Mæſiæque Dux, ob ſuſpicionem arripiendæ tyrannidis a Leone cæditur 111, cujus hereditatem Theuderichus, Aladarii filius, Daciæ Princeps, ab eodem armis extorquet 112.

Aſparuch, Crobati, Hunnorum occiduo-Aſiaticorum Or - khani, filius, cum populi ſui parte Hudino, Avarorum Principi, ſubjectus, ditionem ſuam trans Iſtrum in Mæſiam dilatat 82.

Atila, eminenter Avaro - Hunnorum Rex dictus 26, pace cum Romanis compoſita, orientales ſuas Regiones herciſcundo peragrans, Patruum ſuum Oebarſium, occidentalis Aſiæ Regem, cum Buda fratre ſuo inviſit, & Sarmatas irrepentes ad ulteriores Aſiæ Septemtriones propellit 251. Exemplo Kewe, mediocris natu fratris, Keweházam ſive Kioviam ad Boryſthenem fundantis, homonymam urbem Atilam ſupra Volgæ oſtia, ſic Buda Budam ad Danubium conſtruunt 252. Budæ fratri, fraude Romanorum exſtincto, in occidentali Hungvária ſuccedit 235. De Imperii ſui ſtabilitate ſolicitus, illato Gallis bello, profugas gentes ad originum ſuarum loca reducens 110, 254, Imperium ſuum ad inſulas Oceani extendit 272. Ejuſdem, A. Chriſti 454 mortui, filiorum ſors 100 -. *Atilæ* urbis everſio 82.

Atziker, Tatarorum Dux, Gothos & Genuenſes, Cherſoneſum Tauricam incolentes, ejicit, & Sarmatiæ partem ſtipendiariam habet 30.

Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniolia & Moravia Hungariæ limitibus includuntur 100-, quarum prioris, ex Melicienſi & Viennenſi Comitatu conflatæ, adjuncta recenſentur 129-.

Avarorum & Pſeudo - Avarorum origines, diverſitas & domicilium, quorum illi quidem inter vetuſtiſſimos Magyaros, hi vero inter Sarmatas Sclavinos, Bulgaros utpote ac Ruthenos, referuntur 26, 83.

B.

Bacſienſis Eccleſia Metropolitana, pro Græci Ritus partium illarum Regnicolis a S. Ladislao fundata 210, vicariarum ejus Eccleſiarum recenſio 240, cum Colocenſi Latina unio 199 -.

Bajanus, Hunno - Pſeudavarorum Dux vel Chaganus, Hunnorum occidentalium, Aſiatico - Europæorum, Imperio parebat 81.

Bajazetes, a Temire prælio victus & captus, toti Aſiæ ſpectaculo fuit 28 -.

Baliſtarii, Filiſtæi & Jazyges noſtri, unde ita dicti? 273.

Bambergicæ Stirpis genealogicum Schema exhibetur 236.

Banderium Regale quid? ejus officium, & prærogativæ 43 -.

Bani & Banatus vocum indoles 2, 3.

Baſileenſe Concilium, ad uniendos cum Latinis Græcos A. 1431 celebratum, & Florentiam translatum 207 -.

Baſilius Bulgaroctonus Græcor. Imp. Sancto Stephano, unionem Græcæ cum Latina Eccleſia procuranti, ægre facturus, diuturnum bellum accendit 355 -.

Bela, Keme & Kadicha, Hunnorum A. C. 379 Duces, in Pannonia confligunt 252.

Bela I, Baſilii ſeu Vaſulis, a Giſela oculis orbati, filius, pater Geyzæ, Ladislai & Lamperti, conſilio moribundi S. Stephani Poloniam, a morte Miſcislai Richeſæ viduæ arbitrio perturbatam, ſibi aſſerturus, Pomeranis ſubjugatis, filiam ejus & Pomeraniæ Ducatum aſſequitur 76. Repetitis vicibus Poloniæ præfectus 77, Andreæ, fratri ſuo ſuc-

ſuccedit, & ad reliquorum Regulorum, Hungaris obnoxiorum, diſtinctionem *Rex Magnus* appellatur 78. Ulterior ejuſdem Hiſtoria 135 - 146. *Bela II.* Almi Ducis filius, Boleslao Vacienſi Eppo prædium Kanar confert. 201. *Bela III*, CPoli degens, Orientis Imperator electus 227, Græca uxore mortua, Latinam ducit, cum qua Ritum mutat 195 - 404. Schiſmaticos perſequitur 201. Latina plura Cœnobia fundat 202. Emerico filio, in Regem Hung. coronato, Andream filiorum alterum Galiciæ Ducem conſtituit 148. *Bela IV.* cum Græca uxore ſua, Andreæ Patris iram evitaturus, ad Leopoldum Auſtriæ Ducem confugit 412. Reſiduam Valachiam & Moldaviam Teutonicis militibus confert 416. *v.* Andreas II. Partem Cumanorum in Hungariam recipit 30. Ad Sajónem ingenti clade afficitur 31. 33. Per Detricum, filium Mohol a morte liberatur 45, cui ampla venationum ſuarum loca confert 46 - 48. Auſtralem Terram Scepuſienſem impopulat 33, 62, 274; Cunegundi, filiæ ſuæ, Boleslao IV, minoris Poloniæ Duci, nuptæ, XL. millium aureorum Dotem aſſignat 33, & hoc titulo in boreale Scepuſium ſubrepenti connivet 34. 49 -. Cum Ottocaro, Auſtriam & Stiriam occupante, parum feliciter congreſſus 100 - 299 - Eliſabetham, Bathi, Tatarorum Khani filiam, Stephano filio ſuo, uxorem attribuit 295, 299. Ab eodem filio, Hungariæ orientalis Rege, armis impetitus, pacem componit 304 -, Guidonis, Apoſt. Sed. Legati, conſtitutiones, in Synodo Vratislavienſi editas, adoptat 307. Novis, ob collationem beneficiorum eccleſiaſticorum, ſibi vindicatam, & Latini Ritus prælationem, diſſidiis exortis, bellum recrudeſcit 309. Victus ad Scepuſienſem Terram ſe contrahit 310 - A. 1270 mortuus 313.

Belia Belozeria ſive Alba Ruſſia eſt eadem cum Chazaria 83 -.

Belivud Turótzyanus idem eſt, qui Conſtantini Porphyrogeniti Phale, Bohemorum *Beloslaus I.* 13. 92. *Beloslaus II*, Epiſcopatus Pragenſis fundator 15. *Beloslaus III.* Gyulam juniorem, Tranſſilvaniæ Principem, carcere Nitrienſi elapſum, recipit, & Belinenſi Caſtro donat 132 -. S. Wenceslaum, fratrem ſuum, Bohemiæ Ducem, trucidavit 145.

Belus, Geyzæ II. Avunculus, Palatinus una & utriuſque Sirmiæ Dux, vel Banus, Monaſterii Kue vel Kuche, ad amnem Zermicza ſiti, fundator 154.

Benedictus XIV. Græci Ritus unitos Epiſcopos ac populos Hungariæ ab omni Latinorum Juriſdictione, ſub qua olim erant, eximit 210. *Benedictus*, electus Strigon. A - Epiſcopus ad Cumanos Tibiſcanos deflectere maluit, quam Ritum mutare. 336.

Bertholdus, alterius Bertholdi, Meraniæ Marchionis filius 249, per Andream II, Affinem ſuum, pro Colocenſi A - Eppo & Croatiæ Bano conſtituitur 6 - 8. Cæſa ſorore ſua Gertrude, cum theſauris ejuſdem Regno exced t, ſubinde Aqvilejenſis Patriarcha 9.

Bezen, Galiciæ præfectus, a Wlodimiro, Almi Socero expulſus, auxilium Stephani II. efflagitat, ſub Caſtro Kiovienſi ad mortem vulneratus 147.

Bilochi, unde dicti, quodve illorum officium? 36.

Bogor, ſive Bulgarus, eminenter ita dictus, Mortagoni, Patri ſuo, in minore Bulgaria ſuccedit 83. A Cyrillo in Michaelem baptiſatus cum gente ſua Regionem trans Hæmum ſitam a Michaele Imperatore obtinet 85.

Bohemi (Belochrovati ſive Albi Chrovati, Boici aut Woyki vocati) proprio quidem Principi ſubjecti, cum Turcis tamen ſive Hungaris affinitates & amicitias colunt 11. *Bohemia* inter Partes Hungariæ adnexas refertur 13, 228 - 255.

Boleslaus I. Poloniæ Dux, idem qui Turótzyanus Zaar ſive Calvus Ladislaus, Juditham uxorem ſuam, Geyzæ filiam, dimiſit 15. 145. 352 -, alteri Zaar Zirind, Bohemico Principi, nuptam. Epiſcopatum Cracovienſem & Gneſnenſ. fundavit ibid. S. Adalberti Martyris corpus ex Pruſſia Gneſnam deportari curat & pro Corona, ſibi conferenda, Silveſtrum II. Pontif. ſolicitat 77. *Boleslaus II.* Stanislaum Epiſcopum Cracovienſem ſacris operantem confodit,

dit, a Gregorio VII. diris devotus ac Regno privatus, ad S. Ladislaum H. R. fruſtra confugit 75, cui *Boleslaus III.* frater ſurrogatur ibid. *Boleslaus IV.* Leſci Albi filius, Belæ IV. gener, *vide Bela IV.* Ejecto Principe Sileſio ex Ófalvenſi Diſtrictu, Ciſtercienſes in ſpecialem ſuam protectionem recipit 66. Incolas eorum in liberos, ſervos & adſcriptitios dividit 69. Sub irruptione Tatarorum ad Socerum ſuum Belam IV. fugit, redux in Caſtro Corcin conſedit 87. Borealem Terram Scepuſienſem fiducia contractæ cognationis involvit 33. 90. *Boleslaus*, Vacienſis Epiſcopus, Belam, Almi Ducis filium, baptizat 201. Certas Decimas Græci Ritus Plebanis confert 200. Leleſzienſem Præmonſtratenſium Præpoſituram fundat 200.

Borichus, ex Predslava, Colomani I, occidentalis Hung. Regis, altera uxore, per adulterium natus, filium ſe Colomani jactans, Boleslai III. opera Galiciam occupat 35, inteſtinis Hungariam bellis involvens a Cumano, domeſtico ſuo, ſagitta confoditur 148.

Borſu, ab Arpade exmiſſus, metas Hungariæ verſus Poloniam conſtituit, redux Borſodienſis quidem Comitatus Comes perpetuus, Terræ vero Scepuſienſis Comes pro tempore conſtituitur 17. 51.

Botund, filius Kulpun, prope fluvium Verőcze more pagano ſepelitur 291.

Bretislaus I, Boh. Dux, Henrico III. Imperatori annuum tributum paciſci cogitur, verum, copiis inſtauratis, Henricum fugat 127. *Bretislaus II*, Wratislai Boh. Ducis filius, a Conrado, Patruo ſuo, pulſus, ad S. Ladislaum H. R. confugit, cujus opera Ducatui Bohemiæ reſtituitur 246, 248.

Brunus Eppus, a S. Stephano ad Vlodimirum, Lodomeriæ Ducem, 15 miſſus, Ruſſos ad unionem Eccleſiæ Romanæ reduxit 144. 300.

Buda, frater Atilæ, occidentalis Hungariæ Rex, Sirmium urbem evertit 154. Budam Civitatem condit 145. Fraude Romanorum, non vero ex inſidiis Atilæ periit 251-253. *Budenſis* Græca Præpoſitura in Epiſcopatum Peſthenienſem tranſivit 210.

Bulgari, ſeu Vulgari, a Volga fluvio, quem accolebant, ita dicti 81, ſubinde baptizati, Ruthenorum nomen accepere 85.

Bultzes, vel Bulchu, filius Cale, *Bulgariæ* Karkhan-us, quod Bulgaris præfuerit, eminenter Bogar, vel Bulgarus (*vide* Bogor,) dictus 13. 85, CPoli in Baſilium baptizatus, & Patricii dignitate ornatus, ad ſua redivit 283.

Byzantina Aula, Hungaros ad ſe allectura, peculiaribus illecebris utebatur 228-230.

C.

Cabari, ex Hungatico *Kavar* vel *Kavarék* ita Græcis dicti, a Pſeudo-Chazaris ſecedentes, ad Danaſtri & Pripeci fontes, conſtructis Galicæ ac Lodomeriæ Civitatibus, conſederunt 3. 12.

Caniferorum villæ in Scepuſio 96. 290.

Carolus M. occidentale Imperium inſtaurat 227. A Leone III. Pontifice Romanorum Imperator proclamatus 229. *Carolus* Claudus, Siciliæ Rex, Ladislai IV. Socer, ſe in res Hungaricas immittit 323, cujus filio, Carolo Martello, Maria Mater, Stephani V. filia, Hungariam, cæſo Ladislao IV, inſcribit 336, quo peſtilentia exſtincto 440, Carolus Robertus factione Gregorii, electi Strigon. A-Epiſcopi aliorumque, Andreæ III. rebellium, Rex Hungariæ introducitur 444-.

Cœmeteriorum diverſæ nomenclationes & uſus 291.

Carpaticorum montium nomenclatio & extenſio 11-274. A Septemtrionibus Metas Regni conſtituunt, ac hodiernos Neoforenſem & Sandecenſem Diſtrictus, nec non Moraviam includunt 88. *Carpatus*, eminenter dictus, a reliqua Carpatorum ſerie ſejungitur 5-17-.

Carthuſianorum origo & progreſſus in Scepuſio 231.

Caſimirus, Miſcislai II filius, in Monachum Ratisbonæ attonſus 15, per Petrum, Hung. Regem, e Cluniacenſi Monaſterio liberatur, Poloniæ præfectus ejicitur 76. 136, ac rurſus Belæ in Ducatu Poloniæ ſuccedit 77.

Caſtra, vel Comitatus extra Regnum

haud conferendi 43. *Caſtri* populorum, Jobagionum item, ſeu Militum aut Nobilium obligationes & prærogativæ ibid. 42. 62. *Caſtrorum*, ſive Comitatuum, per Hungariam conſtitutio, diviſio & officiales 35.

Centuriones Caſtrorum, quid olim fuerint, hodieque ſint 64.

Chák, Zobolſi filius, Caſtro, antea Zobolſu vocato, a ſuo nomine Chák-váræ nomen indit 234. *Chák Demetrius* ante annum 1091 Banus Croatiæ ac Dalmatiæ 1. *Chákvárini*, ſive in Civitate Zabolch Comitia Regni, præſidente S. Ladislao, celebrata 250. *Chák* Agnes, Thomæ Vidua, Mariam, Stephani V. filiam, Carolo Claudo, Siciliæ Regi, deſponſam A. 1269 in Siciliam deducit 314. Chákyanæ Comitum Familiæ ſplendor & vetuſtas 1. 92.

Chalau, Gyöngyös Khani filius, Tataror. Imp. ſubjugatis compluribus populis, Imperialem ſuam Sedem Agoræ apud Indos defigit 25, ac Moſelmanos tributarios facit 26. A Græcorum finibus aſtu remotus, Mariam, Paleologi filiam, ſibi deſponſat & improviſe moritur 27.

Chazari (Turci) ex Belozeria prorumpentes, Gögenyios ſub ditionem ſuam redigunt; Batbajam Crobato Or-khano ſufficiunt, Cotragum trans Tanaim & Aſparuch ad Alutam fluvios conſidere jubent 82 -. *Chazarorum* & Pſeudo-Chazarorum origines ac diverſitas, quorum illi quidem inter Hunnos vel Magyaros, hi vero inter Sclavinos, Bulgaros & Ruthenos, Theophylo Imperatori, conſtructa Zárhel hodie Bielgorod urbe, adhærentes, referuntur 4. 83. Eorum converſio 278 -.

Ciſtercienſes in Scepuſio *vid.* Abbatiæ.

Colomanus I, S. Ladislai filius, in Galiciæ, ac juniorem Hungar. Regem per Petrum, Agrien. Epiſcopum, coronatus 146. Almo, patrueli ſuo, virtute diſpoſitionis paternæ Ujvárienſem & Galiciæ Ducatum cedens, Patri ſuo in occidentali duntaxat Hungaria ſuccedit, Terræ Sanctæ peregrinos liberaliter excipit 370 -, Buſillam, Rogerii, Siculorum Comitis, filiam, uxorem ducit 380, ex qua gemellos Ladislaum & Stephanum genuit, ſibi præmortuos 381. Secundam uxorem Predslavam ducit, ob adulterium dimiſſam -. Sanctorum cathalogo accenſendus A. 1114 moritur 368 -. *Colomanus II.* Senior, Geyzæ Regis filius, Varadienſis Epiſcopus, Almo, fratri ſuo juniori, Galiciam eripiens, orientalem quoque Hungariam ſibi aſſerit 146 - 370. Galiciam, ab Almo receptam, hoſtiliter invadit, & magna cum ſtrage repellitur 380; verum cladem hanc paulo poſt ultus Almum Ujvárienſi quoque Ducatu privat 381, Bezenum Galiciæ præficit, Almum fratrem ſuum & Belam, ejus filium, oculis orbat 147. 384. Sacræ militiæ obſiſtit, eam aſtu trucidat 371 -, dum Almum, ne filio ſuo Stephano Coronam præripiat, perimi curare vult, in gravem delapſus morbum A. 1113. miſere periit 384 -. *Colomanus III*, Andreæ II. filius, per Strigonienſem A-Epiſcopum in Regem Galiciæ coronatus, Salomeam, Leſci filiam, uxorem ducit 31. In conflictu ad Sajónem vulneratus obiit 33. 149, cui Carthuicius vitam S. Stephani dedicavit 460.

Confinia Hungariæ borealia ubi quærenda? 47 - 50.

Conradus Imp. ad Salam fluvium Saxonicam ditionem ſuam extendens, Salici cognomen obtinuit 75. *Conradus*, Bretislai Boh. Ducis Patruus, Bohemiæ Ducatum occupat. *vid.* Bretislaus II. *Conradus*, Maſoviæ ac Zirnenſis Dux, Leſcum Nigrum, Poloniæ minoris Ducem, exturbat, a Ladislao IV. reſtitutum 260 -.

Conſtantia, Emerici Regis vidua, dotem ſuam, duos utpote Poſon. & Moſon. Comitatus in Leopoldum Auſtriacum transfert 8.

Conſtantinus Porphyr. Græcorum Imper. Bulchum, Bulgariæ Kar-khanum & Gyulam ſeniorem, Tranſſilvaniæ Principem, CPoli baptizatos honorifice habet, Helenam quoque, Ruſſorum borealium Principem viduam, cum ſuis ſollemniter excipit 283. *Conſtantinus* Monomachus cum Leventa ſeu Tyracho (*v.* Andreas I), Bulgariam recipiente, inducias annorum XXX. paciſci cogitur 362.

Coronæ Hungaricæ novem aurearum dependentium catenularum ſymbola 78. Inſcriptionum explanatio 226 - 228.

Cracovia per S. Ladislaum, ipſaque Polonia, obſequio Hungarico reſtituta 246. *Cracovienſis* Epiſcopatus erectio 77.

Crobatus, Pater Batbajæ, Cotragi & Aſparuch, Hunnorum Or-khanus, fœdere cum Græcis inito, Patriciatus honore auctus, Batbajam contra Hudinum, Hunno-Pſeudavarorum Ducem, irrito eventu cum exercitu exmittit 82.

Crucis duplicatæ ſeu Patriarchalis origines & uſus 393.

Cſanadinus ad S. Stephanum tranſiens & rebaptizatus, Achthumum, Moroſſenæ ac Serviæ Principem, prælio ſecum decertantem cædit, ejus Ditiones conſequitur, & Eccleſiæ Romanæ unit 359 -.

Csürſz-árk vocitati canalis, a Danubio ſupra Peſtinum uſque ad Tibiſcum effoſſi, epocha & origo 273.

Cumania inter Partes, Hungariæ adnexas, refertur 78. 249. Ejuſdem ſitus a Caucaſo Pontico per borealem Ponti Euxini Regionem uſque ad Ultraſilvaniam pertinet 29 -. 293. *Cumanorum* origines 183-. Ubi & unde ita appellati 186. Septem Duces Almo adhærent 4. *Cumanorum* Epiſcopatus origo & progreſſus 416 - 418.

Cunegundis, Belæ IV. filiæ, Dos XL. millium marcarum erat, cui Boleslaus gener adhuc poſſeſſorium borealis Terræ Scepuſienſis adjecit 33. 49.

Cun-Goegus, Cuno-Magyarorum primus Imperator, ab inſtaurata Religione Regimen orditur 24. *Cunigrad* ſive Kiovienſis Regio a Cunis, vel Hunnis, Caſtrum accolentibus, compellata 145. *Cuno-Magyarorum*, ſive Hunnorum Aſiaticæ origines, diverſæ compellationes, migrationes, Religio 169-170 - 183-

Cuturguri & Uturguri Hunni unde dicti, eorumque ſedes 117.

Cyrillus cum Athanaſio ad Chazaros vel Ruſſos a Baſilio Imperatore miſſus, eos miraculo convertit 279. 348. *S. Cyrillus* alter, Theſſalonicenſis Monachus, cum Methodio a Theodora Imperatrice exmiſſus; Gögenyios vel Bulgaros, Ruthenorum nomine venientes, ita etiam Bulgaros Iſtranos, denique Moravos ad Chriſti fidem convertunt 85.

D.

Dabralis, A-Epiſcopus Spalatenſis, ob conjugium deponitur 360.

Damaslaus, Gyulæ junioris, Tranſſilvania multati, filius ex Giſela, S. Stephani ſorore natus, Belinenſis Bohemiæ Dux 132, ab Henrico III. Hungaris pro Rege obtruſus, per Abam Regem repellitur 138-.

Daniel, Ruthenorum Rex, Romani ac Leonis Pater, Belæ IV. Regi fiduciario jure obnoxius, cum Ratislao fratre ſuo, Galiciæ & Sclavoniæ Duce, pacem componit 86. 149. Ab Innocentio IV. Coronam cum titulo Regis totius Ruſſiæ conſequitur 150.

Danubius cur & ubi vocetur Iſter 153.

Decimarum in Hungaria & Partibus adnexis origo 14-. Qualiter olim deſumi conſueverint 193. Saxones Decimas Plebanis præciſe ſuis ex Privilegio dependunt 194. Scepuſienſes Nobiles a Decimis Vener. Clero pendendis abſoluti 191 -.

Dengizichi, mediocris natu Atilæ filiorum, ex Hunna uxore genitorum, fata 110-.

Detricus de Donaverda, Sveviæ Dynaſta, Atilæ affinis, belli poſt Atilæ mortem, inter filios ejuſdem Csábam, ex Hunna, & Aladarium, ex Detrici ſorore ſuſceptos, exorti concitator, ab *alio Detrico*, ſive Theodorico, ſerius Italiæ Rege futuro, probe diſtingvendus 212 - 252.

Dignitatum ac titulorum collationes, vicinarum Gentium Principibus factas, quare Aula Byzantina ſibi arrogaverit? 228-.

Dizabulo, Askelis filio, Hunnorum occidentalium, Aſiatico-Europæorum Imperatore, in urbe Atila fatis cedente, inter filios ejus Tardu & Turum civile bellum erupit, quorum poſteriori Bajanus Hunno-Pſeudavarorum Chaganus erat auxiliarius 81.

Draucarii ſive Falconarii aucupes Regii erant, adeoque inter Udvornicos relati 96.

E.

Ecbertus, Andreæ II. affinis, terram, ſupra fluvium Poprad ſitam, cum omni Regio jure conſequitur 8.

S. Egidii Monachorum Ordinis S. Benedicti Cœnobium, olim unicum in Hungaria pure Latinum fuit 196 -.

Elachus, Atilæ major natu filius, Acatirorum Rex, Sarmatas vel Gögenyios Aſiaticos cum Onoguro, Priſci Onegeſio, Albæ Sarmatiæ vel Albæ Ruſſiæ Csákano profligat, & decies centena millia hominum pecudumque in Onoguriam traducit 109.

Eleud, Pater Zobolſu, primus poſt Almum fratrem ſuum, Dux 2. 93, ad oſtia Danaſtri ſtativa defigit 3, uxorem Chazaram ducit, Arpadi Bulgariam Iſtranam ſubjicit &c 4. Arnulphi auxiliarius Magnam Moraviam inſidet 288.

Emanuel, Græcorum Imp. Wladomerum quemdam in Ducatum Galiciæ intrudit, quo per Geyzam II. ejecto, bellum obmovit, ſed ex terra Hungarorum profligatur 148.

Emericus, S. Stephani filius, Ruſſorum 145, dein totius Sclavoniæ, Dux renunciatus, deſponſa ſibi Cicha, Creſimiri II, Croatorum Præſidentis, filia, A. 1031 vivis eripitur 133. 357 - 360. *Emericus*, Hung. Rex, Belæ III. filius, Andream, fratrem ſuum, ex Dalmatia & Crovatia pellit 8. Decimam tributorum in terra Scepus & Poſon confirmat 8. 192. Eccleſiam Vacienſem invadit, ac Boleslao Epiſcopo, Phociani ſchiſmatis inſimulato, violenter ejecto, ſcrinia occupat, Græci Ritus perſecutor 200 - 205.

Emeſa, Almi Mater, Eunedi, Beliæ ſeu Albæ Ruſſiæ aut Chazariæ Cſa-khani filia 83, Soror Huleki, Almum cum filiis Zuardo & Caduſa ſecuti 143

Epiſcopatuum Hungariæ Partiumque adnexarum ſeries 210 - 242.

Ernachus vel Irnachus, Atilæ minimus natu filius, a ſuis Cſa Aba, ſeu Gentis Pater dictus, Occiduo-Aſiaticorum Hunnorum Imperator, edomitis Perſis, Imperium ſuum feliciter gubernat 111.

Eunedus, Pater Huleki & Rurici nec non Emeſæ, Almi Matris, Beliæ ac Sveonum vel Rhos Gentis Csá khanus fuit. 84.

Europæ orientalis limitum deſignatio 269.

F.

Ferto, unde dictus, quidve conſtituat? 41.

Florentinum Concilium, ſub Eugenio IV. Papa & Joanne VII. ac Paleologo, Græcorum Imp. celebratum 208, cujus ſtatuta circa Græcos, cum Latina Eccleſia uniendos, nonnihil a Latinis turbata ſunt 209.

Fridericus, Auſtriæ Stiriæque Dux, virilis Bambergicæ Stirpis ultimus, ab Hungaris ad Leitham fluvium A. 1246 cæſus 100. 237.

Fritskenſis in Sároſienſi Comitatu ad Galiciam Paſſus olim antiqua Galiciæ Porta vocabatur 47 -.

G.

Gaudentius, S. Adalberti, deſtinati Hungarorum A-Epiſcopi frater, primus Gneſnenſis in Polonia Epiſcopus 351 -.

Geiza, ſive Gregorius 226 - 292, ſummus Hungarorum Dux, Toxi filius 128 -. 292. Leopoldum Bambergicum Melicienſem Hungaricum Marchionem conſtituit 129 -. e Sarolta filium Gövitz, vel Gregorium juniorem, ac Vojk ſeu Ducem 126, populariter dictum, a S. Adalberto, indito Stephani nomine rebaptizatum 351, nec non Juditham, a Boleslao I, Poloniæ Duce, dimiſſam, genuit 352. Ad pacis & commerciorum potius, quam belli ſtudia inclinabat 349. Incitante potiſſimum Sarolta, conſorte ſua, Latinos præ Græcis Epiſcopos & Presbyteros pro convertendis reſiduis adhuc ethnicis Gothis, aliiſque Hungariæ indigenis, admiſit 150 -. Verum eoſdem irritatus & Græcum Ritum præferens repulit 151 -. Anonymam filiam Othoni Urſeolo, Venetiarum ſubinde Duci, Vilhelmo autem, Burgundiæ Comiti Gizelam collocat, quarum priori Dalmatiam occidentalem confert, poſteriori vero Longobardiam jure maritali recuperat 130. Ab Ottone Magno & Joanne XIII legationes accipit, ſuaſque deſtinat 349. *Geiza I.* Hung.

Hung. Rex, antea Salomonis IV. Regis Corregens, primo Magnus Hungarorum Dux, dein Magnus Hungarorum Rex, ad aliorum Ducum & Regulorum, Hungariæ obnoxiorum, distinctionem appellatus 78. *Geiza II.* Hung. Rex, Belæ cæci filius, ac Belæ III. Pater, Saxones & Flandrenses ad Scepusienſia & Tranſſilvaniæ Montana collocat 61. Vlodimerum, Emanuelis Græcorum Imp. opera Galiciæ præfectum, ejicit 148.

Germani, Teutones &c. *vid.* Gotthorum origines.

Gelnitzium, Civitas montana, unus e præcipuis olim Scepuſienſis Terræ locis 118. 328. 338.

Getarum origines ad Myſos & Mæſos referuntur 122.

Giſela S. Stephani Soror, Vilhelmo, Burgundiæ Comite mortuo, ad fratrem cum Petro filio & Adelhaide filia in Hungariam reverſa, Nitrienſem, Brunenſem & Olomucenſem Comitatus impetrat, ſeque Moraviæ Reginam appellari curat 132, non ferens viduitatem Procopio juniori, ſenioris Procopii, Gyulæ ſcilicet junioris, Tranſſilvaniæ antea Principis, a S. Stephano ad Nitrienſes carceres condemnati & ſubinde elapſi, filio, Belinenſis Bohemiæ Comiti, nubit 133. Vazuli, Cumaniæ Duci, Regnum Hungariæ filio ſuo Petro aſſertura, oculos effodi curat 134 -.

Goegus, Sinicæ Han familiæ ſurculus & primus Cuno-Magyarorum Imperator, ab inſtaurata Religione Regimen auſpicatus, ſummis ſacrorum Pontificibus Lamæ nomen attribuit 21.

Gothorum origines 174 - ad generalem Germanorum ſive Teutonum compellationem referuntur 176 -, ad Codanicum mare ac in ulteriorem Europam per Cuno-Magyaros protruſi, diverſas nomenclationes accipiunt 177. Idola ſecum ex Græcia & Aſia minore attulerunt 175. Scytharum nomen proprie participant 190.

Gögenyiorum origines a Sarmatis derivantur, eorum ſedes, unde ita dicti 80 - 85 *v.* Bulgari.

Græci, ex Javane, filio Japhet, propagati, Scythas ſubigunt 173 -. *Græci Ritus* Catholici proprios denuo conſequuntur Eppos 210 - *Græci Ritus* æmulatio fuit præcipua Tataricarum irruptionum & involutionis Jurium Hungariæ origo 294 - - 388.

Gregorius VII. Boleslaum II. Polon. Regem, ob confoſſum S. Stanislaum, Cracov. Epiſcopum, diris devovet ac Regno privat 75. Regem Hungariæ a Regulis Partium, ei adnexarum, diſtingvit 78. Henricum IV. communione fidelium ejicit & Regnum Rudolpho, Sveviæ Duci, miſſa Corona, attribuit 240. Iſeaslao, Lodomeriæ, Suinimiro, Croatiæ ac Dalmatiæ, nec non Michaeli Bodino Serviæ ac Sirmiæ Ducibus, Regios titulos impertitur 146. 230. 240 In exilio Salerni moritur 241. *Gregorius IX.* Belam IV. ad recuperandas alienationes, per Andream II. Genitorem ſuum factas, commonet 33. *Gregorius X.* Pacem inter Stephanum V. & Ottocarum confectam confirmat 314 - 316. Rudolphum, Comitem Habsburgicum Michaeli Paleologo, Græcor. Imperatori, opponit 306. Lugduni Concilium celebrans Græcos ad unionem recipit, paulo poſt diſſolutam 307. Hungariæ conſulturus, Carolum Siciliæ Regem, Ladislai IV Socerum, quid facere debeat, inſtruit 323. *Gregorius*, Electus Strigonienſis A - Epiſcopus. antea Electus Albenſis Præpoſitus, Lodomerio ſucceſſit 443. Nuptiis Andreæ III, cum Agnete Auſtriaca contractis, intereſt ibid. Dignitatem ſuam ſtabiliturus, Aulæ Romanæ, Carolum Siculum Hungaris obtrudenti, deſerto Andrea Rege, adhæret 446, & conciliabulum rebellium Veiprinii convocando, Carolum Robertum Regno inducit 447 -. Aſt Wenceslao Bohemo, in Regem electo, dum Caroli partes in Aula Pontificia ſtrenue proſequeretur, a filiis Nicolai de Columna occiditur 456.

Guido, Apoſtolicæ Sedis Legatus, in Germaniam miſſus, Vratislaviæ Synodum celebrat, cujus conſtitutiones, Græcum Ritum ferientes, rebus Hungaricis conformatas, Bela IV. adoptavit 307.

Gyöngyös, Tatarorum Khanus, Pater Chalau

lau ac Telepugæ Ducum, ex orientali ad Sinas Magyaria prorumpens, finitimas Gentes uſque ad mare Caſpium proſternit 25.

Gylas & Karchan, præcipuarum apud Hungaros Dignitatum, a Conſtantino Porph. relatarum, explicatio 11-14. 285. Appellativum hoc dignitatis nomen, ſubinde in proprium Gylæ nomen tranſivit 12-.

Gyula ſenior, Horkæ filius, Tranſſilvaniæ Princeps 14, a Conſtantino Porph. honorifice acceptus & baptizatus, redux Monachum Hierotheum, Turciæ Epiſcopum, aſſumſit, qui Horkam, ejus Patrem & multos alios ad Chriſtianam Religionem traduxit 283. *Gyula* junior, itidem Tranſſilvaniæ Dux, a S. Stephano cum ſuis captus, e Nitrienſi carcere ad Beloslaum Bohemum confugiens Procopii nomen accepit 132.

H.

Habsburgicæ Domus genealogicum Shema 236.

Hedvigis, Bertholdi Meraniæ Marchionis filia, Henrico Barbato nupta, Ciſtercienſium Monialium poſt fata Mariti Cœnobium ingreſſa 6.

Helbrandi, Saxonum de Scepus Comitis, filia Adelhais, in Domum Berzevitzyanam enupſit 231.

Helena, Elga ſive Olga, Huleki ſeu Olegi filia, Igoris Ruſſiæ Principis Vidua, Conſtantinum Porph. inviſens, honorifice excipitur 283-286.

Hemo Stilla Hungarus, Melicienſis Marchio ſub Geyza Duce 128. 436.

Henricus I. Galliæ Rex, Annam Jaroslai Ruſſiæ Principis, filiam ducit, in Patriam ſubinde reducem 357. *Henricus II.* Sanctus, Bavariæ Dux, poſtea Imperator, filiam ſuam Giſelam, *Henrici I.* Aucupis proneptem, S. Stephano Regi collocat 404. *Henricus III.* Imp. Conrado Salico, Patri ſuo, ſuccedens 75, cum Petro, Hungariæ Rege, colludit, Bretislaum, Bohemiæ Ducem, Hungarico præſidio confiſum, improviſe aggreſſus prælio vincit, verum Hungari proditionem ſui graviter in Giſela, Procopio, ejus Marito, aliiſque complicibus vindicant 137. Petrum, deſperatis rebus, ad ſe confugientem, in tutelam recipit 138. Bohemia vaſtata, cum Bretislao pacem facit 139. Fines Hungariæ vaſtat & Damaslaum Ducem, Procopii filium, ex Giſela, S. Stephani ſorore, genitum, Hungaris Regem conſtituit, per Abam Regem in Bohemiam repulſum 140-. Aba Rege, A. 1044 fatis cedente, Petrum reſtituit 361. *Andream I.* Petri ſucceſſorem, bello impetit 362, pace compoſita, Salomoni ejus filio, vix nato, filiolam ſuam Sophiam deſpondet 363. *Henricus IV*, prioris filius, ſimoniacas Clericorum inveſtituras uſurpando eis uxores indulget 240, a Gregorio VII. excommunicatus, Pontificem in exilium agit 241: quo mortuo, cum Victore III. inimicitias continuat, Guibertum Pſeudopontificem opponendo ibid. S. Ladislao Regi ægre facturus, ſchiſmaticum Moguntiæ conciliabulum cogit, in quo Wratislaum Bohemiæ ac Poloniæ Regem conſtituit, & Pragenſi Epiſcopatui limites defigit 243. Juditham Sophiam, Sororem ſuam, Salomonis antea Regis uxorem, Vladislao, Poloniæ Duci, collocat 244. Svatopolcum, Ruſſiæ Hungaricæ Ducem, ad defectionem a Ladislao faciendam inducit 245. Adelhaidem, Conjugem ſuam, in carcerem detrudit, ab Urbano II. iterum excommunicatus ibid. Marqvardo propinqvo ſuo Carinthiam, expulſo Bertholdo, Ladislai Socero, Meraniæ ſeu Tirolis Marchione, Hungarico jure poſſeſſam, confert 249. *Henricus V.* Imp. Almum fratri ſuo Colomano II. conciliaturus, exercitum ad Hungariæ confinium educit 383, & acceptis donis revertitur 384. *Henricus*, Bavariæ Dux, Hungaris amicus, ab Ottone I. exauctoratus 350. *Henricus*, Bertholdi, Meraniæ Marchionis gener, Sileſiæ Dux, Theodoro Czader, Cracovienſi Palatino, ſilvas confiniales Hungaricas, Carpatis adjacentes, exſtirpandas, & jure Teutonico, impopulandas cedit 6. 55. 87. *Henricus* de Güſſing, Caſtri ferrei & Simighienſis Comes, Hung. Palatinus, ad Ottocarum in Stiriam tranſit, Ibi Banus de Hungaria vocatur 424 438, ſub Ladislao IV. redux, Belam, Ratislai Galiciæ Regis filium, Ducem de Machow,

Otto-

Ottocari affinem, cædit 425. Ejuſdem filii Auſtriam invadunt 421, turbas excitant, quorum inter alios Nicolaus Palatinus Regium Simighienſe Caſtrum occupat 435 -, videntur eſſe Hemonis Stilla, Melicienſis olim ſub Geyza Duce Marchionis, poſteri 436, per Lodomerium Strigon. Archi - & alios Epiſcopos excommunicati 440.

Hierotheus. Turciæ Epiſcopus, *vid.* Gyula ſenior.

Honorius III, Andreæ ſecundi electionem in Orientis Imperatorem amoliturus, ejuſdem in Terram ſanctam cum Cruce ſignatis profectionem urget, ac interea Petrum Curtinacium CPoleos Imperatorem Romæ coronat 407-. *Honorius IV.* Ladislaum itidem IV. graviter ſibi delatum, ſcriptis literis redarguit 338, ad quas idem Rex etiam reſipuit 340.

Horka, Tranſſilvaniæ Princeps, per Hierotheum, Turciæ Epiſcopum, indito Ladislai nomine baptizatus 13, 283.

Hulekus, Eunedi, Beliæ vel Belozeriæ aut Albæ Ruſſiæ Ducis, filius, Almi Ducis Avunculus 4. 84. 92. 143, Pater Zuardi, Caduſæ & Olgæ ſeu Helenæ, Igori occidentalis Ruſſiæ Principi, Rurici filio, collocatæ 3. 15. 380, veteres Majorum ſuorum in Græciam & CPolim procurſiones inſtaurat 277, quibus infeliciter ſuccedentibus, divini Baptiſmatis cum gente ſua particeps efficitur 278 -.

Hungari, vel Hungvári, a conſtructo ad Alutæ oſtia Caſtro ita dicti 98-, Scythæ vocari noluerunt 190. Serius in octo Gentes diviſi duas dignitates præcipuas habebant. *vid.* Gylas & Karchan. Populariter Magyari & unde ita dicuntur 20. 24. 29. 81. 100. Pro ratione fluviorum & locorum, quæ accolebant, Bulgari quoque, Turci, Kermichiones 114, Cutrurguri & Uturguri 117 vocabantur. Ex Aſia poſtliminio egreſſi, Pſeudo-Chazaros vel Ruthenos, antea Gögenyios, capta Kiovia, ſibi tributarios una cum Galicia efficiunt 144 -. Alios dein Atilano Jure ſibi terrarum tractus vindicant 238-.

Hungariæ origines primævæ 108-, eadem eſt Metropolis Regionum, ſibi obnoxiarum, ſive Partium adnexarum 78. 226. *Hungariæ* in Caſtra ſeu Comitatus, quorum duæ partes Militibus vel Nobilibus conferebantur, reſidua vero tertia pars proprietarios reſpiciebat, diviſio 34 -. 42 - 45. 52 -. Ejus limites a Septemtrione ſunt Carpaticorum montium ſeries 161 - 163. Latiore ſenſu etiam Pannonia vocatur 248-. Poſteriores *Hungaricæ* Eccleſiæ origines 281, 348 - -.

Hunni, murum Sinenſem accolentes, Cuni & Mogori dicebantur 2 - 19 - 98, 109 -. *Hunnorum* ſive Cunorum vel Cumanorum origines 179 -. 176. Deum vocabant ISTEN, Imperatores vero ſuos DEI FILIOS vel ISTENFI - os 20 - 23 -. Quod Volgam fluvium accoluerint, etiam Bulgari a Græcis vocabantur 276. *vid.* Cumani, Hungari.

Huſſitæ, ſurculi ſchiſmatis Phociani, ex Bohemia ſe in Hungariam quoque inſinuant, ad quos & Græcos cum Latina Eccleſia uniendos Baſileenſe Concilium, Florentiam translatum, celebrabatur 207.

I.

Jacobus, primum Scepuſienſis Præpoſitus, poſtea Epiſcopus, Græci Ritus, ſilvam Regalem, Poprado adſitam, ab Andrea III. pro Eccleſia ſua impetrat 263, verum Donatio hæc, Epiſcopatu Græco, ad Latinam Præpoſituram reducto, evanuit 403.

Jaroslaus, Vlodimiri, Chazariæ Principis, filius 123. 345, in paterno Novogrodenſi Principatu ſuccedens, reliquos Ruſſiæ Ducatus fratrum ſuorum cæde attrahit 133. Anna ejus filia, Henrico I. Galliæ Regi nupta 357.

Jazyges hodierni olim *Iſ - áſzó* - nes vel Sagittarii rectius dicebantur, Regio autem eorum *Jazia* 250. 273.

Idola Scythæ, ſeu Gothicæ gentes in Europam ex minore Aſia ſecum attulerunt 175-.

Igor vel *Inger*, filius Rurici, pater Svatoslai, Ruſſorum Dux, Novogrodi reſidens 144., expeditionem contra Græcos infeliciter ſuſcepit 282.

Innocentius III. Andream II. ſub anathematis incurſu ab excitandis turbis inhibet 201, Iobo, Strigonienſi & Sauli Colocenſi

ſi A-Epiſcopis Monaſteriorum Græcorum regulationem committit 202 -. Gregorium de Creſcentio Cardinalem ad componendas in Hungaria turbas exmittit 209. Magnitudine ac varietate rerum geſtarum claruit 205 -. *Innocentius IV.* edita Bulla concedit Miſſam & Officium divinum lingua Slavica celebrari 207. Danieli Ruſſiæ Principi Coronam cum Regio titulo confert 149-.

Joannes XIII. ſuos ad Geyzam, ſummum Hungarorum, Beloslaum item Bohemiæ, ac Michaelem, Poloniæ Duces, Legatos exmittit 349. *Joannes* A-Epiſcopus Strigon. de nece, Gertrudi Reginæ inferenda, conſultus, dubium edit reſponſum 10. *Joannes*, Comes Caſtri Ferrei *vid.* Iwan.

Jobagionum nomine, qui veniant? Eorum diverſitas & libertates 70 -.

Irenæi S. Præpoſitura & Epiſcopatus in veteri Dalmatia exiſtebat 151, 154.

Iseaslaus, Jaroslao, Patri ſuo, Ruſſiæ Duci, ſuccedens, ac Salomoni rebellis, ad obſequium reducitur 365 -. Regium a Gregorio VII. titulum obtinet 146.

Iter fluvius ubi unde ita dicatur 153.

Judiciariæ Sedis perſonarum vetus in Scepuſio conſtitutio 107.

Italicæ coloniæ per diverſa Hungariæ loca ſicut Olaſzini confederunt 31.

Juſtinianus Imp. diverſarum gentium titulos uſurpans, compluribus bellis lacceſſitus, ſe contra Slavo-Gepædum & Hunno-Bulgarorum impreſſiones obmunit 116 -. Sirmio urbe, per Budam, Atilæ fratrem, everſa, tam Eccleſiaſticam, quam politicam poteſt tem Achaida transfert 154 -.

Juſtinus Imp. Vitalianum, Theuderichi filium, Atilæ pronepotem, ad Conſulatus dignitatem evehit 113. Legatos ad Csábam IV, Atilæ abnepotem, pacis cauſa exmittit 252. Lupicinæ ac Hirenæ uxorum ejuſdem Slavica origo 126 -. Hunnis fere tributarius ideo factus, ut filio ſuo Juſtino II. viam ad ſucceſſionem ſterneret, 115.

Iwan, Comes Caſtri Ferrei, filius Henrici, Bani de Hungaria, & fratres inteſtinum bellum, ob ſterilem, cum Alberto Auſtriaco pacem, ab Andrea III. initam, pluribus annis duraturum conſtant 434 - 438. Hemonis Stilla, Melicienſis olim ſub Geyza Duce Marchionis videntur eſſe poſteri 128. 436. Per Lodomerium, Strigon. Archi- & alios Epiſcopos excommunicari, per Nicolaum vero IV. abſoluti 440. Ob nuptias Andreæ III, cum Agnete Auſtriaca contractas, novis Regnum turbis involvunt 442, & cum Gregorio, Strigonienſi Electo, conſpirantes, Carolum Robertum, Zagrabiæ coronatum, Regno inducunt Regem 444 - 452 -.

K.

Kadicha, Keme & Bela, filii Chele, Hunnorum A. 378 Duces 252.

Kamfalu, hodiernum eſt Pekinum, ſuas Cuno-Magyaris debet origines 170 --.

Kaduſa, Huleki filius, in Marachania cæſus 14.

Katanus, Hunno-Pſeudavarorum Dux, Hudini Succeſſor, ab Aſparuch, Crobati filio, prodigatur 82.

Kazar, Tatarorum Princeps, Andronici Aſinis, Moſelmanos a Græcorum finibus repellit 27.

Keme, filius Chele, Hunnorum Dux, ad Danubium cæſus 252.

Kewe, Atilæ frater natu mediocris, caſtrum Kewehâza ſive Kiow, a nomine ſuo dictum, conſtruit 109. 145. 252.

Kilter, ſive Kéltt-or, idem eſt, qui nobis Vazul 145 dicitur.

Kiptzak, Tatarorum Dux, Regionem, Tanai, Volgæ & Jaico adſitam, ſibi ſubjecit, quam cum poſteris per tria ſecula poſſedit 22 -, cujus filiam, Kuptzek vocatam, pro Ladislai IV. concubina habitam, idem inter alias principum virorum filias, in Hungariam traduxit 257.

Kray Paulus, L. Baro de Krajova, Supremus Cæſareo-Regii exercitus Rhenani Dux renunciatus, origine Kéſmarkino-Scepuſienſis 99.

Kupa, Zaar ſive Calvi Zirind filius, ex Juditha, Geyzæ Ducis, filia, per Boleslaum I. Polon. Ducem dimiſſa, genitus, S. Stephano rebellis, vincitur 15, a cujus cæde

cæde Simighienſe Caſtrum ſive Comitatus ad Reges pertinuit 435.

Kyriatovics Theodorus, arcem in Ducatu Bereghienſi, ac Cœnobium Baſilitarum ad Latortzam fluvium fundat 258.

L.

